


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
20 F
13

Quae hoc in Libro continentur.

Hieronymo & Hilario interpretibus.

¶ Sciant & intelligant universi ad quorum manus hoc Origenis volumen pervenerit. S. dnm Julium. ij. pontificem maximum concessisse gratiam Lazaro Soardo huius operis impressori: ut quicunque hinc ad exactum decennium ausi fuerint idem imprimere volumen: subeant excommunicationis latae sententiae poenam: a qua praeterque in mortis articulo absolui nõ possint nisi a summo Pontifice: ut affatim in Privilegio sibi concesso habetur.
¶ Caveant igitur omnes.

Scire quis ardescis divinae aenigmata legis
Atque Panomphaei mystica sacra dei.
Est tibi Adamanti sententia dia magistri
Qui miro abstrusos concinit ore modos.
Haec quoque quae legimus divina volumina fulgent
Pressa sub archetypis Lazare magne tuis.
Pro quibus aetherei clavem qui gestat olympi
IVLIVS Insignis stemmate Pontifico.
Edicto poenas (nisi tu Soarde) minatur:
Nullus ut hoc artis imprimat autor opus.
Hac eadem a VENETO Lex est concessa Senatu
Qua praemere hoc nullus Bibliopola potest.
Ergo vade Liber menda detersus ab omni.
Undique Soardo iudice tutus eris.

¶ Ex libro. S. Hieronymi de uiris illustribus: ub[illegible] se ipso sicait.

Ieronymus præsbyter patre Eusebio natus: oppido stridonis. [illegible] Gothis euersum Dalmatiæ quõ/
h dam Pãnoniæq; cõ[illegible] fuit: usq; in pñtem dië. i. annũ Th[illegible]i principis. xiiii. hæc scripsi. Vitã Pauli monachi. Epistolaꝶ ad diuersos librũ unũ. Ad Heliodoꝶ exhortatoriam. Altercationẽ Luciferiani & Orthodoxi. Chro[illegible] oĩmodæ historiæ. In Hieremiã & i Ezechielẽ Homilias. xxviii. q̃s de græco in latinũ uerti. De Seraphin & O[illegible]na. De frugi & luxurioso filio. De trib⁹ q̃onibus legis ueteris. Homilias in canticũ cãticoꝶ duas. Aduersus Heluidiũ de uirginitate Mariæ ꝑpetua. Ad Eustochiũ de uirginitate seruãda. Ad Marcellã librũ unũ: cõsolatoriam de morte filiæ ad Paulã. In epistola Pauli ad Galathas cõmẽtarioꝶ libri tres. In epistola ad Titũ librum unũ. In epistola ad Phylemonẽ librũ unũ: In Ecclesiastes cõmẽtarios q̃onum hebraicaꝶ. In Genesi librũ unũ. De locis librũ unũ. De spũ scõ didimi quẽ in latinũ trãstuli librũ unũ. In Lucam Homilias. xxxix. In psalmos usq; ad. xvi. tractatus sex. Captiui monachi uitã & beati Hilarionis. Nouum testm̃ græce fidei reddidi. Vetus iuxta hebraicã ueritatem trãstuli. Epistolaꝶ aũt ad Paulam & Eustochium q[illegible] quotidie scribuntur incertus est numerus. Scripsi præterea in Michea explanationũ libros duos. In Sophoniam librum unum. In Naum librũ unũ. In Abachuc libros duos. In Aggæum librum unum. Multaq; alia de opere prophetali: quæ nunc non habeo in manibus: & necdum expleta sunt. Aduersum Iouinianum libros duos. Et ad Pãmachium Apologeticum & Epitaphium.

¶ Ex libro sancti Hieronymi de uiris illustribus ubi de beato Hilario sic inquit.

Ilarius urbis pictauoꝶ Aq̃taniæ eps/ factiõe saturnini Arelatẽsis epi/ de Synodo Biterẽsi phrygiã re/
h legatus. xii. aduersum Arrianos cõfecit libros. Et aliũ librũ de Synodo: quẽ ad Galliaꝶ epos scripsit. Et in psalmos cõmẽtarios: primũ uidelicet & secũdum. Et a. xviii. usq; ad extremũ. In quo opere imitatus Origenẽ/ nõnulla ẽt de suo addidit. Et eius ad Cõstantium libellus quẽ uiuẽti Cõstantinopoli porrexerat: & alius in Cõstantiũ: quẽ post mortẽ eius scripsit. Et liber aduersus Valentẽ & Vrsatiũ/ historiã Ariminẽsis & Seleucẽsis Synodi cõtinẽs. Et ad ꝑfatum Salustinũ: siue cõtra Dioscorũ. Et liber Himnoꝶ: & alius mysterioꝶ: & cõmentarii in Matthæũ: & tractatus in Iob: quos de græco Origenis ad sensum transtulit. Et alius elegans libellus contra Auxentium: & nõnullæ ad diuersos epistolæ. Aiunt quidam scripsisse eum in cantico canticorum. Sed a nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est pictauis/ Valẽtiano & ualente regnatibus.

¶ Aduerte studiosissime Lector ex nimia impressoris festinatione positũ Hilarii Arelatensis pro Hilarii Aquitaniensis: cui ut parcere uelis oramus. Non enim omnes Lincei sumus. Vale & boni Consule.

¶ Epithoma in uitam Origenis: ex libro de Viris illustribus sancti Hieronymi præsbiteri.

Rigenes: q & Adamãtius: decimo Seueri ꝑtinacis anno aduersum Christianos ꝑsecutione cõmota a
o Leonide pr̃e: Christi martyrio corõato: cũ sex fr̃ibus: & mr̃e uidua paup̃ relinquitur: ãnos natus circiter xvii. Rẽ. n. familiarẽ ob cõfessionẽ christi: fiscus occupauerat. Hic Alexãdriæ dispsa ecclesia. xviii. ætatis suæ anno κατηχησεων. i. doctrinaꝶ opus aggressus: postea a Demetrio ei⁹ urbis epo in locũ Clemẽtis ꝑsbyteri cõfirmatus: ꝑ multos ãnos floruit. Et cũ iã mediæ eẽt ætatis: & ꝑp ecclesias Achaiæ: q̃ plurimis hæresibus uexabant: sub testimõio ecclesiasticæ epistolæ Athenas ꝑ Palæstinã ꝑgeret: a Theoctisto: & Alexãdro Cæsareæ: & Hierosolymoꝶ epis ꝑsbyter ordinatus Demetrii offendit animũ: Qui tanta in eũ debacchatus est insania: ut ꝑ totũ mũdũ sup̃ noĩe eius scriberet. Et cõstat eũ anteq̃ Cæsareã migraret: fuisse Romæ sub Zepherino epo: & statim Alexandriã reuersum. Heraclã ꝑsbyteꝶ: q sub habitu philosophi ꝑseuerabat adiutorẽ sibi fecisse κατηχησεων. Qui & post Demetriũ Alexãdrinã tenuit ecclesiã. Quãtæ aũt gloriæ fuerit: hinc apparet: q Firmilianus Cæsareæ eps/ cũ oĩ Cappadocia eũ inuitauit: & diu tenuit. Et postea sub occasione scõꝶ locoꝶ Palæstinã ueniẽs: diu Cæsareæ ab eo in sanctis scripturis eruditus est. Sed & illud: qd ad Mãmeã mr̃em Alexãdri imꝑatoris religiosam fœminam rogatus uenit Antiochiã: & sũmo honore habitus est: Quodq; ad Philippũ imꝑatorẽ: q primus de regib⁹ Romanis christianus fuit: & ad mr̃em eius lr̃as fecit: q̃ usq; hodie extant: qs ignorat? Et q tm̃ in scripturas diuinas habuerit studii: ut ẽt Hebræã linguam cõtra ætatis: gẽtisq; suæ naturã edisceret: & exceptis. lxx. interp̃tibus: alias quoq; editiones in unũ cõgregaret. Aq̃læ. s. Põtici proseliti: & Theodotionis Hebionei: & Symmachi eiusdẽ dogmatis: q in euãgeliũ quoq; κατα ματθαιον scribit commentarios: de quo & suũ dogma affirmare conaẽ. Præterea q̃ntã & sextã: & septimã editionẽ: quas ẽt nos de eius Bibliotheca habuimus: miro labore reppit: & cũ cæteris editionibus cõparauit. Et q̃a indicẽ opeꝶ eius in uoluminibus epistolaꝶ: quas ad Paulã scripsimus: in quadã epistola: cõtra Varronis opa cõferẽs/ posui: nunc omitto. Illud de imortali eius igenio nõ tacẽs: q Dialecticã quoq;: & Geometriã: Arithmeticã: Musicã: Grãmaticã: Rhetoricã: oĩumq; phõꝶ sectas ita didicit: ut studiosos quoq; seculariũ lr̃aꝶ sectatores hr̃et: & interp̃tareꝶ eis quotidie: cõcursusq; ad eũ miri fierẽt. Quos ille ꝑpterea recipiebat: ut sub occasione secularis lr̃aturæ in fide christi eos istitueret. De crudelitate aũt persecutiõis: quæ aduersus christianos sub Decio consurrexit: eo q in religionem Philippi desæuiret: quantos iterfecerit: sup̃fluum est dicere: cũ etiã Fabianus Romanæ ecclesiæ eps in ipsa occubuerit: & Alexãder: Babylasq; Hierosolymoꝶ: & Antiochenæ ecclesiæ põtifices in carcere pro cõfessione christi dormierint: & sup̃ Origenis statu siqs scire uelit qd actũ sit: primũ q̃dẽ de epistolis eius: quæ post ꝑsecutionẽ ad diuersos missæ sunt: deinde & de sexto Eusebii Cæsariensis ecclesiasticæ historiæ libro: & pro eodem Origene. vi. uoluminibus possit liquido cognoscere. Vixit usq; ad Gallum: & Volusianum: idest usq; ad. lxix. ætatis suæ annum: & mortuus est Tyri. In qua urbe & sepultus est.

¶ Index

¶ INDEX EORVM QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

¶ Explicit Tabula super Opera Origenis.

TOTVM HOC OPVS CASTIGAVIT LAV. VIC. MON.

¶INCIPIT PROLOGVS BEATI HILARII ARELATENSIS EPISCOPI IN EXPOSITIONEM ORIGENIS SVPER IOB, E GRAECO LATINITATI DONATAM.

p

ERITORVM Mos est medicorum: ut cum ad infirmum introierint: & qualitatē passionis agnouerint ægrotantis: ea q̄ necessaria/uel apta sunt curæ/agnita adhibeant passioni. Nec ante ꝓ infirmo aliquam ordinēt curam: q̄ in integro eius agnouerint cām: ne pro oculo aurē uideantur curare: aut ꝓ manu/capiti repiant medicinam cōferre. Quod est omnino imperitorum/atq; artem ignorātium medicinæ. Sic etiam omnis iterpres/nisi ante uim/ac sensum cognouerit lectionis: quomodo poterit fidem in omnibus cōseruare interpretis: nisi sensum (inquā) dilucide/atq; in integro iuxta linguæ uernacula perlegerit? Nō facile ullo mō ea quæ ab alio ædita sunt: in alterius linguæ saporem ueraciter exprimit. Et cū hæc non obseruauerit: aut certe (quod me dicere pudet) ignorauerit: aut aurē ꝓ oculo: aut caput ꝓ manu/tanq̄ imperitus medicus curare incipiet. Hæc a nobis ideo præmissa sunt: quia cognouimus / uel potius legimus hunc qui in manibus est beati Iob librum/aliquos iam de græco in latinum/non latino uertisse sermone. Et qa ualde satis ab interpretis officio discrepauerit: qui a ueritate/atq; regula interpretatiōis longe discesserit: ideo peto omnem sapiētem: in cuius manus hic liber deuolutus fuerit: ut ante hunc prologum relegat: q̄ ad huius libri lectionem accedat: ut ex huius præfatiōis textu informatus: a quo hæc interpretata fuerint perfacile cognoscat. Spondeo sane me a ueritatis auctoritate nullatenus discessisse. Sed sicut ab illo posita sūt q hæc prior ædidit: ita eorum status integritatem in nullo uitiatam penitus reseruasse: nihilq; scabrum/neq; asperum: neq; additum: demptūue diligens lector inueniet: quam illi fidem prætermissi interpretes facere nō præsumpserūt. Quod etiam peto te studiosorum lectorum maximum / atq; diligentem ueritatis amatorem: ut etiam tu illa mentis uiuacitate / atq; sancti animi curiositate: ad eorum quæ dicta sunt/rationem relecta peruenias lectione. Inuenies ꝓcul dubio multa eos prætermisisse: nec non & addidisse superflue plurima: atq; ab interpretis officio lōgius recessisse. Quæ cū diligenter agnoueris: quem legere debeas: quēue recusare/perfacile cognosces. Nos uero nō ideo hæc dicimus: quod nos aliis añponere uelimus: cum simus imperitiores/atq; abiectiores omnibus hominibus: sed (sm̄ apostolum) sermone/nō sciētia. Sed attamen fauentes in omnibus ueritati: ea quæ a uobis nobis iniuncta sunt: sūmo studio/deo suffragāte/in omnibus diligenter implere curabimus.

¶INCIPIT PRAEFATIO ORIGENIS SVPER IOB.

f

ICVT COELI Luminaria/ac syderum/in firmamento coeli a deo collocata: cunctis indesinenter quæ sub coelo sunt/fulgent: atq; omnibus quæ super terram sunt: per tēpora/ac tempora / generationes / & generationes mirabiliter relucent: Alia qdem per noctem: ut Luna/& stellæ: Alia nihilominus per diem: ut solis speciosissimi radii: Sic & sanctorum uirtutis insignia/atq; beatissimi eorum agones / omnibus in perpetuo singulariter fulgēt: omnibus in æternum bonorum formam tribuunt: omnibus sub sole pietatis exemplum ostēdunt. Quod autem syderibus/atq; luminaribus cōparentur omnes sancti: demonstrat Apostolus dicens. Stella enim a stella differt in claritate: ita & resurrectio mortuorum/proculdubio sanctorum. Quod euidētius ostēdit angelus qui ad Danielem locutus est/dicens. Tunc iusti effulgēt sicut luminaria coeli/& tanq̄ sol & luna/& tanq̄ stellæ in sæcula. Super quæ uniuersa etiam ipse dominus in euangeliis dicit. Tunc iusti fulgebūt in conspectu patris sui: qui est in coelis. Sic itaq; fulgent/atq; emicant omnes sancti: non solum in tempore resurrectionis: sed & nunc in tempore huius præsentis sæculi. Alius enim fide fulget: ut Habraam. Alius uero castitate lucet: ut Ioseph. Alius nihilominus māsuetudine/ut homo dei Moyses. Item uero alius constantia/atq; tolerantiā uehemētium dolorum: sicut admirabilis Iob. De quo plurimus sermo: de quo uehemēs disputatio. Cuius sanctæ uirtutis insignia: cuius admirabilem constantiam: cuius inenarrabilem tolerātiam: cuius miserabiles dolores: quis edicere: uel qs iuxta meritum præferre/uel admirari ualeat: quæ scripta sunt Syrorum lingua / siue ab ipso Iob / siue ab amicis eius? Ob hoc enim & dicit ipse beatissimus Iob. Quis dabit ut scribantur sermones mei: & ponantur in libro/in perpetuum? Interpretata autē sunt a magno uiro illo Moyse in hebraicam linguam: atq; filiis israel tradita. Quod ostendit ipsa scriptura Iob dicens. Hic interpretatus est ex Syrorum libro. A quo interpretatus? Manifestum q̄ a Moyse hebæro. Item uero a .lxx. ex hebræo/in græcū trāslatus est. In Aegypto scilicet olim Moyses ex Syro/in hebræum eum transtulit. In Aegypto item ēt lxx. sub Ptholemæo / ex hebræo/in græcū/ illum trāstulere: & inde ex ægypto/per uniuersas gentes/beati Iob scriptura diuulgata est. Primum qdem in Arabia syricatim scripta: ubi & Iob habitabat. Post hoc uero & in hebræis/& in græcis/atq; in omnibus gētibus/iuxta hæc quæ intimata atq; ostēsa sunt: imutata/atq; interpretata est. Erat nimirum pridem syricatim ex parte scripta: non ita diligenter / neq; ita uigilanter: quēadmodum postea a Moyse. Solæ enim

respõsiones/atq; replicationes a primordio scriptæ
sunt. Nam quis illorum poterat nosse: quomodo
uenere angeli: ut starent ante deum: uel quomodo
diabolus uenerit: uel quid dixerit: uel qd respõderit?
Nullus illorum poterat hoc nosse: uel quid deus ad
diabolum locutus fuerit: nisi solus Moyses spiritus
sancti reuelatione: sicut de factura coeli/& terræ/ne/
mo alius ita diligenter poterat nosse/uel loq/uel scri/
bere: sicut Moyses: ita nec ea q̃ circa Iob gesta sunt.
Sed adhuc: sicut nemo alius poterat nosse/uel dice/
re/uel scribere: quæ solus pater ad solum filium lo/
cutus est/dicens. Faciamus hoiem/& cætera uniuer/
sa: nisi solus Moyses: quæ reuelauit illi spũs sctũs pa/
raclitus: qui pñs erat. Sic similiter nullus illius tpis
poterat nosse: quæ in secreto Deus ad diabolum lo/
cutus est: pro increpatiõe eius: quæ in eo erat cogna
tiõis: nisi solus Moyses: cui cũcta reuelata sunt: quæ
antea erant abscondita: pro his qui tunc legis auspi/
tium erãt accepturi. Quod aũt Moyses hæc scripse/
rit in ægypto: etiam iuxta ipm tps (cum eiusdem sit
numeri) maxime cõprobat. Nam sicut quintus erat
Iob ab Habraam: ita quinta ꝓgenie/missus est Moyses
educere filios israel de terra ægypti. Super hæc aũt
oia (o amici) inuenimus in antiquorum dictis: qd' cum
magnus ille Moyses in ægyptũ a deo fuisset missus:
& uehementem afflictionem filiorum israel uideret: &
consolari eos ab anxietate lamẽtabilis eorum afflictio/
nis/qua illos ægyptii affligebãt: minime ualeret: ue/
hementes illos/atq; terribiles Iob dolores pro con/
solatione illis enarrauerit: necnon & in scriptura eos
ponens adhuc cũ essent recentiores: illi populo de/
derit: ut per cognationes/& tribus suas hæc legen/
tes: & uehementes/atq; terribiles illos beati illius ui/
ri dolores audientes: inuicem se cõsolarẽtur: & cum
patientia/atq; grãrum actionibus/mala quæ eos circũ/
dederant/sufferrent: & ut bonam remunerationem
dñi: quæ Iob post tolerantiã largita est/audientes:
etiam ipsi liberationem sperarẽt: & beneficia beatæ
mercedis laborum suorum expectarẽt. Huius nãq;
rei euidens/atq; irrefutabile indiciũ est hoc: q etiam
adhuc usq; in hodiernum diem beati Iob toleran/
tia/ante eos qui sunt in dolore/& luctu/atq; plãctu
legitur pro cõsolatione atq; exhortatione dolorum
illorum/& pro ablatiõe angustiæ cordis eorum. Si/
militer autem & in cõuentu ecclesiæ in diebus san/
ctis legit' passio Iob: in diebus ieiunii/in diebus ab/
stinẽtiæ/In diebus in quibus tãquam compatian/
tur hi qui ieiunant/& abstinent/admirabili illi Iob:
In diebus in qbus in ieiunio/& abstinentia sanctam
Domini nr̃i Iesu Christi passionem sectamur: ter/
ribilem eius passionem transeuntes: ad beatam eius
resurrectionem uenire mereamur: Compassi nunc:
ut & conregnemus/condolentes modo in tpe pas/
sionis: ut & congaudeamus post hæc in tpe resurre/
ctionis. Quam passionem dñs nr̃ Iesus xp̃s ad terras
ueniens: in humano corpore sustinuit ꝓ oium ho/
minum salute: ut per passionem sane mortem inter/
ficeret: per resurrectionem uero suam/recidiuam ui/
tam cunctis ostẽderet. Cuius passionis/atq; resurre/
ctionis dñi formã/atq; exẽplum/Iob passio in mul/
tis gerebat: sicut hi qui diligentius reqsierunt repe/
rere. Merito etiam nunc in diebus passionis in die/
bus sctificationis/in diebus ieiunii/beati Iob passio
legitur/atq; meditat'/& scrutat'. Sed ad priorem re/
uertamur sermonẽ. Diximus q magnus ille Moy/
ses scribẽs passionem Iob/& dolorem/& laborem/
atq; cõstantiam pro cõsolatione dederit filiis israel:
blande/& benigne/ac placide loquens ad eos/ac di/
cens. Constantes estote filii israel: aiæquiores estote
posteritas habrææ: sustinete dolores: sufferte hæc ma
la: qa & olim erat qdam homo in regione Vsitide:
cui nomen erat Iob: qui cum esset iustus/& uerax/&
sine querela: ingẽtes sustinuit dolores: amara sup/
portauit tormenta: ꝓpter zelum aduersarii/atq; ne/
qssimi diaboli inuidiam. Ita & uos (inquit) modo
a Pharaone uexamini: ab ægyptiis oppressionẽ pa/
timini: ab imisericordibus uehemẽtes sustinetis do/
lores: cum oino nõ cõprobemini pctõres/neq; cul/
pabiles: & non solum inculpabiles: sed & scti/boni
factores/& pfecti/& grati amici/& ipsis/& patribus
eorum estis cõprobati/atq; ostensi. Sed cum hæc pati/
mini illicite ab ægyptiis in seruitutẽ redacti/& absq;
culpa ab eis macerati/atq; iniuste afflicti: ne deficien/
tis/neq; succubuentis: nolite fieri desperantes. Sed
sustinete cõstanter: atq; sufferte uiriliter. Erit nãq; &
uobis liberatio: quẽadmodũ & illi: reddetur etiam
uobis retributio huius tribulatiõis: sicut & illi red/
dita est. Si uos: quos honorabiles/atq; diuites esse
oportebat/ꝓpter patrũ bonitatem/atq; diuitias/in/
honorabiles/atq; egeni effecti estis: nolite expauesce/
re: qa & præfat' hic uir Iob de sede regali/& gloriosa
ad sterqliniũ deuolutus est: cum ignominia ex immẽ/
sis diuitiis/atq; opulẽtia ad miserabilem pauptatem
imutatus est: atq; inopiam. Si ægyptii quos amicos
eẽ oportuerat: ꝓpter grãm Ioseph/& syncæritatem
israel: ad inimicorum neqtiam imutati sũt. Nec hoc uo
bis mirum sit: qa & Iob boni illi sodales: qui ei de/
uoti: atq; integri amici esse debuerãt: ad inimicitiam
conuersi sunt: & ad maximam reluctationem/atq;
criminationẽ circa illum imutati sunt. His ergo si/
milia etiã uos (inquit) sustinentes filii israel: usq; in
finem supportate: usq; in finem sufferte. Erit enim &
uestra inspectio: sicut & illius facta est. Erit enim/atq;
reddetur uobis tolerantiæ remuneratio: sicut & illi
reddita est. Hæc nãq; atq; his similia Moyses loqns
ad filios israel/scripsit/dicens.

¶ INCIPIT LIBER PRIMVS EXPLANATIONIS ORIGENIS IN CAPITVLVM PRIMVM IOB.

h

OMO Quidam erat in regiõe Vsitide: homo/utpote natura existens. Homo quidam uero: utpote ex oĩbus singularis. In regione autẽ Vsitide/utpote qui illic moraretur: & illic natus: atq; ex ipsis fuerit: & iter eos adiuixerit. Et qui sunt isti Vsitidæ? Genus Esau/posteritas/atq; tribus Edom. Nã Vsitides/& Minæi/& euchæi/& themanitæ/& cæteri oẽs tribus ex cognatiõe/atq; prosapia Esau/filii Isaac qui & Edom cognominatus est: idcirco & cohabitatores sibi erant inuicem/atq; integri amici: utpote unius generis: atq; unius linguæ: & (ut breuiter dicam) unius gentis erant/& contigui habitatores. Nam tũc uniuersæ tribus Idumæi uocitatæ sunt: ex noĩe Esau ita nũcupatæ. Nunc uero oẽs uno noĩe Arabi appellãtur: non solum Idumæi qui erãt ex Esau: sed & Amanitæ/& Moabitæ/omnes pariter nũc in arabum noĩe perstringuntur. Hæc itaq; diximus: ut ostẽdamus qui fuerunt Vsitidæ: ex quorum Iob appellatus regione: quia tribus erant & cognationes Edom: qui & Esau. Nam sicut tribus israel qui & Iacob: ita & tribus Edom qui & Esau: iuxta carnales tribus: & non iuxta studia spiritualia. Vsitidæ ergo & Euchæi & Minæi & Thema nitæ: oẽs pariter Idumæi fuere. Ob hoc ergo dicit. Homo qdam erat in regiõe Vsitide. Statim in primordio laudẽ beatissimi Iob demõstrat. Nam cum hoĩem illum memorat: ostẽdit protinus: ꝙ ille homo fuerit/& nõ iumentum/neq; bestia. Homo quidam erat. Sed qa homo esse cõprobatur: merito sanctus esse ostẽditur. Homo quidam erat. Vnus erat ex oĩbus hoĩbus: sm corpus: sm corruptionem. Sed singularis erat præ oĩbus hoĩbus iuxta spũs instantiam: & aĩæ syncæritatem/atq; iustitiæ pfectionem. Homo qdã erat. Vere homo/utpote homo factus/ut homo pmanens: utpote ad imaginẽ dei creatus: & ad similitudinem iumentoꝝ ac bestiaꝝ: atq; reptilium non est imutatus. Sicut dicitur de aliqbus. Homo uanitati similis factus est. Et adhuc. Homo cum in honore esset non intellexit: cõparatus est iumentis insipientibus: & similis factus illis. Homo quidam erat. Patientiæ exemplum/constantiæ testimonium/tolerantiæ indicium. Homo qdam erat. Quem inumeri beatum dixere: quem pñtes timuerunt: quem absentes reueriti sunt: quẽ angeli admirati sunt: quem ipse dñs dilexit. Homo qdam erat. Quem neqssimus emulatus est: cui aduersarius inuidebat: quem inimicus hoĩum diabolus/apud dñm repræhẽdebat. Homo qdam erat. Qui uersuti illius draconis caput conculcauit: qui sceleratum diabolum/in fugam uertit: qui in corpore: incorporeum supplantauit. Homo qdam erat. Homo uere tanq̃ constãtissimus belligerator: tanq̃ singularis monachus: tanq̃ constanter stans aduersus omnes diaboli exercitus: tanq̃ q singulariter de oĩbus dæmonum uirtutibus uictoriam sumpserit solus. Homo qdam erat. Non belua cruenta: non erat serpens nequitiæ: non erat equus/neq; mulus plenus luxuria/neque petulantia: non erat canis spurcitia/neq; uulpis/dolo/atq; astutia: non erat scorpius/neq; ueneni loetalis uipera: Sed homo erat. Nõ sicut obscæni/atq; impudici/maligni quoq;/atq; uersuti qui his omnibus comparantur: atq; hoꝝ oĩum appellatione nuncupantur: Sicut dicit de huiusmodi. Canes improbi aĩo nesciẽtes saturitatem. Et adhuc/equi emissarii facti sunt: unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebant. Et alibi. Serpentes/generatio uiperarum/& generatio serpentium uolantium: qui ueloces sunt in malitia. Et iteꝝ. Apprehendite nobis uulpes pusillas exterminãtes uineas. Et tanq̃ uulpes in solitudine facti sunt prophetæ tui israel. Et ite/& dicite uulpi illi: dicit dñs de Hærode. Et alia inumera his similia/dicuntur de hmõi in scriptura. Sed beatus Iob non erat talis neq; his similis. Sed homo erat intaminatus/& imaculatus/atq; illibatus. Homo utpote hoc quod ad imaginem/& similitudinem dei factus est: in itegrum custodiens. Sic itaq; homo quidam erat/iuxta hæc uniuersa quæ monstrata sunt. Non erant tales oẽs hoĩes: sed unus erat solus talis quidam ex oĩbus/Iob beatissimus. Vbi aũt erat hic homo? In qua regione? in qua puĩcia? respondit/dicens. In regiõe Vsitide. Qui autem sunt isti Vsitidæ? superius demonstrauimus: ꝙ ex genere fuerint Esau/siue ex filiis Esau: siue ab eo ipso Esau Vsitides erat Iob. Et quales erant isti Vsitidæ? Impii/iniusti/infideles/obscæni/insatiabiles: sicut & pater eorum Esau: de quo dictum est a sanctis. Nemo sit obscænus/& insatiabilis: sicut Esau. Cum esset ergo talis ipse Esau: nõ docuit filios suos pietatem/neq; iustitiam quam ipse non sectabatur: Sed impietatem eos docuit/& iniustitiam/atq; infidelitatem. Quod si dixerit aliqs: cum ergo talis fuerit Esau/atq; generationes eius: qũo fuit Iob ex illis/atq; inter illos/pius/ac bonus? Ita fuit: sicut mox in principio Abel innocens/cum Cain iniusto: sicut Noe iustus inter gigantes illos sceleratos: sicut Melchisedec sacerdos dei altissimi/in medio maledictoꝝ chananæoꝝ: sicut Habraam qui credidit in medio chaldæoꝝ idola colẽtium. Sicut ergo isti oẽs cum essent pii/ac sancti/atq; religiosi/dei amici: ex impioꝝ sunt generationibus procreati: ita & admirabilis Iob cũ ex obscæni/atq; insatiabilis Esau genere/atq; cognatione prodiens: sanctus/ac iustus/sponte effectus est. Hoc scilicet demonstrat/dicens. Homo qdam erat in regione Vsitide. Erat tanq̃ rosa inter spinas/tanq̃ lilium inter tribulos/candidus/ac rubeus. Cãdidus fide/ac sanctitate/Rubeus uelut rosa/pœnæ quã sustinuit dolo/

re/ ac passione. Homo quidam erat in regione Vsitide. Erat tanq̃ columba inter raptrices aquilas: tanq̃ agnus in medio luporum diripientium: tanq̃ stella in medio nubium teterrimarum. Homo quidam erat iustus inter iniustos/ inter pphanos sanctus: inter obscænos mũdus/ pius inter impios/ bonus inter malos/ tanq̃ smaragdus in luto/ tanq̃ margarita iter arenam. Sic naq; erat memoratus homo ille in regione Vsitide. Cum inter tales esset: non talis fuit quales & illi: cum inter impios esset: non declinauit ad ipietatem: cum esset iter infideles: nõ abiit ad infidelitatem: cum esset inter iniustos: non est cõmixtus iniustitiæ: sed pmansit in medio impiorum/ tanq̃ adamas imobilis/ tanq̃ lucerna inextinguibilis/ tanq̃ lumen q̄ non imutat/ tanq̃ radius qui nõ occidit. Sic oportet ẽt nos esse o amici/ sanctos atq; imaculatos/ pios ac religiosos/ charitatem amplectentes/ atq; perfectos/ inuiolabiles atq; illibatos/ in medio generis praui/ ac peruersi: ut fulgeamus tanq̃ luminaria cœli in mundo: uerbum uitæ cõtinentes in die christi: ut & de nobis dicatur: sicut & de beato illo. Et erat homo ille sine querela/ iustus/ uerax cultor dei. Homo ille memoratus/ atq; designatus: qui in regione erat Vsitidi: cui nomen erat Iob. Oñdit hoiem: cognitam fecit regionem: designauit nomen dicens: cui nomen erat Iob: Quod cum iustis scriptum est: quod in regiõe uiuorum signatum est: quod in tabernaculis æternis est deputatum. Cui nomẽ erat Iob. Dignos habeat etiam nos dñs: ut nr̃a noia scribantur cum uiuentibus: sic cum his qui salui fiunt nominentur: sic cum iustis cõnumerentur. Sed adhuc inqt. Homo qdam erat in regiõe Vsitide: cui nomẽ erat Iob. Aduersus diabolum est hic sermo: aduersus nequissimum est hæc disputatio: tanq̃ si diceret. O malignissime diabole/ o nequissime sathana: aduersus quem altercaris: aduersus quem bellum geris: aduersus quem prælians: aduersus quem zelo succenderis? Aduersus hoiem/ aduersus corruptibilem/ aduersus mortalem/ aduersus carnalem/ aduersus terrenum: cum sis icorruptibilis/ & icorporeus/ atq; imortalis. Aduersus eum qui in regione moratur Vsitide: tu qui de cœlo cecidisti. Sed & sic superaris/ conculcaris/ humiliaris/ ab uno hoie: cum sis spiritus: Ab uno ex corruptibilibus: tu qui ex incorruptibilibus Cherubim cecidisti ordinibus. Hæc itaq; significat dicens. Homo qdam erat in regione Vsitide. Qui omnem exercitum diaboli supauit: qui oẽm uirtutem nequissimi debilitauit: qui omne argumẽtum diaboli superuacuum demonstrauit: qui oẽm uentum/ & aquam/ atq; impetum maligni in se collidentem/ constãter sustulit/ & imobilis pstitit. Ac si ergo diceret. Homo qdam erat: o diabole: qui tibi præualuit. Homo qdam erat: qui oẽm uirtutem tuam infirmam ostẽdit. Homo qdam erat: qui oẽm maliciam tuá in derisionem deduxit: & (q̄ est maximum) habitãs in regione Vsitide: impiorum atq; infidelium/ obscænorum quoq; atq; iniustorum. Nam cum illic moraretur: non potuisti o diabole imutare: neq; conuertere eum post impios/ ad impietatem: neq; post infideles/ ad infidelitatem: neq; post iniustos/ ad iniustitiam: Sed inter oẽs/ & apud oẽs iniustos pmansit iustus ille: sicut attestatur Moyses istic/ consequẽter dicens. Et erat homo ille magnus admirabilis. Beatus homo ille qui a deo testimonium accæpit: qui ab angelis prælatus est: qui ipsi diabolo in admirationem uenit: utpote qui uehementioribus plagis/ atq; piculosis doloribus non succubuit. Hic ergo homo ille erat sine querela: utpote ab omni crimine alienus: utpote ab oi macula illibatus: utpote oi rep̃hensione exors. Erat sine querela coram deo/ & hoibus: coram angelis/ & spiritibus corruptibilibus/ & incorruptibilibus. Erat sine querela: utpote formam in se oñdẽs nouæ gratiæ: ubi præcepit epm irrep̃hensibilem esse. Erat sine querela/ in aio/ & corpore/ in consiliis/ & cogitationibus/ in uerbis/ atq; operibus in studiis/ atq; cõuersationibus: in oi nihilominus uita sua erat sine querela. Ita dcm̃ est post hoc de Samuele in laudibus patrum. Et non reprehendit illum homo: idest non criminatus est illum homo: quia erat sine crimine: sicut & olim Iob. Et unde inuenit hoc Iob: ut esset sine crimine? Ex hoc inuenit: quia erat iustus. Ex hoc inuenit: quia a iustitia non declinauit. Ex hoc inuenit: qa iustitiam non dereliquit: quia a iustitia non discessit: quia iustitiam non despexit: idcirco postq̃ sine querela illum ostendit: Post hoc nihilominus etiam iustum illum demonstrans dicit. Sine querela/ iustus. Iustus erat: qa sine crimine erat: & sine querela erat: qa iustus nuncupatus. Et erat homo ille sine querela iustus. Iustus in iudiciis/ iustus in causis/ iustus in legibꝰ/ iustus in ordinatiõibus. Nam cum esset dux/ ac pnceps prouinciæ suæ: & legem sanxit: & iudicia iudicauit. Sed proculdubio q̄ oia iuste disposuerit/ & iudicauerit/ atq; misericorditer diffinierit: nõ ueritus psonam: non accipiens munera: non ambulans post retributiones: non despiciens oppressum: nõ spernens uiduam/ nõ obliuiscẽs orphanũ. Pro his ergo oibus: & ex his oibus/ atq; p hæc cũcta erat iustus: tanq̃ omnem iniustitiam cõculcans: tanq̃ eradicans omnem iniustitiam: tanq̃ oẽm iniustum humilians: & non pmittẽs se mergere. Erat iustus: utpote iniustitiæ nõ cõicans: utpote iniustitiæ nõ appropinquãs: utpote iniustitiã odio hñs/ atq; abhominãs. Erat iustus: qm̃ illum diligebat: de quo dr̃ in pphetis. Et erit iustitia accinctus lũbis. Erat iustus: qa in deo spabat: de quo dr̃. Iustus dñs & iustitias dilexit: æqtatẽ uidit uultus eius. Sic naq; erat iustus. Sic erat iustus: ut ipse deus qui cognoscit corda: attestaretur iustitiæ eiꝰ. Ita erat iustus: ut ipse de semetipso diceret. Iustitia eram indutus: & uestitus iudicio/ tanq̃ uestimẽto. Confregi molas iniustorum: De medio aũt dentiũ eorum rapinas abstuli. Sic itaq; erat iustus: ut formã atq; exemplum dñi dei eius in se adimpleret: q cũ sit iustus: iustitiam dilexit. Cum iustitia aũt erat/ & uerax. Nã multi uidentur esse

dentur esse iusti:sed non ueraciter/sed fallaciter/non
iuste/sed iniuste/nõ plene/sed functorie. Merito núc
istic cum iustú diceret btm̃ Iob:adiecit etiam hoc/ꝙ
uerax fuerit.Ob quã rem?Ob hoc ut oñderet:qa iu
stitia eius uera erat:nõ erat mendax:nõ erat simulata:
sed integra erat/atq; deo acceptabilis. Ob hoc ergo
dicit/uerax.Sciebat nãq; iustus ille uir/ꝙ ueritatem
reqrit dñs:Idcirco uerax erat/uerax/purus/simplex/
non fictus. Nõ erat in illo duplicitas:nõ erat in illo
hæsitatio:nõ loquebat̃ aliud in ore:aliud cogitabat
in aĩo:non aliud dicebat uerbis:& aliud cogitabat
corde.Nõ erãt uerba eius mollia in labiis/iacula ue/
ro in occulto:quẽadmodum nunc sunt plurimorũ:
quẽadmodum sũt inumerabilium:De qb⁹ dicitur.
Molles fuere sermones eius sup oleum:& ipsi sunt
iacula.Et adhuc.Proximo suo loqtur bona:& intra
se hẽt mala. Et alibi. In labiis suis obdulcat inimi/
cus:in corde uero suo isidiat̃. Sed nõ erat talis btũs
Iob:sed uerax erat.Verax utpote seruus eius:de quo
dr̃.Sit deus uerax. Tanq̃ uere seruus illius:de quo
dcm̃ est.Hæc est uita æterna:ut cognoscãt te solum
uerũ deum.Et quẽ misisti Iesum xp̃m.Cum eẽt ergo
ueri dei seruus uerax:erat uerax/nec ipse mẽtiens/nec
mẽdaciis cõicans/nec ipse mẽtiens/nec aliis mẽda/
cia cõgruẽ pmittẽs.Verax in ore/& uerax in corde:
uerax in cogitatiõibus/& uerax in m̃sionibus/uerax
in uerbis/& uerax in factis/uerax cũ hoibus/& uerax
cum angelis/uerax in correptiõe:& uerax in icorru/
ptionibus/&(ꝙ est oium maximũ)uerax in cõspe/
ctu oia ingrentis dei.Ob hoc enim dr̃. Nõ peccauit
Iob in cõspectu dñi/& nõ dedit isipiẽtiam deo.Da/
uid bonus a conspectu dñi núcupatur.Iob uero ue/
rax in cõspectu dei oñditur. Verax ĩ lege ante legem/
uerax in mãdatis ante mãdata/uerax in misericordia
& in iustificatiõibus ante scripturæ sanctionẽ.Horũ
nãq; oium cõmemorationẽ cum in natura conscri/
ptã hẽet a creatore:cũcta hæc ueraciter adimpleuit:
cuncta hæc ueraciter pfecit:& idcirco ueraciter uerax
dr̃:atq; cõprobat̃.Primũ qdem sine querela:utpote
in semetipso:deinde iustus:utpote circa oẽs. Itẽ ue/
rax/tanq̃ in cõspectu dei.Propterea hæc post uniuer
sa in cõclusione oium pro uniuersorũ recapitulatiõe
adiiciẽs/dicit.Dei cultor.Quia oẽm sctitatem/& om
nem iustitiã/& oẽ opus bonum qđ uisi fuerint ho/
mines facere:nisi in dei cultura/nisi in dei agnitiõe/
atq; cõfessione fecerint:sine causa faciũt/atq; supua/
cue.Et(ut breuiter atq; euidẽter dicam)Oia quæ/
cũq; fecerint hoies/siue in uirginitate/siue in abstinẽ
tia/siue in corporis castitate/siue in carnis suæ cõbu/
stione/siue in bonorũ suorũ distributione:oia gratis
faciũt:si non in fide fecerint.Sine causa agũt:nisi in
agnitiõe unius isecti dei pr̃is/& in cõfessione unius
unigeniti filii eius dñi nr̃i Iesu xp̃i/& in illuminatio/
ne spũs sci gloriosi/ac uenerabilis paracliti:qui adiu/
uat ifirmitatem nr̃æ orõnis:in quo signati sumus
in die redẽptionis nr̃æ:hoc fecerint.Oẽm ergo san/
ctitatem/oẽm iustitiam quã fecerit qs foris a uera dei

cultura/atq; uera fide:gratis facit/frustra facit:in pdi/
tione facit.Nõ enim ei pdest:nõ adiuuat eum in die
iræ:non liberat eum in die interitus. Quis est testis?
Apostolus qui ait.Oẽ quod ex fide nõ est:peccm̃ est.
Non solum non adiuuat:sed insup lædit:sed potius
cõdẽnat.Quare?qa bona uidet̃ fecisse:nõ quæsita
fide:nõ inqsita agnitiõe eius:pp quem hoc fecerint.
A quo enim accipiẽt mercedẽ?ab eo quem nõ reqsi/
siuit:quem nõ agnouit:cui nõ credidit:quem non
est cõfessus:neq; pfessus sicut oportuit?Nõ accipiet
ab eo remunerationẽ/nisi iudicium/& irã/atq; con/
dẽnationẽ.Sicut.n.q ædificat sine fundamẽto:ni/
hil pficit nisi detrimẽtum/& laborẽ atq; dolorẽ:sic
silr qui boni aliqd uidet̃ se facere:si sine fide fecerit/
nihil pficit.Sicut enim credẽti oia possibilia sunt:ut
saluet̃:atq; refrigerium ueniat apud eũ cui credidit:
sic nõ credenti nihil est possibile:neq; ut saluus fiat:
neq; ut refrigerium ueniat:neq; ut in uitã introeat.
Nõ est enim mẽtitus q ait.Quærite deum:& uiuet
aĩa ur̃a.Quod si nõ quæsieritis in fide:nõ potestis
in uitam itroire:idest aiæ non credẽtiũ. Sicut enim/
nisi sol ubrauerit sup faciem terræ:nullus ex fructi/
bus eius crescit/neq; adolescit/neq; maturescit:sic si/
militer/nisi fidei ueritas refulserit in aĩabus hoium:
nunq̃ erũt acceptabiles corã deo.Quod si sol nõ ra
diauerit sup fructus terræ:non oriunt̃:neq; mature/
scere cõprobant̃.Manifestum est apud Noe.Nã per
totum annũ illum quo Noe fuit in arca:sol nõ efful
sit sup terrã/partim sane ab aeris pturbatione coerci/
tus:partim autẽ/qa ab aquarũ multitudine terra erat
coopta:idcirco fructus terræ illo anno/neq; germi/
nauerũt:neq; creuerunt:neq; maturescere cõprobati
sunt:sicut ĩ genesi(inqt)scribẽtes asseruimus.Hæc
nãq; uniuersa diximus:qa btũs Iob cum iustitiã/&
ueritatẽ hẽet:ẽt dei culturã:hoc est fidẽ deo delecta/
bilẽ/speciosam quoq; ei/atq; acceptabilẽ.Sicut enim
nihil est delectabile hoibus sine luce:sic similiter ni/
hil est delectabile/neq; acceptũ deo absq; fidei lumi/
ne.Ob hoc ergo dicit de Iob dei cultor:iuste/ac ue/
raciter colẽs deũ:Nõ pp diuitias/atq; pecunias:sicut
diabolus mẽdaciter detulit illũ apud deũ:Sed pp iu
stitiã/ac ueritatẽ coluit deũ.Nihil.n.hoc iusti⁹/ac ue/
racius:q̃ ut rector uniuersorũ/ac bñfactor oium/ue/
raciter colat̃/& adoret̃. Nihil hoc iustius/neq; uera/
cius:q̃ ut ei q est oium deus/& cõditor/ac puisor/cre
dat̃:ut oporteret:& confiteat̃/& pfiteat̃.Nihil ergo
suscipit deus absq; fidei ueritate.Nõ.n.indiget his q̃
nr̃a sunt:nisi solis aiabus nr̃is/in ueritate fidei psistẽ
tibus:nisi sola cõscientia nr̃a in ueritate fidei sibi cõ/
fitente.Hæc nãq; sciens btũs Iob:iustitiã ædificauit:
ueritatẽ fundauit.Sed hæc uniuersa/dei cultura:hoc
est fide cõcinauit/atq; texuit:obdulcauit/atq; pfecit.
Sic oportet ẽt nos(o uiri piti)in fide ambulare:in
fide stare:in fide pseuerare:ifidelitati/atq; ifidelibus
nõ appropinqre:neq; cõicare/neq; cõuẽticulis eorũ/
neq; collectis:ut cũcta quæ facimus:in fide deo ac/
ceptabilia fiãt:Sicut & illa q paulopost Iob fecisse/

afferitur:accæptabilia facta sunt:qa abstinuit se ab oi re mala: ut deo accæptabilis fieret religiosa eius dei cultura:ut nihil esset qd' ei pstreperet:uel præpediret circa dei cōiunctionem/atq; familiaritatem : utpote ei qui erat sine querela/iustus quoq;/ac uerax dei cultor:atq; abstinēs se ab omni re mala. Dignos faciat nos ēt deus:ut ipm imitātes : idest eius beatitudinis uestigia:requiē/atq; refrigeriū accipiamus in tēpore resurrectiōis. Habuit aūt filios septem & filias tres. Sed nō ex adulterio/neq; ex ipudicitia : sed ex licito/atq; imaculato matrimonio. Sciebat nāq; btūs Iob: quia ex illicito thoro filii qui nascunt : testes erūt iniquitatis aduersus parētes suos:cum iterrogabūtur. Idcirco ueraciter dicit. Et si secutus est oculis meus uxorem uiri alterius:atq; his similia. Cum ergo oia obscæna & execrabilia/atq; illicita declinaret:habuit filios septem/& filias tres scē/& pudice/sm officium naturæ/caste ac ueraciter iuxta creatoris puisionem. Fuerūt aūt illi filii septem:et filiæ tres fuerūt illi. Cui? Iob:iusto/sine querela/uero Dei cultori. Huic ergo fuere filii septem: & filiæ tres:deo largiēte: puidente creatore:uolēte oium opifice:fuere ei filii septem & filiæ tres. Septem filii:iuxta hebdomadam dieq; sæculi: Aut iuxta hebdomadam eoq; qui ab apostolis in nouæ gfæ sæculo sunt ordinati: Aut iuxta septē stellas quæ quotidie ptranseunt spatia coeli. Fuere ei septem filii/et filiæ tres:oēs simul decem/sm decem uerba legis: quæ post hoc filiis israel sunt tradita. Ergo qa ea quæ in decem uerbis legis sunt præcepta: oia adimpleuit Iob/& an legem/& extra legem: idcirco ipsi qdem in formā/atq; memoriam:illis uero qui post hoc sub lege legem non adimpleuerint ad correptionem/ad condemnationem. Decē filii sunt dati ei:ut in singulis eoq; singuloq; memor præceptoq; oia adimpleret. Sed dicit aliqs. Porro cur non dedit ei masculos tm̄:sed partim quidem masculos: partim aūt foeminas: Audi. Ob hoc dedit pmiscue & filios/& filias:quia a sæculo ita dedit oibus. Genuit (inquit) filios & filias. Et adhuc. Ob hoc promiscue & filios/& filias : quia ita desyderant hoium mētes:quia hoc reqrit hois desyderium:ut pmiscue utraq; & filios & filias habeāt ad satisfaciēdum. Ergo humanis sensibus promiscue dedit illis:& dat filios & filias. Et adhuc. Ob hoc dat pmiscue:ut concordia atq; coniunctio hoium multiplicet p cōnubioq; copulationes. Vbi enim dederint filias suas in coniugium:& accæpint filiis suis uxores:illic copulatio fit cōnubii: crescit coniunctio/siue apud pauperes/siue apud diuites. Quod si sane alicui filii tm̄ nascerētur:Alii aūt filiæ:cum eas uiris oēs traderet: domū uacuam relinqueret : atq; hæreditatem suam desolatā. Nunc uero filias sane dat foris:filiis autem intus accipit uxores: Ac per hoc & extrinsecus habet cognationem:& itrinsecus hæreditatem. Hæc uidelicet uniuersa diuina efficiunt puidētia/atq; operatione:utiliter/atq; necessarie hoibus ita ab initio ordinata. Sic nāq; & Iob fuere filii septem/& filiæ tres: ut cū ipsas sane filias foris traderet uiris:haberet extrinsecus filios adoptiuos:& cum filiis suis de foris acciperet uxores : Haberet ēt in his extrinsecus adoptiuas filias. Sæpe enim generi/uel nurus filiis syncæriores reperiuntur circa soceros/uel socrus suas:illæ quæ dei timorem/ac pietatem habuerint aiabus suis. Talis fuit beata illa Ruth quæ ita detulit socrui suæ ueteranæ:ut usq; ad mortem nō esset passa eam relinquere. Idcirco in scriptura sane in perpetuo magnificatur apud deum uero in infinita sæcula beatificatur:iudicabit nihilominus atq; cōdēnabit in resurrectione oēs malignas/& impias nurus:quæ soceris/uel socribus suis cōtumeliam/uel iniuriam ingesserint:nō reminiscētes/q ipsi eis & uiros genuerint/atq; nutrierint:& substātiam pro uictu illis labore acqsierint. Si igitur diligis uiq; tuum o mulier:dilige & eos qui genuerūt eum:& nutriere sibi filium: tibi uero maritum. Noli separare filium a patre/uel matre. Noli compellere filium/patrem aut matrem inhonorare:ne uæ in hæreditatē capias apud dñm Deum in die terribilis inqsitionis atq; iudicii. Sufficiat tibi/o mulier:quia possides uiq; quem non nutristi:quia uenis in domum quam nō ædificasti: & substantiam quam non acquisisti: & eris domina/atq; potestatem hñs laboq; alienoq; : pro quibus tu nullatenus laborasti. Noli ergo retribuere mala his qui tibi pparauerunt atq; labore suo acqsierunt hæc oia/siue uirum/siue substātiam/siue resumptionem. O mulier/ne ascēdat super te maledictio a dño Deo. Sed hæc pauca per occasionem filioq;/ac filiaq; Iob a nobis sunt dicta:pro cōmemoratione bonaq; nurium:ad correptionem uero & cōdēnationem malarum/& impiaq;/atq; crudelium omnium. Fuerūt (inquit) illi filii septem. Certum est qd' religioso religiosi:& sācto sancti:& bono boni:sicut & in priori demonstrauit. Nam cum sancta esset radix: sancti creuerunt & rami/atq; bonæ exortæ sunt propagines. Memorati sūt septem filii Iob & tres filiæ. Erāt namq; etiam ipsæ filiæ/& ipsis filiis similes:utpote filiæ Iob:atq; eius filioq;:suoq; uero germanoq; certe sorores in omni bona religiositate. Nisi enim ipsæ eorum sorores tales extitissent : non utiq; pariter cum germanis suis semper fuissent:sicut in priori hæc scriptura demonstrauit. Sed adhuc fuerunt illi septem filii/& tres filiæ/numero decem: aio uero/unius erant numeri:plurimi erant numero:consensu aūt atq; concordia quasi unus : unanimitate/atq; dilectiōe quasi idem. Non separabat eos zelus: non dissociabat eos inuidia:sicut pridem fratres Ioseph. Quare? quia non exorta est inter illos puaricatio/neq; coinqnatio : sicut in Ruben:neq; furor interficiens:sicut in Symeon/& Leui:neq; odium fraternæ maledictiōis:sicut in cæteris filiis Iacob. Sed erant oēs unanimes in pietate:pacifici in iustitia/atq; in dei timore cōcordes:utpote Iob filii:& non tanq̄ Esau nepotes. Esau autem cum unum sufferre non posset germanum frēm Iacob:iterficere eum qsiuit.

Septem

Septem uero filii Iob & tres filiæ tanq̃ una aia indiuisi adiuixerũt in unanimitate. Et tãta fuit unanimitas laudabiliũ filiorum Iob: ut & malignus/atq; inuidus dæmon facile omnes pariter indiuisos interficeret: quam ut diuidere atq; dissociare benignam/atq; ueram eorum unanimitatem posset. Audite hæc o filii religiosorum: audite hæc o nati fidelium: audite & imitamini piorum fratrum unanimitatem: qui uere & ueraciter in uita sua indiuisi fuere: & in morte non sunt dissociati. Non sit inter germanos lis: sed benignitas/atq; concordia. Non sit inter fratres contentio/neq; diuortium: sed pax & unanimitas: sed syncæritas atq; puritas. Nõ subintroeat aduersarius per malorum hominum ora: nõ perturbent malignus per suæ nequitiæ ministros piæ germanitatis concordiam. Multi sunt filii Dauid. Olim cum aduersus se inuicem isurrexissent: atq; patri iusto rebelles extitissent: Amon & Absalon & Onias: qui adhuc uiuo religioso patre impie atq; iniuste regnum eius cupere: atq; rapere tẽptauerunt. Nam cum essent scelerati atq; iniusti: in damnationem/atq; interitum iuste a deo sunt traditi. Sed non tales fuerunt/uel extiterunt septem beati Iob filii: sed tanquam septem dies indiuisi/& tanquam hebdomada septimanæ indissociati. Non certauerunt pro elegantia: non litigauerunt pro fortitudine: non contendere pro diuitiis: non sunt cõturbati pro regno. Sed cum essent unanimes: cuncta ꝓpria inuicem sibi existimabant communia. Erat namq; uere cor eorum/& anima una. Propterea cum sanctis in perpetuo nominãtur: propterea cum iustis in æternum requiescunt: ꝓpterea cum angelis indeficienter lætabuntur. De istis ergo dicit. Fuere illi septẽ filii/& filiæ tres: Tres tanq̃ fides/spes/charitas: tanq̃ corpus & aia & spiritus: Indiuisæ: indissociatæ: intaminatæ. Nam qa fidem spem & charitatem circa deum seruauere: propterea & corpus/& aiam & spiritum illibata custodierũt. Post quorum omnium disputationem/atq; ostẽsionem adiiciens/dicit. Et erant pecora eius/ouium septem milia: Secũdum numerum septem filiorum. Cameli tria milia: Scdm numerũ trium filiarum. Simul omnes filii eius decem. Similiter oia pariter hæc milia decẽ. Septem filiis septem milia ouium: & tribus filiabus tria milia camelorum. Singulis filiis ad pro rata mille. Ita deo ordinãte: atq; patre ita post discessionem disponente in tpe cõsumationis diuidere hæreditatem. In tpe uero uitæ: sicut cogitat de oibus pater: ita & ptãtem habet in omnibus: sicut curam gerit de uniuersis: ita & dominatur cunctis. Deinde adhuc. Iuga boum quingenta: & asinæ parturiæ quingentæ. Vtraq; simul mille. Ordinabiliter etiam hoc/atq; apte singulis decem filiis quingenta iuga & quingetæ asinæ. Omnia sane patris sunt ad regendum/ad gubernandum/ad itendẽdum: & usq; in finem uitæ suæ possidendum. Post requiem uero patris ordinabiliter supputata iuxta numerum filiorum. Sed adhuc erãt pecora eius. Oia pariter pecora appellat: siue oues/siue boues/siue camelos/siue asinos/uniuersa pecora nuncupat: quia diuersa peculiaria/atq; utilia fuere hominibus/& sunt/& istis qui nũc sunt: & illis qui tunc fuerunt: & ipsi beato Iob. Oues quidem uiuæ pro lacte atq; lanæ uestitu: Occisæ uero pro esca/atq; carnis cõmestiõe. Similiter boues uiui ad culturam/atq; panis cõmoditatẽ: Iugulati uero pro carnibus & esca: atq; pedum calciamentis. Cameli autem pro omni onere portando/atq; leuando de longinquo & de proximo. Post quæ uniuersa/asini ad leuia negocia peragenda/& afferenda/& eundi & uelociter remeandi. Quod enim nunc equi & muli perficiũt: hoc nihilominus asini adimplebãt/præsertim tales quales sunt in regione Arabiæ/& palestinorum asini qui ueloces sunt similiter ut equi. Omnem ergo censum beati Iob supputat in septẽ milibus ouium/& tribus milibus camelorum/& in quingẽtis iugis boum/& in quingentis asinis pastoriis. Auri uero & argenti/atq; uestium non meminit. Quare? Ob hoc ne ut reticeret? an ob hoc: quod Iob aurum & argentum nõ habuisset? Ob hoc proculdubio: quia non habuit. Quis testis est: quod aurum & argentum non habuerit? Ipse Iob dicens. Si confidebam in diuitiis multis: & si ad innumerabilia misi manum meã: & alia his similia. Erat nãq; hoc uere: ut priores non tantum in auro/& argento sibi thesaurizarent: quantum in pecoribus/& in quadrupedibus. Non erant enim ita auri expetitores: sicut nunc sumus omnes nos: Non intendebant post aurum/& argentum illi tunc: quantum nos nunc intẽdimus. Nunc omnium nostrum animus post aurum detinetur: atq; argentum inhiat. Et nihil putant nũc homines pro diuitiis: nisi solum aurum & argentum. Nunc enim sunt adimpleta illa tempora quæ de longe designans Apostolus dicit. In nouissimis diebus aduenient anni periculosi/& erunt homines semetipsos diligentes cupidi: & cætera uniuersa: quæ nũc in hominibus uidemus adimpleri omnia. Nam qa in fine est iam hic mundus: & mortuus est properãs ad defectum: idcirco mens hominum in his quæ mortua sunt uersatur: cum sicut stellæ inutiliter reconduntur: atq; thesaurizantur. Olim uero utpote adhuc incipiente sæculo: & utpote adhuc uiuente hoc mundo: uiua atque crescentia cupiebant homines pecora/quadrupedia/agriculturam pro uictus sufficientia. Sciebant namq; quod aurum & argentum reconditum ad thesaurizandum: atq; ad usuras datum: peccatum conferret. Pecorum uero atq; terræ usura: hoc est pecorum fœtus multiplicatus: & fructus terræ augmentati: peccatum nõ conferrent/sed iustitiam. Nam habentes nutriunt: & eos qui non habuerint: cum his qui habent: dati fuerint/ac distributi: gubernant. Tales ergo diuitias habuit laudabilis ille Iob: castas/mũdas/incoinquinatas. De hoc nãq; dcm̃ est: post hũc atq; de filibus illius usq; in æternũ. Btũs qui inuẽtus fuerit diues iustus qui post aurum non ambulauit: neq; sperauit

in argenti repositione. Vere enim inæstimabilis atq;
æterna beatitudo est:ut cum quis diues effectus fue/
rit:non confidat in auro: neq; intendat in argenti
repositionem. Sed recondat hæc in mandato al/
tissimi: & det ea in eleemosynam pauperibus. Sed
seminet atque spargat ea late per animas misero/
rum/per ora esurientium / uel per ora debilium/per
destitutos atq; miseros: iuxta hoc quod dictum est.
Seminate uobis ad iustitiam:ut metatis fructum ui/
tæ. Et dispsit dedit paupibus: iustitia eius manet in
æternum: Eiusmodi uere metet multipliciter in die
resurrectionis: Eiusmodi recipiet inæstimabilem bea
titudinem in die uisitatiõis: eiusmodi eleemosynaꝝ
iustificatiõibus: tanq̃ lux effulget coram angelis dei.
Talis fuit btũs Iob: apud quem hospes nunq̃ foras
mãsit: Cuius ianua oĩ adueniẽti patuit: quem iuali/
di nunq̃ ꝑtermisere: de his qbus opus habuerũt: qui
non dimisit exire paupem de domo sua uacuũ: Ad
cuius tõsuram ouium: oĩum paupeꝝ scapulæ cale/
factæ sunt. Ob hoc enim & istã multitudinẽ pecoꝝ
nutriuit: & maximã agriculturã exercuit: ut plurimis
imptiret: ut plurimis bñfaceret: ut plurimorum me/
mor esset: Non pp os suum tm̃: sed ut plurimos esu/
riẽtes saturaret: atq; plurimos nudos uestiret: ut mul
tis miserabilibus/atq; isœlicibus refrigeriũ daret. Ob
hoc ergo erãt pecora eius/ouium septẽ milia: cameli
tria milia: iuga boum qngẽta: & asinæ pastoriæ qn/
gentæ: Et ministeriũ nimium copiosum. Certum est
qđ & mensæ eius/atq; sedis eius ministeriũ erat co/
piosum: Sed plus erat ministeriũ eius nimiũ copio/
sum: quo mĩstrabat hospitibus/& aduenientibus ifir
mis/& miserabilib⁹ destitutis/& pegrinis paupibus/
& isœlicib⁹. Pro hoꝝ ergo oĩum susceptiõe/nimiũ
copiosum habuit ministeriũ. Puto qđ & in cœlo &
in excelsis copiosũ nimis habuerit ministeriũ. Pluri
mi ministrauerũt ei sup terrã ꝑ miseroꝝ susceptiõe:
Sed pluriores ministrabũt ei in cœlis cœlestes ange/
li: icorruptibiles eleemosynas/atq; bona opa eius in
memoriã coram deo in cœlũ deferentes. Sicut dcm̃
est ad Cornelium. Orões tuæ/& eleemosynæ tuæ
ascẽdere sursum in memoriã coram deo. Ascẽderũt
ꝓculdubio ab angelis/atq; spũalibus ministris dela/
tæ. De qbus dicit. Oẽs sunt ministeriales spũs/missi
in ministeriũ pro his qui salutẽ in hæreditatẽ capiũt.
Et alibi. Qui facit angelos suos spiritus: & ministros
suos ignẽ ardẽtem. De istis nãq; ministris unus erat
ille q locutus est ad Tobiam/dicẽs. Cũ orares tu &
Sara filia Raguel: ego attuli memoriã orõnis uræ
in cõspectum gloriæ summi dei. Tale ergo erat ministe
riũ Iob nimiũ copiosum. Scđm multitudinẽ enim
bonoꝝ opeꝝ eius/multiplicati sunt cœlestes mini/
stri/atq; angeli qui in cõspectu dei astarẽt bñficiis il/
lius. Vnus sane deuotiõi animi eius astabat: alius aũt
eleemosynis eius ac mĩsatiõibus: alius nihilominus
sollicitus ꝓcibus: alius uero iustitiæ iudicii/ patiẽtiæ
quoq;/ac lõganimitatis/atq; charitatis plenitudini.
Oẽs scilicet cũctis eius uirtutibus attestabant in cõ/
spectu oĩa ꝓscientis dei. Oĩbus itaq; modis ministe/
rium oĩum/copiosum erat btõ Iob. Qualem illi pu/
tas fieri obsequm/ac susceptionẽ/gloriosum quoq;
& honorẽ/O amice: cũ aĩa eius exiens de corpe: ad
illud sæculum trãsiret: cũ illi occurrerẽt oẽs scĩ ange
li: qñ gauisæ sunt ad eum oĩu₃ scõꝝ aĩæ: qñ oẽs aĩæ
miseroꝝ/atq; inopum qbus sup terram bñfecit: bñfi
ciis eius attestatæ sunt? Quæ uniuersæ in lucem illic
procedentes/gloriosæ occurrunt/atq; sanctæ atte/
stãtur/ Nõ solum solius Iob uirtutibus: sed & oĩbus
qui similiter ut Iob eleemosynas miseris: ac bñficia
infelicibus imptiuntur. Hæc uniuersa: qa dicit: & mi
nisterium nimiũ copiosum. Postq; adiiciẽs/dicit. Et
erant opa illius magna in terris. Primũ sane opa ma/
gna fuerunt illi: agri/& uineæ/ficeta/& oliueta. Hæ
nãq; erant antiquoꝝ diuitiæ: Hoc erat priscoꝝ in/
stantia atq; studium: Hoc erat qđ ab eis thesaurus re/
putabat: Area/& torcular/oliueta/& ficeta/& uni/
uersa opa quæ sunt in agro: quæ cum labore/& su/
dore/atq; manuum callositatibus acquiruntur cũ iu/
stitia: iuxta ordinem dei dicẽtis. In sudore uultus tui
edes panẽ tuum. Hæc scilicet opa magna fuerũt Iob
in terris: ideo & plurimo idigebat ministerio: ad cu/
randum/ad intendendum/ad circũeundum/Item q;
ad dandum/ad distribuẽdum/ad ministrãdum in/
digentibus: ad defendẽdum oppressos: ad opitulan
dum paupibus: ad bñfaciendum uiduis/ & orpha/
nis. Pro his nimium uniuersis/opera erant illi ma/
gna in terris/& ministeriũ nimiũ copiosum. Quia
magna erant opa: merito & copiosum ministerium.
Sed puto post hæc quæ recitata sunt magna illius
opera/post agriculturam/atq; pecudum nutrimen/
ta/& cætera uniuersa: Fuere etiam alia magna opera
Iob in terris: fides/pietas/iustitia/sanctitas/cõstantia/
patientia/tolerantia/atq; his similia uniuersa: & om/
nes quæ superius demonstratæ sunt/uirtutes/atq;
merita/& eleemosynæ opera. Hæc namq; sunt ma/
gna illa opera quæ erant Iob super terram: quæ erãt
magna: ut usq; ad cœlũ ptingerent: & usq; ad deum
peruenirent. Ita erant magna: ut in corruptione per/
petrata: in incorruptione fuissent predicata: Inter ho
mines facta: inter angelos sunt mirificata. Hæc (in/
quam) fuere Iob magna opera. Et ubi hæc fuerunt?
In terra/inquit. In qua terra? Primum quidem in ea
quæ sub cœlo est terra: Item in terreno eius corpore:
omnem enim uirtutem/omnẽ iustificationem/om/
ne opus sanctum/omnem tolerantiam cum gratia/
rum actionibus uniuersa in hoc terreno corpe per/
fecit/& supportauit/atq; sustinuit: testis ipe est: dicẽs.
De uirtute dei atq; magnitudine: qui suscitaturus est
pellem meam: qa hauriuit hæc mala. Post quæ uni/
uersa: opa magna erant Iob. Vbi? In terra inquit. In
qua terra? In terra incorruptibili/in terra imortali/in
terra uiuentium/in tabernaculis iustorum: ubi non
est infirmitas/neq; mors: Vnde fugit dolor/& tristi/
tia atq; gemitus. Illic ergo erant magna Iob opera:
illic demonstrata sunt/atque ostensa: illic distincta/
atq; manifestata.

atq; manifestata. Hic pfecta/illic aũt demonstrata: hic
seminata/illic uero messa: hic dispsa/illic quoq; col/
lecta: hic deo fœnorata/illic uero cũ gloria a deo fœ/
nerãtibus redhibita. Qui enim miseref paupis: fœ/
nerat deo. Scd͂m datum aũt illius/retribuet illi dñs.
Post hæc aũt uniuersa/nouissimã uirtutem Iob de/
mõstrat/dicẽs. Fuit aũt hic homo de genere optimo
ex partibus oriẽtis. Itẽ & istic singulariter illuȝ desi/
gnat atq; memorat. Hic homo singularis/semotus/
qui in carne supauit ea quæ carnis sunt: q inter hoies
sup hoies fuit: q in terris erat: & cœlestia agebat. Hic
homo sine querela/iustus/uerax/dei cultor/abstinẽs
se ab oi re mala. Hic ergo homo de genere optimo
erat/ex partibus oriẽtis. Tanq̃ si diceret. Oibus qui
in partibus sunt oriẽtis generosior/atq; melior erat.
Nobilior hic atq; sublimior erat. Hoc nãq; demon/
strans/dicit. Fuit aũt hic homo de genere optimo ex
partibus oriẽtis. Sed liceat mihi dere scribẽti: & dicere.
Vnde Iob de genere optimo? Si ex Adam & Aeua:
præuaricati sunt p inobediẽtiam: Si ex Esau: sub ma
ledicto reductus est auiditatis. Si ex filiis Esau: impii
extiterunt etiã hii pp cõtumeliam. Quomõ ergo ex
genere optimo erat: qui de talibus nascebaf? Ruben
primogenitus Iacob/& Symeon/& Leui q ex Israel
sunt pgeniti: de genere optimo nõ dicunf: Iob uero
qui ex impiis ortus est: id est ex filius Esau qui ex ipia
psapia Edom natus est: hic de genere optimo dicif.
Ergo (inqt) nõ carnalem natiuitatẽ quæro: nõ car/
nalem generationẽ significo: nõ peritum generosi/
tatem laudo. Nã hæc apud deũ nõ magnipenduntur:
hæc a creatore nõ reqritur. Sicut enim nõ stat apud
eum psonæ gloria: sic nec reqritur ab eo carnalis ge/
nerositas. Merito de genere optimo dr̃ Iob: non ex
Esau/neq; ex posteritate Edom: Sed de genere opti/
mo/ex scitate/ex iustitia/ex pietate/ex fide/ex miseri/
cordia/ex dei cultura/ex uero aio/ex corde puro/ex
bonis cogitatiõibus. Ex istis ergo oibus bene natus
dr̃ esse Iob: ex istis oibus generosior esse reputaf: q̃si
in dei familiaritate: quasi in dei clientela: tanq̃ q deo
fuerit affinis/pp aiam ueram/& fidem/atq; iustitiam
integrã. Bene natum enim reddũt/nõ terreni patres/
neq; aui carnales: Sed opa ueritatis/atq; officiũ scita/
tis necnõ & circa deũ spes syncæra. Quis erat nobi/
lior/uel generosior Cham filio Noe mediano: q &
ex p̃ris nobilitate erat nobilis: & ex dei bñdictione/
atq; colloquio/& nobilis erat/& illustris? Sed nihil
iuuit illum: neq; dei colloquium/neq; creatoris bñdi/
ctio/neq; p̃ris iustitia: cum ipse declinauerit a iustitia:
ut impietatẽ arripet. Propter quã iuste humiliatus:
redactus est in maledictũ/atq; in seruitutem. Nã ipse
eius pater Noe qui eius libertatẽ/atq; generositatem
erat defensurus: ipse iusto dei iudicio i maledictum/
atq; in seruitutem eum cõdẽnauit. Nõ erat enim di/
gnus: ut p̃ris libertate atq; nobilitate frugeref: quem/
ut ignobilẽ impie ad derisionẽ pduxit. Nequaq̃ er/
go iuuat (o amici) parẽtum iustitia iniustos atq; im/
pios filios. Et nihil obest piis/atq; scis filiis/parẽtum
iniustitia/atq; ipietas. Siue enim iter patres/siue inter
filios/q fecerit pctm̃: hic seruus ẽ pcti. Et cũ seruus sit
pcti: liber/uel bene natus esse nõ cõprobaf. Item sicut
q liber est a pctõ: hic hẽt ingenuam/atq; diuinã aiæ
libertatẽ: & digne bene natus dr̃. Hic sane ueraciter
generosus nũcupaf: qa libertatem illam q̃ ab initio
naturaliter est cõcessa: pctõ non uitiauit: neq; delicto
maculauit. Talis ergo erat btũs Iob: foris ab oi crimi
ne: iustus/uerax/dei cultor/abstinẽs se ab oi re mala.
Ergo qa talis erat corã deo: merito digne de genere
dr̃ eẽ optimo. Nã qs uere erit bene natus: nisi is qui
diuinã natiuitatẽ/atq; cõditionem itegrã cõseruaue
rit: sicut admirabilis ille Iob: qui digne/ac iuste bene
natus appellaf: Nõ qa ex Esau generatiõe carnaliter
fuerit ortus: Sed qa Habraã/p deo dilectã fidem est
imitatus? Et qa Isaac in uerissima castitate ẽ sectatus:
& Israel in pspicua cordis puritate appropinquit: &
Melchisedec in filiorum imolatiõe/& Ioseph in casti/
tate/& Moysi in mãsuetudine/& Samueli in iusti/
tia/& Lazaro in passiõe iudicii/atq; oibus scis in oi/
bus uirtutibus. Ita ut possit dicere ẽt ipse cum sancto
Dauid. Particeps ego sum oium timẽtium te: & cu/
stodiẽtium mãdata tua. Ergo qa oium scõrum scitatis
particeps effectus est btũs Iob: idcirco digne ex gene
re optimo fuisse dictus est: utpote totius iustitiæ no/
bilitatẽ in se gestãs: utpote oium amicorum dñi liber/
tatẽ in se cõtinẽs. Nõ dicuntur Amon/uel Absalon
bene nati: Negauerũt eni/& discesserũt/atq; cæcide/
runt a scitate/& dignitate Dauid p̃ris sui. Aliiq; innu/
meri simil̃r (ut hii) primi & nouissimi: q oẽm iusti/
tiæ libertatẽ amittẽtes: & serui effecti pcti: æterni sup
plicii apud iferos cõprobãtur famuli. Nos uero oẽs
dignos hẽat sanctos oium dñs: ut bñ nati/in sancta
regeneratiõe pseueremus. Cõcedat nihilominus no
bis ipse cœlestis dñs: ut in icorruptibili generosita/
te/illibati pmaneamus: non carnis tm̃ libertate glo/
riantes: sed aiæ castitate/& fide/atq; misericordia/co/
ram deo/& scis angelis eius: demũ stantes: ut liberi
ab oibus: pctis & delictis: in æternã gloriã/ac regnũ
cœlestis p̃ris nr̃i regis/cũ sanctis sine difficultate in/
troeamus: sci/atq; itaminati filii eius/pseuerãtes usq;
in finem: & libertatẽ nobis ab eo donatã: atq; nobi/
litatem imaculatã iugiter custodientes. Sic itaq; oi/
bus modis bene natus Iob esse dignoscif. Beati oẽs
qui illum fuerint imitati: beati oẽs qui eius diuina
uestigia fuerint secuti. Hii eni oẽs simil̃ (ut ille) glo/
ria apud deũ digni hẽbunf. Sed adhuc: fuit (inqt)
hõ hic de genere optimo: & nõ solũ de genere opti/
mo/sed & ex ptibus oriẽtis. Vñ igif est delectatio lu/
minis. Vñ etiã radii pulchritudinis: uñ ortus sanita/
tis? Ex partibus oriẽtis/uñ est hoium initium: uñ fue
re mũdi priores: ubi est paradisus iucũditatis. Plan/
tauit (inqt) paradisum in aedem cõtra orientẽ. Inde
nimirum admirabilis Iob dr̃ fuisse. Ob quã rem? quia
refulsit ueritate: & resplẽduit fide/ac pietate/atq; to/
lerãtia/& oibus uirtutũ studiis. Ob hoc ergo digne
ex genere optimo/& ex ptibus orientis fuisse dicitur.

Nam sicut omnes homines (diei luce incipiẽte) ad
orientem suam extollunt uisionem: pulcherrimos
solis radios ꝓperantes conspicere. Sic similiter/uel
imo potius omnis pia/& religiosa/atq; credẽs aia/in
omni tpe ad incorruptibilem orientem/ueram/atq;
spũalẽ extollit uisionẽ/ut solis iustitiæ admirabiles
radios/exinde orĩ i cõspiciat. Hoc monebat/& hoc
significabat/& hoc docebat oẽs ille qui ait. Psallite
deo qui ascendit super coelum coeloꝝ ad orientem.
Sic namq; & Danieli adoranti deum/atq; dep̃canti:
cõtra hierusalem apiebantur fenestræ. Illo enim ubi
erat ex Babylone ad orientem: uñ erat solis ortus ad
Babyloniam. Ergo qa cum in Hierosolyma eẽt: ad
orientem adorabat deum: idcirco & cum esset in Ba
bylonia/tanq̃ ad Hierusalem uersus/adorare uisus/
ad oriẽtem adorabat deum/& creatorem oium. Ad
orientem adorabat eum: ex quo est totius bñficii/ac
salutis/grãæ quoq;/atq; misericordiæ ortus. Sic nãq;
& nunc nos oẽs credentes/sanctis similiter creden/
tibus concordantes: ad orientem adoramus dñm
deum nrm: qui ꝑꝑ nostram salutem: atq; redẽptio/
nem super occasum sane descẽdit: utpote in passio/
ne/ac morte occasurus. Ad orientem uero ascendit:
utpote a mortuis/post passionem resurgẽs: & in coe
lum post resurrectionem ad orientẽ ascendens. Ho/
rum namq; oium figuram adimplens beatus Iob:
ex partibus orientis esse dicitur: quia ois sanctitas &
pietas/atq; fides/usq; in finem in illo orta est. Post
hæc autem uniuersa adiiciens dicit. Conuenientes
ergo filii illius/adinuicem potationes faciebant per
singulos dies. Filii illius. Cuius? Iob. Filii illius qui
dudum sunt designati/uel memorati: filii illius: qui
septem fuere numero: & unã habuere aiam. Septem
fuerunt psonæ: & unum erat eis cor: qui dissimiles
erant aspectu/atq; facie: similes uero erant/& unani/
mes mentis concordia/atq; pietatis cõmunione. Isti
ergo septem filii Iob/cõuenientes adinuicem. Non
erat inter illos superbia/neq; arrogãtia/neq; inflatio/
neq; elatio. Non contẽnebat primum nouissimus:
non se extollebat/neq; exaltabat maior super mino/
rem: Sed germanoꝝ circa inuicem cõseruantes una/
nimitatem: cõueniebant adinuicem: conueniebant
pure/atq; syncæriter: conueniebant cõcorditer: atq;
unanimiter. Iunior maiori obsequium reddebat. No/
uissimus primo cũ primatu honorẽ exhibebat. Nõ
inuidebat alter alteri: Sicut filii Iacob/Ioseph. Non re/
sistebat alter/alteri: Sicut Absalon/Amon: & sicut
Onias/Salomoni. Sed conueniebãt adinuicẽ/tanq̃
fratres ad fratres: tanq̃ germani ad germanos cõue/
niebant adinuicem. Nullus iudicabat inter eos qcq̃
suum esse: Sed erant illis oia cõmunia: & munera/
& substãtia/& diuitiæ/& unanimitas/& pecunia/&
charitas: oia illis erãt cõia. Conueniebantq; adinui/
cem ipsi priores adimplentes hoc quod dictum est.
Ecce q̃ bonũ/& q̃ iucundũ: habitaŕ fratres in unum.
Ipsi priores obseruantes id quod post ab apostolis
obseruatum est: & a credentibus pfectum/adimple/
tum: sicut dicitur. Erat cor/& aĩa credentium oium
una. Hãc scilicet piam unanimitatem oñdentes: atq;
syncæram concordiam demonstrantes beati illi filii
Iob: cõueniebãt adinuicem. Ita oportet facere etiam
religiosos fratres: ita oportet etiam nunc oñdere ue/
ros germanos: blandos/atq; mites esse adinuicem
modestos quoq;/atq; unanimes. Non oportet eos
contẽtionem/uel diuortium cum inuicem hr̃e: non
oportet eos/inuidiam/neq; zelum aduersus inuicem
retinere: non oportet eos malitiam/uel iniquitatem
adinuicem reseruare: Sicut olim Esau seruauit circa
Iacob/dicens. Quãdo appropinquabunt dies mor
tis patris mei: interficiam Iacob fratrem meum. Sed
similiter (ut religiosi illi filii Iob) se inuicem debent
diligere fratres quiq; pure/atq; syncæriter/inuicem
debent sentire: suam inuicem gloriã/atq; honorem
sibi inuicem deferre: sicut dicit Apostolus. Si hono/
rificatum fuerit unum mẽbrum: congaudẽt omnia
mẽbra. Non oportet inuicem mordere/atq; crimi/
nari: ne ab inuicem cõsumantur. Sicut Esau ille ne/
quissimus: qui ꝑꝑ auiditatem primatum amittens:
post hoc aduersum germanum fratrem suum Iacob
insurgẽs: diuinæ gratiæ exors effectus est. Sed filios
Iob imitari debent: benignam illam germanitatem/
atq; deo dilectam fraternitatem: qui oẽs tanq̃ ex scã
radice/sancti increuerũt rami: qui oẽs tanq̃ ex sancta
arbore/sanctum ꝓduxere & fructum. De istis ergo
istic dicit. Conuenientes aũt filii eius: adinuicem po
tationes faciebant per singulos dies. Potationes fa/
ciebant: idest conuiuia/festiuitates: potationes facie/
bant/lætitiam/iucunditatem. Sed non sibi tantum:
sed & sororibus suis. Conuocatis (inqt) ad se & tri/
bus sororibus: ut secum manducarent/& biberent:
potationes faciebãt: Sed non ꝑꝑ ebriositatem/neq;
pro luxuria/neq; pro turpitudine/neq; pro intem/
perantia/neq; pro illicitis scurrilitatibus/neq; pro de/
syderiis/iocis/neq; pro impudicis colloquiis/atque
obscænis. Si enim aliquid hoꝝ apud eos fuisset: si
aliquid de huiusmodi beati illi filii Iob agerent: non
utiq; sorores suas secum conuocassent: ut coram so/
roribus suis illicita/atq; ĩpudica agerent/uel loque/
rentur. At nunc uero qa & opera eoꝝ/& uerba/&
conuentus/atq; cõuiuia/pia/ac pudica erant: doco/
ra quoq;/ac deo dilecta/casta nihilo minus & mun/
da: merito in testimoniũ purgatiõis suæ/atq; mun/
ditiæ germanas sorores suas secũ cõuocabãt: ut ino
cẽtes coeloꝝ corã p̃re suo/atq; oibus hoibus inocẽ/
tiam eoꝝ attestarenť. Ob hoc ergo cõuocabãt ad se
tres sorores suas: ut secũ mãducarent/& biberẽt: ut
sicut secũ mãducarẽt/& biberent: sic & collaudarẽt/
& honorificarent secum dñm coelestem: sic & ado/
rarent/& gr̃as agerent uero creatori: sic & ut adora/
rent/ac dep̃carentur æternum regem. Ob hoc ergo
conuocabãt secum tres sorores suas: ut fierent om/
nes simul ecclesia sanctoꝝ/congregatio religiosoꝝ/
conuẽtus imaculatoꝝ/& icoinqnatoꝝ/atq; castoꝝ.
Sic itaq; conuenientes/adinuicẽ potatiões faciebant
per singulos

per singulos dies. Nõ per singulos dies totius suæ
uitæ: sed per singulos dies septimanæ. Septem cum
eẽnt filii septem diebus festa celebrabãt. Sic nãq; &
lex post hoc ꝓcæpit/septem diebus agere diem festũ:
siue paschæ/siue hebdomadarũ/siue scænophegiæ.
Hæc itaq; adimplere anticipãtes filii Iob/uel potius
ipse Iob qui eos docuit: potationes faciebant ꝑ istos
septem dies: unusquisq; eoꝝ apud se hñs/una die/oẽs
frẽs suos/& sorores: Primus primo: Secũdus secun
do. Ita & cõseqnter ꝑ ordinem oẽs/usq; ad cõsuma/
tiõem hoꝝ septẽ dieꝝ. Per singulos ergo istos septẽ
dies potationes faciebant: idest diem festum/conui/
uium/epulum/iucũditatem. Sed ꝓculdubio quia
nõ sibi tm̃/neq; solis sororibus suis: sed & seruis/&
liberis/& pauꝑibus/& egenis/& indigentibus/atq;
nõ hñtibus oĩbus faciebant epulum: oĩbus exhibe/
bant iucũditatem/atq; cõuiuium. Non enim pote/
rant in parte sane imitari legem: in parte aũt nõ: Po/
terãt in hoc imitari legem: ut septem diebus festa ce/
lebrarent. In hoc aũt non imitari: ut non epularen/
tur cũ illis serui/& ancillæ/atq; egeni. Precipit̃ nãq;
in lege: & dicitur. Septem diebus celebrabis diem fe
stum dño deo tuo: & epulaberis tu/& filius tuus/
& filia tua/seruus tuus/& ancilla tua/& aduena qui
est in te: & egenus gentis tuæ. Quæ ergo ĩ lege post
hæc præcæpta sunt: hæc nimirum anticipãs Iob: &
ipse impleuit: & filios suos implere docuit: & hospi
talitatem/& eleemosynã/& misericordiam/& pau/
perum/& miseroꝝ beneficia/atq; cõsolationes quæ
sunt deo ualde accæptabiles cum fide ꝑpetratæ/atq;
ꝑfectæ. Ita debemus etiã nos facere (o amici) in die/
bus festis nr̃is: atq; iucũditatibus: non solum hoc re
spicere: quõ nos soli epulemur/atq; iucũdemus. Sed
hoc ꝓsertim debemus intendere: ut epulent̃ nobiscũ/
& celebrẽt diem festum serui nr̃i/& ancillæ/& clien
tes nr̃i/& egeni/& paupes uniuersi: & celebremus
diem festum dño deo nr̃o. Si enim celebrauerit tecũ
festum: & epulatus tecum fuerit seruus tuus/& an/
cilla tua/& pauperes/& egeni/atq; inopes: pro certo
quod dño deo tuo diem festũ celebras scias. Epu/
latur.n. tecum dñs deus tuus per iopum/atq; pau/
perum ora: q ait. Cum feceritis uni de minimis istis
miserabilibus: mihi fecistis. Post hæcq; uniuersa di/
cit. Et cum finiti essent dies potationum. Ostendit
euidẽter istic/hoc quod superius dictum est/uerum
fuisse: qa non semꝑ epulabantur: qa non quotidie
potationes faciebant: sed certis diebus: sed istis die/
bus qui memorati sunt: semper numero sm̃ nume/
rum: semper filioꝝ: sm̃ illos septem qui post hoc in
lege celebrati sunt. Cum ergo isti finirentur: cũ tran
siret solẽnitas: cum finirentur potationes sm̃ festi/
uitatis consuetudinem. Non enim quotidie pota/
tiones faciebant filii beati illius uiri: neq; semꝑ in ca
licibus & phialis dabãt oculos suos. Nõ enim erãt
uinolenti: sicut nũc sunt quam plurimi: Sed sancti
erant sanctissimi illius Iob filii. Cum ergo sancti uiri
essent filii: sancte in solẽnitatibus suis de castitate/ac

sctitate/de munditia quoq;/atq; pudicitia: & secum
inuicem/& cum sororibus suis loqntes: iuxta hæc
quæ superius memorata sunt uniuersa. Posteaquã
ergo sic finirentur dies potationum: in castitate/&
in pietate/atq; pudicitia: post hoc nimirum quid fa/
ctum est: ostendit dicens. Mittebat Iob/& mũdabat
illos. Mittebat eos qui pietatem admonerẽt: qui iu/
stitiam instruerent: qui dei timorem docerent: qui
testificarentur iudicium dei terribile. In quo oĩum
& manifestoꝝ oꝑum/& uerboꝝ/atq; occultoꝝ ra/
tio inqritur/atq; redditur: In quo uindicta impatiẽ/
ter oĩbus aĩabus infertur: In quo ira in flãma ignis
oĩbus impiis irrogatur. Verbis ergo doctrinæ: disci/
plinæ/atq; admonitiõis mũdabat eos. Siue ꝑ illos
quos mittebat ad eos: siue per semetipm ad se/con/
uocãs illos. Sed mittebat (inqt) & mundabat eos.
Quid mittebat: uel quo mittebat? Ad deum mitte/
bat: & ad creatorem dirigebat. Quid mittebat?
Orõnes/ac ꝓces suas pro eis: cõfessionẽ quoq;/atq;
grãꝝ actionem ꝓ illis. Hæc scilicet uniuersa mitte/
bat: & mũdabat eos. Mundabat eos orõnibus suis:
mũdabat eos ꝓcibus/atq; postulatiõibus suis. Mun
dabat eos sicut Moyses filios israel in deserto ꝓ illis
orando. Mundabat eos sicut Samuel uniuersos fi/
lios israel aduersus allophylos pugnãtes: orõnibus
suis deum illis placando/atq; exorando. Sic ergo &
hic iustus Iob olim filios suos mũdabat. Quod au/
tem orõnibus/atq; satisfactionibus eos mundaue/
rit: per ea quæ sequuntur ostendit dicens. Surgens
mane/mox ad deum currebat: mox ad deũ ꝓcede/
bat: pro se/& pro filiis suis deum exorãs/atq; depre/
cans: Orans quoq;/atq; postulans terribilem dei fa/
ciem/& sibi/& illis repropiciare festinans: necnon
& docens: & admonens atq; formam ostẽdens/et
tunc filiis suis/& nunc oĩbus nobis in ꝑpetuum: ut
confestim diluculo ex noctis requie exurgentes: an/
te omne opus/uel uerbum/ante omne colloquium
uel conuentionem/primitias resurrectionis nostræ
deo exhibeamus in syncæris orõnib⁹/atq; ꝓcibus/
in matutinis depcationibus/atq; grãꝝ actionibus.
Hæc itaq; qa pietatis/atq; religiositatis formam no/
bis oĩbus demonstrant: Iob surgebat mane: & mũ/
dabat eos: Offerens pro eis hostiam sm̃ numerum
illoꝝ. Primum mundabat/purificabat/sctificabat:
& ita demum pro eis hostiam offerebat: ut cunctis
in ꝑpetuo ostẽderet: qa mundos/& castos/atq; sctõs
cõdecẽt sacrificia: ut sctẽ/atq; digne imolata/sancte/
ac digne a sctis accipiantur. Sic nãq; & Apostolus
post hoc dicit. Probet seipm homo. Hoc est mũdet
semetipm: & ita de sctissimis dñi sacrificiis fruatur.
Sic & Iob pridem faciẽs/primum mũdabat filios:
& ita demum pro eis hostiam offerebat sm̃ nume/
rum eorum/sm̃ personas eorum. Quare sm̃ nume/
rum eoꝝ? Propter nimiam syncæritatẽ quam ha/
bebat circa illum deus: atq; deuotã castificationem
quam habebat circa illũ. Singuli (inqt) a deo crea/
ti sunt: sigillatim ex utero matris exierunt: sigillatim

ideſt totidem in reſurrectione/atq; in inqſitione iudicii exurgēt. Ob hoc(inquit)ego pro ſingulis eorum ſm numerum illoꝝ hoſtiam offero:ut & ipſi hæc uidentes eandem pro ſemetipſis pficere ꝑperent: hoc ſcientes qa unuſqſq; oium hoium pro ſemetipſo ſolus in iudicio reſurget:& ſolus ad inqſitionem ueniet: & ſolus pro ſe ſolo rñſum in uiſitatione aiaꝝ dabit. Non enim liberabit frater fratrem: neque defendet ullus alium in iudicio. Merito ergo ſm numerum eorū offerebat pro eis hoſtias: Item uitulum unum pro peccatis aiarum illorum. Quis aūt offerebat eaſdem hoſtias? Certum ꝙ ipſe Iob. Si enim poſt hoc/pro amicis ſuis ipe iuſſus eſt offerre/atq; hoſtias imolare:multo magis ꝑ filiis ſuis/ipſe offerebat ſyncæras/atque deo acceptabiles hoſtias. Erant nihilominus etiam ea tempeſtate ſacerdotes: nec dum adhuc a lege ordinati: ſed naturali ſapientia hoc reqrente/ac pficiente. Ita ſacerdotio functus eſt Noe:ita ſacerdotio functus eſt Habraā: ita ſacerdotium geſſit Melchiſedec:ita & ipſe Iob poſt illos ſacerdotio functus ē. Sed iterim(ſicut diximꝰ) erāt etiam ſacerdotes per loca/qui pro indigentibus hoſtias offerebant dño per diuerſa tpa. Quod aūt fuerint pro certo/illo tpe/ſacerdotes:oñdit ipſe Iob dicens. Qui mittit ſacerdotes captiuos. Siue ergo memorati ſacerdotes: ſiue ipſe per ſemetipſm Iob offerebat hoſtias pro illis ſm numeꝝ eoꝝ. Si hæreditatem(inqt)illis diſtribuerē:ſi dona illis ingentia donarē:nonne ſm numerum eoꝝ diuiderem? nonne ſm ꝑſonas eoꝝ darem? Adhuc uero cum ſpiritualem(inqt)illis hæreditatē diuidam:atq; diuina illis dona largiar: ſacrificia ꝑ illis offerēdo/atq; hoſtias: nonne multo magis ſm numerum eorum/ atq; ſm perſonas eoꝝ offeram? Bene ergo ſi ſm numerum eoꝝ/ & ſm perſonas hoſtias imolas. Cur unum uitulum ꝑ oibus illis ſacrificas? Cur unum uitulum pro oium aiabus iugulas? Ob hoc(inqt)unum uitulum cōiter pro oium aiabus macto: ut cōionem/ atq; concordiam/unanimitatem quoq;/atq; cōſenſum cunctos illos doceam: ut cum unus uitulus ꝑ oibus iugulatur: unanimes ſe inuicem oēs iudicēt. Merito ergo pro oium aiabus/unum uitulum cōiter mactaui. Sed adhuc(qdꝰ eſt hoꝝ maximum)uitulum(inquit)unū pro pctis aiaꝝ illoꝝ. Dic o beate Iob/quis te docuit uitulum mactare pro aiaꝝ peccatis:quis te docuit ita de longe figuram adimplere illoꝝ: quæ pficienda ſunt in nouiſſimo tpe? Spūs (inqt)ſcūs mihi reuelauit:ſpūs ſcūs me docuit:ut uitulum pro aiabus offeram in figuram illius uituli: De quo dictū eſt. Cito adducite uitulum ſaginatū. Mactaui uitulū pro peccatis ut iugulem illū in typo illius. De quo dictū eſt. Ecce agnus dei. Ecce q tollit pctm̄ mundi. Ipſe(inqt) ſcūs ſpūs me docuit uitulum pro pctis aiaꝝ offerre:atq; de lōge figuram adimplere illius qui tanq̄ uitulus ſaginatus/pro mundo mactandus eſt in nouiſſimo tpe:qui tanq̄ agnus imaculatus/pro mundi pctis erit imolandus. Quis docuit te/de ſe iam dicere. Sicut ouis ad uictimam: & ſicut agnus coram tondente ſe/ſine uoce: & ipſe pctā nfa portauit: & pp impietates nr̄as deductus eſt in mortem? Quis docuit Hieremiam dicere. Ego aūt tanq̄ agnus imaculatus/ductus ad imolandum: Aliaq; innumera his ſimilia? Qui ergo oēs illos docuit dicere/& ꝑphetare de eo q erat uenturus: idem ipſe(inqt)etiam me illuminauit:ut uitulum ꝑ pctis offerrē: & typū futuri uituli/atq; agni adimplerem. Merito ergo uitulum unum/pro pctis aiarum illoꝝ obtulit:ut & illa tunc pficeret:& futura oñderet. Sed & adhuc ꝑpterea uitulum illum coram filiis ſuis ꝑ pctis iugulauit:ut uidentes ipſi filii quod ꝑ alienis pctis ille uitulus iugulatus moreretur:metuentes/ac pauentes ab oibus pctis quæ aias perimūt:declinarēt:& uniuerſas quæ animas interficiūt:ideſt iuuētutis ignorantias mortificarent. Ob hoc ergo uitulum unum/in figuram unius memorati illius uituli mactauit pro pctis aiaꝝ eoꝝ. Hæc nimirum uniuerſa fecit beatus Iob:ſapienter cōſyderans:ſancteq; cogitans. Dicebat enim in ſemetipſo Iob. Ne forte filii mei in corde ſuo mali aliquid cogitauerint aduerſus deum. O ſyncæritas pr̄is. O parētis dilectio. O ſtudium genitoris. Nō enim tm̄ pro corpore ſolicitus erat:q̄tum plus de aia cogitabat: Ne forte (inqt) filii mei qui in diſciplina nutriti ſunt:q in eruditione creuerunt:qui in dei timore exercitati ſunt. Ne forte filii mei/qbus ego uiuis gaudeo:ſi ipſi uixerint deo: qbus ego uiuis gratulor:ſi ipſi ad deum intēderint: ſi ipſi deo ſeruierint: ſi ipſi a creatore nō receſſerint. Ne forte filii mei in corde ſuo/in mēte/in aio/in ſenſu/in cogitatiōe/aliqd cogitauerint aduerſus deum. Ac ſi diceret. Ne forte aliqua mala cogitatio in corda eoꝝ aſcenderit:quæ a deo longe facit:quæ a ſanctitate peruertit:quæ a caſtitate ſeparat:quæ a pietate abſtrahit. Dic o btē Iob/qūo pmitteres/ut aliqd mali filiis tuis in uerbis/atq; opibus euidentioribus expediret: q pro occultis & abditis/aut oino forſitan nō exn̄tibus ita nimium ſolicitus fueris/atq; curam geſſeris:quæ ſolicitus/atq; metuens dixiſti. Ne forte filii mei in corde ſuo mali aliqd cogitauerint aduerſus deum. Ne forte de impudicitia cogitauerint: ne forte ad impietatem declinauerint:ne forte poſt peccata oberrauerint:ne forte illicita meditati fuerint:ne forte iniuſta cōcupierint: ne forte aliqua radix amaritudinis/atq; fellis exorta in animis eoꝝ/noceat. Hæc ſcilicet atq; his ſimilia plurima intra ſemetipſm tractans beatus Iob/dixit. Ne forte filii mei in corde ſuo mali aliqd cogitauerint aduerſus deum: ne forte(inqt)confringantur rami mei. Ne forte euellantur propagines meæ. Ne forte excidat fructus meus: quem ego in iuſtitia genui: quem in fide ꝑduxi:ne forte filii mei in corde ſuo mali aliquid cogitauerint aduerſus deum:ne forte obliuiſcantur deum: & recedentes a timore eius/atq; derelinq̄ntes eius beneficia:dicant in corde ſuo. Non eſt deus: nō eſt iuſtitia: non eſt iudicium:non eſt reſurrectio/neq; inqſitio/

neq; retributio

neq; retributio. Oĩa nãq; hæc mala sunt & deo contraria/ & a deo longinqua/ & deo odibilia. Et oĩs hõ qui hæc cogitauerit/uel disposuerit/uel fecerit/uel ꝑposuerit: inimicus ẽ dei atq; odibilis. Sic itaq; oĩmõ scissime cogitans pro aĩabus filiorũ suorũ Iob/dixit. Ne forte filii mei cogitauerint in corde suo mali aliqd aduersus deum. Qui enim mala cogitauerint aduersus deum/cito intereũt: & in ꝑpetuo condẽnabuntur: Intercipiunt̃ imparcẽter/atq; in ꝓfundo ĩferni in æternum torquentur. Sed pleriq; hoium horũ non reminiscũtur: qui filios suos ab infantia exterminãt: qui filios suos/& filias ab incunabilis non erudiũt: non corripiunt a iuuentute: non ꝓhibent mala: non odio ducunt pessima: nõ cohercent illicita: non admonent timorẽ dei: non cõminãtur iudicium geennæ: non uitæ æternæ introitum docent. Non enim educant eos in disciplina/atq; eruditione dñi: qa nõ egerũt curam pro aĩabus eorũ: neq; sollicti sunt pro salute/uel ꝑditione filiorũ. Huiusmodi cum non erudiunt: neq; corripiunt filios ꝓsuos: & ipsorũ aĩas igni inextinguibili in iteritum tradũt: & semetipsos in furorem iudicii demergũt. Oĩa enim quæ deliquerint filii/a parentibus requirẽtur: qui nõ erudierint/neq; corripuerint filios suos. Huius euidẽs exemplum in Heli ostẽditur: & in filiis eius/atq; in aliis alibi. Hæc sciens gloriosus dei famulus Iob: nõ solum a manifestis peccatis obseruabat filios suos: sed & ab occultis: ne uel mali aliqd in corde suo cogitarẽt. Primum beatus ille ostẽdens factis hoc quod post hoc dcm̃ est uerbis. Ab occultis meis mũda me. Pro occultis nihilominus/atq; ignorantia ꝑpetratis delictis filiorũ suorũ/sollicite mundabat eos. Et non tãtum pro ꝑpetratis/atq; certis: quãtum pro incertis/atq; nõ existentibus. Hoc nimirũ faciebat beatus ille uir/non semel/aut secundo/neq; uno anno/aut duobus: Sed sic faciebat Iob oĩbus diebus uitæ eorũ. Nõ quiescebat/nõ resumebat/nõ obdormitabat/non obliuiscebatur/non erat negligens/nõ erat fastidiosus: Sed ita faciebat cunctis diebus uitæ eorũ. Ante apostolos/ea quæ aplorũ sunt adimplens. Sicut dicit. Qui cœpit in uobis opus bonum: ꝑficiet usq; in diem xp̃i/& an aduentũ dñi/ꝓceptum dñi adimplens dicẽtis. Qui tolerauerit usq; in finem hic saluus erit. Sic itaq; faciebat Iob oĩbus diebus uitæ eorũ. Magnum thesaurum se credens habere in regno cœlorũ: ut inuiolatos/atq; imaculatos filios suos deo exhiberet: & ad regnum cœlorũ eos mitteret. Sic(inquã)faciebat Iob oĩbus diebus eorũ. Sic faciebat: sicut alter illo prior nõ fecit/sicut alter illo antiquior nõ gessit. Magnus erat Habraã in fide: sed ꝑcellit illum Iob in tolerantia. Magnus erat Iacob in cordis mũditia: sed non fuit illo minor Iob in misericordia. Aduersus cæteros oẽs priores/& nouissimos nõ succubuit Iob in uirtutum studiis: cum oĩum uirtutibus cõicaret: & oĩum fidem/& pietatem/atq; iustitiam imitaretur. Transcendit cunctos/atq; præcellit tolerantia uehementium dolorũ. Merito digne dicitur de solo Iob: qui alta faciebat: sicut non fecit alter. Oĩa enim quæ fecere sancti: fecit etiam Iob. Quod aũt sustinuit Iob cum gñaꝶ actiõibus: hoc nihilominus nullus alius sustinuit. Oĩbus ergo modis ueraciter dr̃. Sic faciebat Iob cunctis diebus eorũ. Sic faciebat/quasi pius/quasi iustus/quasi deo dilectus/quasi credens: Sic faciebat: sicut deo placebat: sicut deo creatori libitũ fuerat: sicut rex sanctus uolebat. Sed cum ita faceret Iob: atq; hæc uniuersa bona ꝑficeret: non sustinuit malignus: non tolerauit nequissimus: sed zelans/malignatus est: & iuidẽs successus est: Quid(inquiẽs) illi faciam? Quomodo aggrediar: quõ circũueniam: quõ supplantem/quõ a deo ꝑuaricem: quõ a iustitia abducam? Præsentia nõ reputat: uisibilia non requirit. Sed futura sperat/sed inuisibilia expectat: diuina desyderat: atq; incorruptibilia reqrit. Vndiq; iustitia indutus est: undiq; scitate uestitus/in ueritate fundatus/in fide est cõfirmatus. Hæc nimirũ cogitans nequissimus dæmon: hæc apud semetipsum meditãs ille qui ab initio aduersum sanctos bellũ gessit diabolus: dixit. Consyderaui: quid faciam: Ad priorem illam meam nequitiam cõfugiam: principali illa fraude utar: Accusem ad deum Iob: sicut & olim Adam: Detraham Iob apud deũ: sicut a primordio Adam? Habet etiam Iob paradisum diuitiarũ: sicut & olim Adam paradisum iucũditatis. Dixi olim ad Adam: eo quod iuidet tibi deus: ne efficiaris sicut deus: non permisit gustare de ligno dignoscentiæ. Dicam & nunc ad deum: qa non ꝑpter dilectionem/sed propter pecuniam: eum colere uidetur Iob. Sed cũ hæc cogitaret neqssimus: atq; hæc secum loqueretur: Factũ est(inquit)quasi illa dies. Quæ dies? Dies quæ diaboli ignorãtiam redarguit: quæ dei iustitiam manifestauit: quæ Iob tolerãtiam demõstrauit. Illa dies quæ dei lõganimitatẽ/& Iob alacritatem/& diaboli nequitiam publicauit. Quẽadmodum(inquit)ille dies manifestabit/qui in igne reuelabitur. Sicut dies ille publicauit oẽm nequissimi diaboli zelum/atq; uniuersam maligni sathanæ inuidiam. Hoc namq; demonstrans dicit. Factum est quasi dies ille. Et uenerunt angeli dei: ut starent ante deum. Venerunt nõ de loco in locum translati: non de loco ad locum ꝓcedentes: Neq; ex inde uenientes: ubi deus non fuerit presens: illo autem uenientes ubi deum inuenirent/uel uiderẽt presentem. Cœlum enim & terram/superos & inferos/corruptionem & incorruptionem/uniuersa eius replet beatitudo: uniuersa circundat uirtus: Cuncta eius continet magnitudo: & nihil est extra eum. Quomodo ergo uenerunt: & unde uenere ante faciem Dei: qui omnia replet? Bene intelligamus(o amici) & sancte ac Deo digne omnia quæ dicta/uel scripta sunt: Dei enim sermones/& consilia digne Deo sunt percipienda. Venere angeli Dei: ut starent ante Deum: uenerunt non uestigiis carnalibus/neque corporalibus/uel incessibus: sed spirituali accessu/atq; incorruptibili statu cœlesti: uenerunt laudantes/honorificantes ma/

gnificãtes confitentes/gratias agẽtes. Per hoc enim q uenisse dicit: p hoc nihilominus significat/quod sit opus uel studium sanctorum angelorum: quod coelestem dñm laudent: qd' æterno deo grãs agant: q scõ deo indesinenter grãm pro bñficiis suis referant pro grã eius/pro misericordia eius/pro mirabilibus eius: quæ imp̃tit generi humano in oi hora/& in omni tp̃e plurima/& magna/atq; diuersa aliqñ de periculis liberãs: aliqñ de discriminibus eripiens: nõnunq̃ ex angustiis saluans: peccãtibus longanimiter parcẽdo: pœnitẽtes misericorditer suscipiẽdo: cõtumaces patiẽter sustinẽdo: spernentibus se/clemẽtissime miserẽdo: Aliaq; ineffabilia atq; inexcogitabilia bñficia circa genus humanum perficiẽdo. Quæ uniuersa quotidie uidẽtes sancti angeli/stãtes in conspectu eius laudãt/& honorificãt quoq; deum: atq; gratias illi agunt pro inæstimabilibus eius bñficiis: atq; misericordiis eius. Quæ demonstrãs istic dicit. Venerunt angeli dei: ut starent ante deum. Humana usus cõsuetudine/ac ꝓuerbio/atq; locutione: dicit. Venerũt ante deum qui oĩa replet/qui ubiq; præsens est: & nõ est locus neq; in coelo/neq; in terra/neq; in excelsis/neq; apud inferos: ubi nõ sit præsens deus. Hoc sciebat ille qui ait. Si ascendero in coelum: tu ibi es: & si descẽdero ad inferos: ades. Hoc sciebat Elias/quod & coelum/& terrã/atq; uniuersa quæ sunt in eis: in cõspectu dei sunt. Meritoq; cũ esset sup terram: ante deum se stare demõstrauit/dicens. Viuit dñs cui asto in cõspectu eius. Similiter & Gabriel angelus dicit. Ego sum Gabriel qui assisto in conspectu dei. Et Elias. Ergo in corpe sup terram/& Gabriel sine corpore in coelis: uterq; similiter assistere se dixerunt in cõspectu dei: ut ostenderẽt/quia ante deum sunt oĩa: siue quæ in coelis sunt: siue quæ in terra: & nõ opus hñt: ut ueniant/aut eant quasi a facie dei/uel in cõspectu dei. Vbiq; enim est facies dei tñ mala uidere non uult/iustus/ac sanctus deus. Ideo dicit. Mala uidere nõ uult dñs. Et alibi. Et ego te uidens despiciam. Et adhuc. Cum extẽderitis manus uestras ad me: auertam faciem meã a uobis. Sancti ergo/ac digni/iusti/atq; credẽtes/casti quoq;/& ueraces/siue in corpore sint/siue extra corpus/siue in terra/siue in coelo: siue angeli gloriosi: siue sancti uiri: iugiter ac indesinẽter/atq; indissociabiliter astant in conspectu dei. Venire aũt dicuntur ante deum hoies: sed dum cum maiori deuotione/atq; studio/aĩas suas effuderint in oĩone ante deum. Sicut Anna mater Samuel cũ in dolore animi effunderet oĩonẽ suam in cõspectu dñi. Sicut ille de quo dictum est. Oratio paupis cum anxiaret: & in cõspectu dei effunderet oĩonem. Sic itaq; assistunt ante deum oẽs qui sollicite cuz in oĩone adorauerint: Sicut & angeli cum gratias agẽtes: misericordias eius confitentur: atq; grãs illi pro eius bñficiis agunt: quæ ille incessanter imp̃tit filiis hoĩum. Aut cum uiderint sanctoꝝ uiroꝝ uirtutes/insignia uirorum/nihilominus dei seruoꝝ constantias/atq; agones: tũc nimirum cum gaudio/atq; exultatione assistunt ad deum. Re uera ut & deum honorificent atq; laudent de uictoria seruoꝝ dei: Necnõ & eis qui propter deum patiunt/patiẽtiam/ac tolerãtiam atq; sanctam cõsumationem a beato postulent deo. Sic itaq; uenerunt/& ueniunt angeli dei: ut starent ante deum. Sic assistere: cum totius mundi salus ad hoies ueniens: initium sumpsit ex uirgine nato unigenito deo: cum subito facta est multitudo exercitus coelestium laudãtium/ac magnificãtium pro mũdi salute. Sic astiterũt in principio totius creaturæ. Sicut dicit paulopost ipse deus ad Iob depromẽs ac dicens. Cum fierent stellæ: laudauerũt me magna uoce angeli mei: & hymnũ dixere. Si tunc laudauere: qñ inanimatæ stellæ factæ sunt multo magis tunc laudauerũt: quãdo animatæ stellæ/atq; sensatæ factæ sunt: idest animæ sanctoꝝ atq; iustoꝝ. De q̃bus stellis dictum est. Stella enim a stella differt in claritate: ita & resurrectio mortuoꝝ. Et alibi. Tunc iusti fulgebunt sicut luminaria coeli/& sicut stellæ in ꝑpetuum. Sic itaq; a saeculo & usq; in æternum astant singula bñficia oꝑatione dñi/quæ in omni tp̃e imp̃tit filiis hominum cõfitentia/atq; inuocãtia: & gratias agentia beatitudini æterni dei. Sed iterum sm historiam stetere tunc ante deum angeli cõfitẽtes: & grãs ei agentes ꝓpter sanctitatem Iob/ac meritũ/iustitiam quoq;/& pietatem: inocentiam uero atq; integritatem: maximã sibi gloriam reputãtes ante deum beati Iob innocentiam/atq; sanctitatem. Sed q pro gaudio atq; gloria sanctis angelis: hõc nihilominus ad inflãmationẽ/atq; zelum/ꝓficit maligno/& aduersario diabolo. Propterea cum uenirẽt angeli gratias agere/ac cõfiteri pro iusto Iob: uenit & diabolus malignitate atq; inflãmatione repletus/aduersus memoratũ Iob: Veniẽtibus scilicet angelis: Venit & diabolus ut staret ante deum. Angeli uenere: ut grãs agerẽt/& confiterẽtur/& laudarẽt: Diabolus uero uenit: ut mentiretur/& accusaret/atq; culparet. Et uere quasi duabus ꝑsonis utens/angeloꝝ/& diaboli. Angeloꝝ sane bonitatem oñdit: & diaboli neq̃tiã redarguit: atq; neq̃ssimas eius cogitatiões detegit: q̃bus neq̃ter/atq; indigne cogitauit: apud semetipm ꝓculdubio tractãs/ac dicẽs. Quis mihi dabit: ut possim uenire añ cõspectum dei. Quis mihi dabit: ut possim stare añ faciem illius æterni? Hãc. s. cogitationẽ diaboli/& ipm eius desyderium: q̃si aduẽtum memorãs scriptor: dicit. Et diabolus uenit: ut staret ante dñm. Venit: sed non in p̃ñtia/nõ accessu/neq; introitu. Sed uenit cogitatione/cõsilio/desyderio. Nam sicut q̃s latronum positus in carcere/ac uinculis: uult frequenter/& optat: ut sit foris in montibus: ubi pridem fuerat: Sed non ipse est illic: sed sensus/atq; cogitatio eius: Et uenit illi in cogitatiõe cõmonefaciẽs se de his quæ illic sunt: locis/& stationibus: factis quoq; atq; studiis: ita & diabolus cum cõmonefacit se priorum omnium: Et desyderat illa quæ sunt ante Deum: & uadit illuc sensu/& cogitatiõe: uenisse dicitur ante Deum: cum non ipse proprie uenerit: sed sensu/& cogitatione.

Nam

Nam qúo ueniret ante cóspectum Dei is qui sanctæ
aiæ iob appropinquare / uel tangere permissus non
est: Quomó ueniret ad coelos is qui non est permis/
sus introire in paradisum ! Si enim ad ostium para/
disi obseruandú / Cherubin positus: est & romphæa
flámea: ut ille qui ex inde olim cecidit Adam: illo ul/
tra introire non posset : quales putamus esse sanctas
angeloꝝ uirtutes quæ coeloꝝ custodiunt portas il/
las: ad quas dictum est ! Tollite portas principes ue/
stras: & introeat rex gloriæ. Quas transire / uel trans/
gredi ad coelum neqssimo diabolo impossibile erat/
& est. Nam cum de coelis propter iniqtatem cecide/
rit: nunq̄ rursus introiuit in coelum : Nunq̄ denuo
reuertetur ad illud. Si enim ad impios atq; sceleratos
dicit Deus. Calcare aulam meam nó adiicietis. Nó/
ne multo magis diabolus q est totius impietatis au/
thor / & ois sceleris pater / atq; inuentor ad coelestem
aulam / ex qua sponte cecidit: nunq̄ iterum ascédet:
nunq̄ denuo reuertetur ! Si enim spiritus exiens / iterq;
non reuertetur: neq; reuocatur aia ablata: nóne mul/
to amplius is qui ꝓpter iniquitatem de coelo exiuit·
nunq̄ rursus illuc reuertetur: & is qui propter impoe
nitentem neqtiam proiectus est e choris scóꝝ: nunq̄
prorsus ad poenitentiam reuocabitur ! Stabit enim
tanq̄ incus / inconcussa / atq; indomita auersione . Et
adhuc: si olim Cain / cum exiret a facie dñi pro impiis
ausibus: nunq̄ ante cóspectum dñi Dei est reuersus:
nóne multo amplius hic diabolus qui ad oém cru/
delitatem eius magister fuit: qui & homicida ab ini/
tio iuste est núcupatus: a facie dñi Dei / tanq̄ iniustus
iuste ꝓiectus: nunq̄ ante faciem dñi ueniet amplius:
nunq̄ in cóspectu sanctæ gloriæ reuertetur ulterius !
Iuxta hoc ꝙ dictum est. Auferatur impius ne uideat
gloriam dñi. Et adhuc. Si impii non resurgent in iu/
dicio: & peccatores in concilio iustoꝝ non appare/
búnt: qúo ille qui pater extitit impietatum & genitor
peccatoꝝ : idest diabolus : in conspectu gloriæ san/
ctæ Dei apparebit ! Quomó uitæ mors conueniet:
qúo stabunt tenebræ in conspectu lucis inaccessibi/
lis: qúo sustinebit stipula / foenum: atq; cæra uicinita/
tem ignis isupportabilis: De quo dicitur: Sicut fluit
cæra a facie ignis: ita pereant peccatores a facie Dei!
Quomó uocem Dei audiens ñdeat illi imundus /
atq; execrabilis refuga diabolus quem nec sancti an/
geli dignum hñt suo colloquio: cuius coniunctio/
nem nullus sanctorum suscæpit / neq; amplexus est!
Quod claruit in beato Paulo / & Syla: quibus ualde
molestum fuit: ꝙ diabolus per illius diuinátis puel/
læ os in philippis sequentes eos clamauerit. Vsque/
quo non sustinens Paulus confusum / illud dæmo/
nium pepulit. Oibus itaq; modis cóprobatum est:
quia diabolus a sanctis pulsus est: atq; sanctóꝝ ꝓsen/
tiam non sustinuit / siue angeloꝝ: siue hoium : mul/
to magis terribilem Dei præsentiam non sustinebit:
neq; ante gloriosam Dei facié accedet . Si enim cum
ad terras ueniret unigenitus Dei: deitatis eius uirtu/
tem / atq; accessum non sustinens: ne torqueretur ro/
gauit: qúo ad incorruptionem ascendens: ante illam
intolerabilem / atq; inaccessibilem Dei faciem stabit:
& uocé uerboꝝ audiens: ñsum / atq; replicationem
dabit ! qd' est oimode & illicitú & impossibile . Post
quæ uniuersa o amici (ut superius dixi) itelligamus
uerba sanctæ scripturæ. Venisse dicitur diabolus an/
te Deum: & audisse a Deo: & ñdisse Deo : nó quod
malignus / & imundus / atq; tenebrosus diabolus fa/
cie ad faciem steterit ante Deum. Absit . Quis enim
durus effectus sustineat (inquit) ꝓsentiam eius ! pau/
lopost in eodem libro hoc est . Quis durus effectus
ad non poenitendum: timorem / atq; uirtutem susti/
neat uultus eius ! Ideo (ut supius diximus) non per/
sona uenit neqssimus diabolus ante Deum : sed có/
siliis: & cogitationibus / atq; neqtiæ suæ meditatio/
nibus: & quæ cogitauit tam de Deo / quá etiam de
Iob iusto: hæc uenerunt ante Deum. Hoꝝ memoria
uenit in conspectu æterni dei. Hæc memorás Moy/
ses personas ponit / atq; oñdit: ꝓsonisq; utitur aliqñ
angeloꝝ / aliqñ diaboli. Nónunq̄ autem Dei : ut per
significationes personaꝝ / ea quæ contigerunt desi/
gnet: & quæ facta sunt manifestet . Quoꝝ euidens
exemplum in nobis repperimus / o amici. Ná & fre/
quenter sensibus nostris illo ꝑgimus: ubi nunq̄ cor/
pore ꝓsentes fuimus : siue in coelum ad Deum / siue
in terram ad hoies. Sæpe enim ad absentes / tanq̄ ad
ꝓsentes loquimur: & cogitationibus nostris cum il/
lis qui ualde longe sunt: cótendimus / & altercamur /
certamus quoq; / & replicamus : & ex illoꝝ persona
cótrouersias / atq; replicationes nobis ipsis facimus.
Sæpe etiam & in coelum ad Deum ascendimus : &
tanq̄ in cóspectu Dei in excelsis / animi uisione / atq;
spiritus eleuatione stamus : & ad Deum loquimur:
& a deo audimus : atq; Deo ñsum damus . Et hæc
uniuersa adhuc in corpore positi: atq; carnis corru/
ptione super terram circundati. Quod autem ita sit:
uere norút hii qui synceres sunt circa Deum: illi qui
ais suis ad icorruptibilia / atq; excelsa semp intédunt.
Sic locutus est ad Deú Moyses: qñ ñdit illi Deus di/
cens. Quid clamas ad me ! Sic stetit ante deum Elias:
cum diceret. Viuit dñs cui asto in conspectu eius. Ita
& alii inumerabiles oñdunt ex scripturis / & ad Deú
locuti fuisse: & a Deo audisse: & identidem deo ñ/
disse: nó corpe in coelum in cóspectum dei ascédere:
sed spúali aiæ syncæritate ante Deum uenisse . Tales
fuere illi ad quos dicit Apostolus. Vos nó estis in car
ne / sed in spiritu: utpote nó carnalia / sed spúalia in oí
tpe cogitátes: tanq̄ inter hoies sup terram uisi: animi
uero studio / ante Deum in coelo fuisse comprobati.
Eiusmodi dicút cum fiducia. Habitatio uel cóuersa/
tio nŕa in coelis est. Si igiť hoies carne iduti: & corru
ptióe circúdati: in coelis ante Deú stare / & eé dicútur:
nó natura illic effecti : sed uolútate / & desyderio / atq;
animi meditatione præuenti: quid magnum: si dia/
bolus cum sit spiritus / & incorruptibiliter aerem ꝑ/
transiens / & pelagus: ante deum uenisse dicit ! Non
ꝙ ipse uenerit: sed uenerunt imortales cogitationes

eius/atq; neq̄ssimæ meditationes illius. Nam sicut ad Cornelium dcm̄ est de bonis. Orationes tuæ/& eleemosynæ tuæ ascenderūt in memoriam in cōspectu dei: sic & dictum est diabolo de malis. Malignitates tuæ/atq; iniquitates ascēderunt in memoriam/in conspectū dei. Quomodo ascenderunt? A sanctis angelis oblatæ. Sicut enim offerūt sancti angeli memoriam iustorꝶ/atq; iustificationū eorꝶ ante deum: sic similiter deferunt iidem angeli memoriam malitiæ/atq; nequitiæ diaboli: liuoris quoq; eius/atq; inuidiæ quā habet circa sanctos in conspectu terribilis dei. Quod autem offerunt gloriosi angeli in cōspectū dei hæc uniuersa: testis est Raphael nuncius dei: qui locutus est ad Tobiam: dicēs ad eum. Cum orares tu/& Sara filia Raguel: ego obtuli memoriā orationis uestræ: & legitima eius in conspectum gloriæ dei. Offerunt nihilominus sancti angeli/non quasi nesciat is qui omnia nouit ante q̄ fiāt: sed ut testes efficiantur sanctitatis/atq; pietatis iustorꝶ: iterum tā q̄ deflentes impietates/atq; iniustitias iniustorꝶ/aut etiam ipsius diaboli. Hæc namq; demōstrans/atq; significās dominus dicit de illis bonis seruis: hoc est de angelis. Venientes autem nunciauerunt dn̄o suo omnia quæ facta sunt: Sic itaq; omnimodis ōn̄sum est: & per sanctorꝶ uerba/atq; historias/& per angelorum dicta: quia non ꝑsona sua/illa sæua/ac crudeli/obscæna/& execrabili/tenebrosa quoq;/atq; abominabili uenerit diabolus in conspectum sancti/atq; gloriosi dei: sed neq̄tiæ reuelatione/sed liuoris atq; inuidiæ approbatione/& iniustitiæ increpatione/iniquarum nihilominus/& malignissimarum/atq; pessimarum cogitationum manifestatione/atq; memoratiōe. Horꝶ scilicet omnium cōmemoratio/atq; memoria uenit in conspectū dei. Sic nāq; dicit post hæc. Nūc recordabor impietatum eorꝶ: & uindicabo peccata illorꝶ: Non quasi oblitus nunc recordatur: sed q̄a tunc uindicare iuste iudicauit. Iuxta hoc ipsum exēplum: nūc uenisse dr̄ in conspectu dei diabolus: Non ꝙ nequissimus ille uenerit in conspectu boni dei: Sed quia cogitationes eius crudeles/ac nequissimæ uenerunt in memoriam in conspectū dei. Hæc nimirum demonstrās in hac scriptura: & personis utitur: & nōnunq̄ ex aduerso sibi inuicem eas statuens: dicit. Venerunt angeli: ut starēt ante deum: & diabolus uenit cum illis: ut staret & ipse ante deum. Hæc autem ob hoc dixit: ut & diaboli iniq̄tatem redargueret: & Iob tolerantiam ostenderet: & dei iustitiam demonstraret. Venerunt (inquit) angeli dei: ut starent ante dn̄m. Venere utpote sancti ac gloriosi: utpote sanctissima dei facie digni habiti. Venerunt angeli sanctorꝶ sanctitati attestari: iustorꝶ diuersas/ac uarias uirtutes corā deo demōstrare. Melchisedec deo dignum sacerdotium: Habrææ imobilem fidem: Isaac unum conuiuium: Israel cordis puritatem: Ioseph castitatē: Moysi mansuetudinem: Iustitiam Iob/ac dei culturam. Istis nāq; tēporibus erat beatus Iob. Ista itaq; cōfiteri/ac profiteri/atq; testificari: & (ut ita dicam) de istis gloriari coram deo uenerūt sancti angeli. Sic & nūc/& usq; in finem sæculi uenient/unius ieiunio non ficto/alterius sollicitis orationibus/alterius puræ poenitentiæ/atq; non simulatæ/alterius syncærissimis eleemosynis & pauperum largitatibus/ac miserationibus instantissime in cōspectu dei astātes. Pro his (inquit) oībus uenerunt & uenient angeli an̄ deū: & diabolus uenit cum illis: ut accusaret: ut detraheret: ut reꝑhenderet: ut mēdacio simularet: ut de Iob diceret. Num sine causa Iob colit deum? ut affligeret: ut uexaret: ut luctaret. Venit & nunc: ut luctetur/tribulet: ut ꝑsecutionem/& tribulationes/atq; molestias sanctis/ac iustis excitet. Ob hoc ergo uenisse dicitur tanq̄ angelus mortis: tanq̄ angelus poenæ: rogās/atq; expectans: quādo illi qui poena digni sunt: ei tradantur: & deputētur poenæ/atq; perditioni. Sicut ille de quo dicitur. Tradite huiusmodi sathanæ in interitum carnis. Sicut illi de quibus dictum est. Quos tradidi sathanæ: ut discant non blasphemare. Omnes enim facinorosi/infideles/iniusti/impii/isti omnes malignis/atq; pessimis diaboli angelis traduntur: ac deputantur illis/de quibus dicitur. Misit in eos iram indignationis suæ: imissionem per angelos malos. Illis de q̄bus dicitur alibi. De domo eius abstrahet eum angelus mortis. Isti ergo ueniunt nunc: & tunc uenere temporibus Iob. Sed nō ante beatam dei faciem ueniūt illi dānabiles: sed consilia/& cogitationes eorꝶ/desyderia quoq; eorum/ac meditationes malignæ/& pessimæ/atq; nequissimæ: & istarꝶ memoria offertur in conspectu dei/iuxta omnia quæ memorata sunt/atq; ostensa. Post hæc uniuersa dicit. Et dixit Deus ad diabolum. Nam sicut diabolus non ꝑsona uenit ante deum: sed cogitatione/& desyderio/atq; nequitiæ suæ meditatione: ita & Deus nō ore locutus est ad diabolum: neq; uerbis contulit cum iniquo: sed occulta/& abdita increpatione neq̄tiæ eius/atq; correptiōe iniustitiæ illius. Nam si hic super terram nemo de ueris/aut iustis ꝑicipibus/atq; iudicibus homicidas/aut fures/aut etiam facinorosos latrones cōfabulari secum: uel consiliari facit: ne similis illis iudicetur: quāto magis iustus/& uerus/atq; terribilis Deus imprum illum latronē/atq; homicidam diabolum pro colloquio suo ante gloriosam illā suam faciem nunq̄ ꝑmittit: neq; hoc amplectitur? Si enim cum ad terras ueniret in corpore unigenitus: loqui eum coram se nō ꝑmisit: sed cum increpatione dixit ad eū: Cōticesce/& obmutesce: qūo in cōspectu gloriæ suæ deitatis colloqum cū maligno statuat diabolo: cum dicit ad eum/& r̄ndit: & r̄nsum ab eo audire patit' uel dignatur? Sed dixit ad diabolū occulta increpatione/atq; cōfutatione occultæ eius malignitatis/& zeli/atq; pessimæ cogitationis. Nam & sæpe scriptura ea quæ nō dicūt: dixisse dicit: & ea quæ nō audiūt: audisse: & ea quæ nō intelligunt/nec uiuūt: infremuisse. Sicut cū dicit. Dixit mare: uirtus autem maris dixit. Aut terra. Terra audi uerbum dn̄i: uel i/

fremuit terra sup inhabitātes in ea. Manifestum nāq;
est: quia neq; mare/neq; uirtus maris : hoc est fluctu/
um altitudo aliquando dixit/uel locuta est: neq; ter/
ra aliqñ audiuit/neq; infremuit. Nō enim dixit: neq;
uiuit terra cum sit inaīata: Sed mos est scripturaꝝ ita
de quam plurimis dicere. Sic nāq; & illud dicit scri/
ptura: qđ deus ad cetū loqueret: & ad cucurbitam/
& ad uermē matutinū/ & ad spm̄ incēdio cōburen/
tem. Sicut scriptū est. Et pcæpit deus ceto magno: ut
deglutiret Ionā. Quid ei præcæpit: uel qua lingua
ad eū locutus est? Hoium: an angeloꝝ? Nam pisces
neq; linguam/neq; uocem habēt. Vel quomō dixis/
se ad cucurbitam quæ nec uiuit/nec respirat? Quo/
modo loqueretur: uel qd dicēs præcæpit spiritui in/
cēdii: qui nec auditum/nec intellectum habet: ut in/
cenderet/atq; pcuteret in capite Ionæ? Vniuersa hæc
enim (cum nō habeāt sciētiam) naturaliter: uertun/
tur/atq; mouētur huc/atq; illuc creatoris efficientia.
Sicut ergo istis oībus & dixisse/ & locutus fuisse/ &
præcæpisse/ atq; iussisse dicitur Deus: nō uoce dicēs:
neq; lingua loquens: neq; in conspectum suum ad
coelestia eos subleuās: Sed occulta suæ uirtutis ope/
ratione uertēs: ut ratio/uel necessitas poposcerit: Sic
similiter iuxta hoc exemplum hoꝝ quæ memorata
sunt: etiam dixisse/ & locutus fuisse/ & audisse/ & re/
spondisse dicitur: & in præsentiam eum suscæpisse.
Neq; dictis quicq̄ ad eum depromens: neq; lingua
ad eum loquens: neq; ad excelsa sancta in cōspectum
suum: neqssimum diabolum subleuans uel permit/
tēs: Sed dixisse dicitur ad diabolum: cum occultam
atq; abditam eius nequitiam detegit/ ac reprehēdit/
atq; reuelat oībus: Quæ nobis euidēter ostēdit: hæc
nūc memorans scriptura/dicēs: Et dixit dñs ad dia/
bolum. Vnde uenis tu? Et iterrogat ille qui prescius
est ac prouidus: neqssimum diabolum: unde uenis/
set illum iniustum/refugam: unde ꝑperasset. Sic in/
terrogauit olim Adā. Vbi es Adam? Non ut inscius/
sed sciens prescienter: & tunc ad Adam: & nunc ad
Adæ seductorem: sed Iob non supplantantem. Ad
eum qui Adam circumuenit: sed Iob non superauit.
Ergo quia in utroq; eiusdem neqssimū malitia fuit:
merito ad utrūq; eodē usus uerbo dixit: Ad Adam
sane olim: Vbi es Adam? Ad diabolum uero postea:
Vnde uenis tu? Sed non ut inscius interrogauit: un/
de uenisset: sicut nec Adam olim ubi eēt: Sed occul/
tam atq; abditam cogitationem eius detegere/ atq;
publicare uoluit. Latenti enim labore aduersus Iob
inflāmatus est: latenti cogitatione deum reprehēdit:
quasi Iob defendentem: & multitudinē diuitiarum
illi cohibenter largientem. Dixit namque intra se/
metipsum. Si mihi tanta bona dedisset sup terram:
profecto & ego colerē illum in terris: sicut Iob. Nūc
uero quis dabit mihi: ut possim ascēdere cum ange/
lis in coelum: & stare in conspectu dei/in medio eo/
rum: & potestatem accipe a deo oium eius bonoꝝ?
Ostenderem cum eius bona pdidissem: quia non est
utilior/neq; firmior Iob cæteris/hoibus uniuersis:
quia non ꝓpter charitatem/ neq; pietatem Iob colit
deum: sed ꝓpter pecuniæ multitudinem/atq; bono/
rum abūdantiam. Nisi enim pro hoꝝ blandimēto
seruiret deo: profecto non esset melior Iob Esau auo
suo. Nunc uero tanq̄ flos uidetur ex spinis oriri Iob
ex posteritate Esau. Sed si denudetur diuitiis: pfecto
cōtinuo denudat̃ ēt dei cultura. Si auferat̃ ab illo pe
cunia: pfecto auferet ēt ipse grāꝝ actionē deo. Ergo
qa hæc cogitauit diabolus: cū neqter iuidit Iob: &
illicite repræhendit deum: iniuste nihilominus/atq;
indigne ingressum cū angelis desyderās ante deum:
Necnon & hoc quod illicite deferens Iob: pecuniæ/
atq;ilioꝝ eius potestatem accipe cuperet: accæptaq;
oīa subito perderet: & cum perdidisset: aut certe Iob
a deo abstraheret: aut etiam cum iustum Iob tormē/
tis afficit: neqtiæ suæ satisfaceret. Ergo quia (ut dixi)
desyderio suo/ac consilio ita uenit nequissimus dia/
bolus ante deum in medio angeloꝝ: merito uenisse
eum dicit: non q ipse uenerit: sed desyderium eius/
atq; cogitatio uenit. Aduersus quam cogitationem
respondisse dicitur deus: & interrogasse diabolum:
unde uenerit. Nam & uere nō poterat hæc historia/
liter scribi: neq; aliter nobis recitari: nisi ut personæ
ponerentur: ac memorarentur quasi adinuicem lo/
quentes: ac sibi inuicem rñdentes. Ob hoc ergo di
cit. Et dixit deus ad diabolum. Vnde uenis tu? non
quasi interrogans/uel quærēs/uel sciscitans dixerit:
Vnde uenis tu? Sed culpans/ & detegens/ abdicans
quoq;/atq; redarguens/ & iniqtatem eius/ atq; apo/
stasiam: malignumq; eius liuorem circa Iob/ & circa
oēs sanctos demonstrās: dixit. Vnde uenis tu? Non
dixit hoc ad angelos/neq; ad sanctas uirtutes: Non
interrogauit spirituales ministros: unde uenissent/
uel uñ ueniāt. In ipso eni/atq; in eius uolūtate/in mi/
sionibus eius/ atq; ordinationibus & eunt: & ue/
niunt: & omnia pficiunt/atq; oīa adimplent/ & cun/
cta sm̄ eius uolūtatem opantur. Iuxta hoc quod di/
ctum est. Bñdicite dñm oēs angeli eius: ministri eius
qui facitis uolūtatem eius. Ergo quia tales sunt san/
cti angeli: & taliter faciunt uolūtatem dei: & in ipso
eunt/ & ueniunt: & extra ipsum nunq̄ sunt: merito
illos nō interrogat: unde ueniant. Malignum aūt il/
lum refugam: atq; apostatam interrogat: tanq̄ alieni/
genam/tanq̄ exterum/tanq̄ aduersarium/tanq̄ inimi
cum oium bonorum. Hunc ergo interrogās/dicit.
Vñ uenis tu? Ab homicidiis/a sanguinibus: ab adul/
teriis/a furtis/a mēdaciis: tanq̄ homicida/ & tanq̄ pa/
ter mendacii/ & hoꝝ author/ atq; inuentor existens
super terram. Vnde uenis tu? Ab iternectione Abel:
a gigantum impudicitia/ atq; interitu illoꝝ/a turre
cōtumaciæ/atq; dispersione/ ab Esau auiditate atq;
fratris circūuentione/a Pharaonis ptinacia/atq; per/
ditione/Ab israel in deserto idoloꝝ cultura atq; rui/
na/ A ꝓphetarum psecutione/ab interfectione Ioan/
nis/a iudeoꝝ crudelitate/ & ab oium a sæculo & usq;
in sæculum maloꝝ pfectione. Omnia (inquit) ma/
la sup terram ex te orta sunt: & ex te initium sumpse/

runt:& parte sub te coelo disseminata sunt. Et tu es
o diabole oium hoꝝ & factor & suffragator/ & ini/
tium & finis. Ob hoc (inqt) o diabole & mors ui/
uit:& infernus floret:& tenebræ gaudent:& obscu/
ritas nõ minoraẞ:& iniqtas nõ deficit:& iudex mor
tis uictoriam accipit. Cum ergo iterrogem te:uñ ue/
nias:nõ quasi nesciẽs interrogo:neq; ut ignarus sci/
scitator:sed ut reprehẽdens atq; detegẽs/cõuincens/
atq; redarguẽs/ostẽdens quoq;/atq; demonstrãs:qd
ab oi impietatis/atq; iniustitiæ pfectiõe atq; opatio/
ne uenias. Dic uñ uenis tu:zelo succẽsus/iniquitate
oneratus inuidia plenus? Ego (inqt) dedi Iob:& tu
inuides? ego adieci illi:& tu æmularis? ego multipli/
caui:tu uero fluescis? ego largitus su3:tu uero aufer/
re conaris? Appræhẽdam enim te:& detegã diuina
ꝓuidentia:tanq̃ furẽ alienis bonis inhiantẽ: & spe/
rantem quod per hæc iustum Iob subuertere possis.
Sed ego (inquit) & tuam iniquitatem redarguam:
bona Iob tibi tradendo:& Iob iustum demõstrem/
per tolerantiam uictoriam de te sumentem. Ob hoc
ergo tanq̃ interrogans dico. Vnde uenis tu? ut occul
ta tua meditatio appareat:ut uehemens tua nequitia
oibus demõstretur:ut maliciosus tuus ille liuor om
nibus inotescat. Pro his ergo oibus dico. Vnde ue/
nis tu? Aduersus quæ rñdens diabolus dixit. Cir/
cuiui oẽm terram quæ sub coelo est:& ueni. Magni/
loquio atq; arrogantia uteris/o miserrime diabole:
elatione quoq;/atq; iactantia:ut appareat:quod oẽs
magniloqui/iactanticuli/arrogantes/& superbi tuæ
nequitiæ sint discipuli:& apud te didicerint ea quæ
deo sunt contraria. Deus enim superbis resistit:Hu/
milibus autem dat gratiam. His similiter etiam An/
na mater Samuel dicit. Nolite loqui superba in su/
perbia:& non exeat magniloqum ex ore uestro. Sed
hoꝝ imemor diabolus & alios docuit:& ipse ma/
gna locutus dicit. Circuiui totam terram quæ sub
coelo est. Sed nõ carnalibus uestigiis/neq; corrupti/
bilibus gressibus:sed spirituali transcursu/atq; incor/
porali transitu uniuersa quæ sub coelo sunt subito
peruolans/atq; peragrans. Sicut ergo non corrupti/
bilibus gressibus/neq; carnalibus uestigiis circuiuit
terram diabolus:sed icorruptibili/atq; occulto trãs/
cursu: sic similiter cum dicit: quod ante Deum ste/
terit:non facie ad faciem coram deo stetit:Sed occul
tis cogitationibus/& nequissimis meditationibus/
atq; iniustis deliberationibus ante Deum uenisse di/
citur:Hoc est nequissimæ eius cogitationes per eius
increpationem steterunt ante Deum. Sed interim
circuiui (inquit) totam terram quæ sub coelo est:&
ueni. Gloriaris o diabole:q circuieris totam terram
quæ sub coelo ẽ:Sed male gloriaris: & mala est hæc
gloriatio tua. Terram circuis: Sed ad coelum non
reuerteris. Ea quæ sub coelo sunt peragrans:Sed illa
quæ in excelsis sunt: non possidebis. Circuiui om/
nem terram quæ sub coelo est. Circuiuit non car/
nalibus uestigiis:sed circuitionibus iniquitatis:non
terrenis gressibus/sed spiritualibus seductionibus.

Circuiui totam terram quæ sub coelo est: non per
temporꝫ spatia circuisti:sed subito/uelociter/ac cele/
riter omnia quæ sub coelo sunt pagrasti:& oia quæ
in aere sunt puolando:& cuncta quæ sub coelo sunt
inspiciendo:subito ab oriente ad occasum transcun/
do:& a meridiano ad aquilonem peruolando:& ea
quæ per quattuor terminos orbis terræ in omni/
bus gẽtibus/& ꝓuinciis/& regionibus/atq; linguis
fiunt/uel dicuntur:uidens/& audiens/& sciens:non
tanq̃ præsentiam habens:sed tanq̃ spiritus uolans:&
omnia quæ dicũtur:audiens:& quæ opibus fiunt
uniuersa uidens. Ea uero quæ in corde/atq; itra ani/
mum tractãtur:nesciens. Si enim hoium cogitatiõ/
nes scisset: pfecto nullum hoiem saluum fieri pmi/
sisset:nihilq; boni perficere. Sed omnia bona mox
ut cogitatione coepta fuisset: cõtinuo destrueret:cõ/
tinuo pficere non pmisisset. Nunc uero ea quidem
quæ cogitantur/uel tractãtur: ignorat:Ea uero quæ
in operibus fiunt:& per uocem dicũtur:audit/& ui/
det:utpote spiritus callidus/ac subtilis/& qui ubiq;
est psens:atq; totum mundum subito peruolans. Si
enim uenti aeris/regiones ac prouincias subito per/
fluunt/atq; pertranseunt:nonne multo amplius ae/
ris spiritus:idem neqssimi dæmones subito totum
peruolant mũdum:subito uniuersa peragrant quæ
sub coelo sunt: subito ubiq; psentes sunt/in oi plio/
in omni pugna/in oi perturbatiõe/atq; mortis rui/
na:In oi seditione/ac tumultu/in oi cõtentiõe & lite/
& in oi sanguine/& homicidio/& furto/atq; adul/
terio/oiq; lamẽtabili bello? Siue oriẽtis/siue occidẽ/
tis/siue meridiani/siue aqlonis/ubiq; præsentes sũt
nequissimi/atq; aerii dæmones:plus perturbantur:
& succendentes/atq; uniuersa mala mouentes:unde
& diuinatiões sunt:ex quo malignissimi dæmones/
aeriiq; spiritus subito hunc mundum peruolantes:
atq; uniuersa quæ in oi loco huius mũdi fiunt:con/
templantes:& ea quæ dicuntur:audientes. Qui ali/
bi/ubicunq; longe positi fuerint: suæ nequitiæ mi/
nistris reuelant/atq; demonstrant/tam in somnis/q̃
in uigiliis/necnon in phantasmatibus: & iuxta hæc
quæ fiunt uel emergunt:etiam alia futura prospera/
re/atq; probare docent. Exinde coepit diuinationis
error inter filios hoium:Inde scandalum in eos qui
sũt sup terrã ortum est. His namq; oibus demõstra/
tis/atq; memoratis: malignissimus/atq; aerius dia/
bolus dicit. Circuiui totam terram quæ sub coelo
est:& ueni. O nequissime aduersari/O malignissime
diabole/quam malignus es:& ad oia mala uersutus/
atq; callidus? Cum enim ad Deum loqueris: humi/
litatem fingens:totam terram quæ sub coelo est:cir/
cuisse te/dicis:& coeli non memineris. Cum autem
ad homines loqueris:tunc nihilominus magna lo/
quens:ut hoies rapias/dicis. In coelum ascẽdam:su/
per stellas coeli ponam sedem meam: ero similis al/
tissimo. Hoc nimirum ob hoc dicis:ut pro altissimo
adorari/atq; coli ab hominibus possis. Circui (in/
quit) totam terrã quæ sub coelo est. Terram circuis

o diabole

o diabole/ad desolandum/atq; ad exterminandum eam. Ea quæ sub cœlo sunt peragras:ad perturban/dum/& peruertendum:& ad furtim reconcitandas atq; exacerbandas gentes/aduersus gentes/& regio/nes. Pro istis ergo oibus inquit:circuiui totam ter/ram quæ sub cœlo est/& ueni. Sed & adhuc aliter. Circuiui totam terram: oés terrenos/eos qui terre/na sapiunt tm̃:eos qui terrena sola cogitant/& me/ditantur/diligunt/atq; requirunt. Istos ergo circuis/exploras/exquiris/exculcas:quia introitus/& exitus/uiam/atq; iter in eis habes. Sic(inquam)circuis ter/ram o diabole: & peragras ea quæ sub cœlo sunt. Quæ sunt hæc? Corda quæ sunt sub cœlo: quæ in cœlum nunq̃ ascendere: neq; fidei integritate/neq; mentis desyderio/neq; dei memoria/neq; resurre/ctionis expectatióe neq; timore iudicii/neq; spe æter/næ gloriæ. Sed hoꝝ oium quæ in cœlo sũt oblivi/scuntur:despiciunt quoq;/atq; derelinquunt. Talia sunt corda oium ferocium/ꝑtinacium/eoꝝ qui non agunt pœnitentiam. Huiuscemodi enim corda cir/cuit diabolus/persuadens/atque infatuans/obtun/dens atq; obdurans: eoꝝ qui ea quæ super cœlum sunt in incorruptione non sapiunt: sed ea sola quæ sub cœlo sunt in corruptione/sup terram requirunt. De istis ergo oibus dicit. Circuiui totã terram quæ sub cœlo est:& ueni. Nobis autem condonet Deus cor mundum/aiam castam/mẽtem piam/fidem in/tegram/plenam charitatem/misericordiam syncæ/ram/puritatem nõ fictam/& spem imobilem:ut oés nequissimi incursus atq; accessus longe a nobis re/uertantur:& ois uersutia eius confusa/atq; inefficax comprobetur. Sed interim cum hæc diceret diabo/lus:quod circuisset terram:& peragrasset ea quæ sub cœlo sunt:respõdit ei Deus: dicens. Aiaduertisti ad puerum meum Iob:quia non est ei similis quisq̃ in terris? Tanq̃ si diceret. Qui gloriaris ꝙ terram cir/cuieris:& ea quæ sub cœlo a sũt pagraueris: dic mi/hi: Animaduertisti ad puerum meum Iob? Quod si forsitan dixeris. Nescio quis sit Iob. Hic est cui non est homo similis super terram. Ego dico: ꝙ non sit similis illi super terram. Tu uero quid dicis:quod ter ram circuieris: & ea quæ sub cœlo sunt peragraue/ris? Oñde alium similem illi. Et uere nequissimi dia/boli cogitationes arguit:atq; illicitum eius liuorem ostendit:quæ meditatus est: ac nequiter cogitauit: cum Iob zelatur/& inuidet. Ac si diceret. Ecce arguo meditationes tuas:ecce reuelo cõsilia tua:ecce oñdo neqtiam tuam/atq; liuorem: ecce do tibi audaciam: ut præferas tuam maliciam:ut depromas malignita tem tuam:ut ad certamẽ atq; prœlium beatum Iob requiras. Nisi enim fiduciam accæpis:quærere non audebis. Aiaduertisti ad pueꝝ meum Iob:hoc est:re/laxasti aium tuum/cogitatiões tuas/consilia tua/me/ditationes tuas? Ad quem? Ad puerum meum Iob. Lætaberis aduersarii sagitta/in modum ignis com/burens. Hæc uox est: quam diabolus audire non to lerat nequissimus:ut aliquis seruus dei sit: uel oino

nominetur. Cum antea odio haberet Iob: atq; zela/retur eum:adiecit super nequitiam:cum seruum dei illum nuncupari audisset/deo astruente: ad puerum meum Iob. Et aiaduerte quãtus sensus in hoc ipso demonstratur sermone:cum seruum suum appellat Iob. Primum quidem tanq̃ gloriam sibi existimat/atq; honorem oium dñs:quo sancte/atq; caste illi ser/uiant hoies. Idcirco quasi glorians dicit. Nunc sane est hic de solo Iob:pueꝝ meum Iob:hoc est seruum meum. Alibi autem de plurimis. Misi ad uos om/nes seruos meos prophetas. Vnde etiam ipsos glo/rificat/atq; magnificat:per id quod seruos/& famu/los eos astruit/atq; appellat. Sicut Moysen: de quo dicit ad Aaron. Non sicut famulus meus Moyses: in tota domo mea fidelis. Et post paululum. Quo/modo non timuistis loqui de famulo meo Moyse? Quid ẜ maius est: quid superius? quam creatoris quis sit seruus/atq; cœlestis regis famulus? Non est hac maior alia gloria. Super hæc autem ipsum dia/bolum increpat/deiicit atq; obiurgat:per id qđ Iob puerum suum appellat. Aiaduertisti(inquit)pueꝝ meũ Iob. Ac si diceret. Nõne uictus es/& deiectus/atq; humiliatus: ut Iob corruptibilis/atq; terrenus hõ/seruus meus sit: & in mea seruitute permaneat? Tu uero o diabole cũ supior sis angelis: cum Che/rubin a me creatus:a mea fuitute recessisti:& meum ministerium dereliqsti:merito ex sanctis choris pro/iectus/atq; ex cœlestibus pulsus:circa terras oberras: circa terras reptas: & terrenos circũuenire conaris. Ob hoc enim dicis:quod terrã circuieris: & ea quæ sub cœlo sunt peragraueris? quia cœlestium refuga effectus:atq; in terrenis reptare:& terram mandu/ca/re:in ꝑsona serpentis es maledictus: Aiaduertisti aio illo nequissimo/inuido/crudeli/prauo/fero ad pue/rum meum: mitem/benignum/subiectum/religio/sum/non fraudulentum/sed deuotum. Ad puerum meum:cui non est homo similis super terram in oi/bus uirtutibus atq; studiis. Non est similis illi super terram. Habraam non est:Isaac requieuit:Israel tran/siuit:Ioseph quietem resumpsit. Propterea non est illi similis quisq̃ super terram. Ego(inquit)testimo/nium perhibeo uirtutibus eius:utpote oium cogni/tor dñs. Attestatur uidelicet illi etiam malignus tuus liuor/o diabole. Nisi(inqt)meus seruus fuisset san/ctus/ac dignus:atq; mihi bene complacens:nõ utiq; eum zelatus fuisses:nõ utiq; ei inuideres. Non es ze/latus Esau/neq; Hismael. Non es zelatus Saul/neq; Achitofel/neq; Doech/neq; ullum ex his qui tuam peruersam fecere uoluntatem:Sed zelatus es a sæcu/lo oés seruos meos/atq; cultores: idest Abel/& Io/seph & nunc ipsum Iob atq; his similes oés:& oés syncæriter me inuocãtes:quia non est(inquit)simi/lis illi quisq̃ super terram:in oibus bonis operibus/atq; Deo dilectis. Sine querela est:utpote qui in nul/lo potuit rephendi. Quamuis(inquit)tu eum rep̃/hendas o diabole: quasi propter diuitias me colen/tem:post paululum comprobabitur:quia Iob oino

sine querela permanet: & non solum sine querela: sed & iustus: Cum iustitia autem & uerax. Sed quia pleriq; hoium in hoc mūdo oibus modis sine querela fuerūt / & iusti & ueraces inhumanis dumtaxat iudiciis & causis/atq; icorruptibilibus iustitiis uniuersis: Sed (hoc q̄ summum / ac maximum est) Dei scientiam nō habuerunt: charitatem quoq; Dei atq; culturam. Merito sup haec uniuersa bona Iob adiucit id qd' maximum est: dicens. Dei cultor/sine querela fuisse siue iustus/siue uerax. Omnia haec ꝓpter Deum erant/atq; Dei culturam. Super quae uniuersa adiiciens dicit. Abstinens se ab omni re mala: utpote qui Deum colebat: utpote qui Deum metuebat: tanquam qui Deo seruiebat: & tanquam qui Deo placere cupiebat. Sic itaq; super omnes caeteras uirtutes/ꝑcipuam eius uirtutem cōclusione demonstrans: Dei cultorem illum fuisse ostēdit: atq; ab omni re mala abstinentem. Et uere cum haec ad diabolum loqtur: & per haec diabolum arguit / atq; increpat: ac ueluti diceret. Audio diabole. Ad te enim est hic sermo: & tua haec increpatio/atq; obiurgatio. Sine querela est Iob: Tu uero oibus criminibus es refertus. Iustus est Iob: tu uero ipse iniustus/& totius iniustitiae suffragator. Verax est Iob: tu autem totius ueritatis es exors: atq; omni mendacio plenus: & ois fallaciae atq; doli es pater. Dei cultor est Iob: tu uero Dei refuga & apostata/atq; rebellis: Et nō solum tu: sed & oēs hoies hoc instigas/ꝑsuades/& doces. Abstinet se Iob ab oi opere malo/& uerbo: Tu aūt omne malum/& illicitū atq; impium opus / ac uerbum seminasti inter hoies: atq; in his quae sub caelo sunt: oīa fecisti. Dicit deniq; uniuersa deus ad diabolum: cū laudat Iob/& ueraciter magnificat eum: ut nosset diabolus aduersus quem habebat: ne postea diceret. Non mihi indicasti: neq; ego sperabam in oibus super terram huiuscemodi esse constantiam. Cunctos audiui q fuerūt ab initio saeculi: & q̄ plurimos meis muscipulis circūdedi: atq; meis insidiis apprehendi: merito putabam etiam hunc / quasi unum ex oibus facile superare. Ob hoc ergo ne uictus diabolus post hoc posset ea quae memorata sunt/dicere: propterea testificatus est illi Deus: & ante ꝑmonuit de omnibus quae circa Iob agerentur. Ac si diceret. Noli putare o diabole: qd' aduersus auum Iob Esau habeas: aut aduersus unum ex Esau similibus. Sed aduersus Iob habes: in fide indeclinabilē imobilem a iustitia/in gratiarū actionibus immutabilem in doloribus nō succumbentem non deficiētem in tribulationibus. Talem fuisse Iob sciēs Deus: ante testificatus est diabolo dicens. Homo sine querela / iustus/uerax/Dei cultor/abstinens se ab oi re mala. Sed & quae in laudem beati Iob dixit Deus/atq; in testimonium neqssimi diaboli: haec ad maximam inflāmationem ꝑfecere neqtiae aduersarii/atq; ad maximā aduersus Iob cōcitationē liuoris ac zeli. Merito audacia fretus/neqssimus imoderāter ꝓtulit suā iniquitatem: dicens. Num sine gratis Iob colit Deum? Rńdit nihilominus & dixit. Non labiis depromens: neq; ore humano locutus: Sed consiliis iniqua cogitans: atq; ipsis cogitationibus illicita meditatus. Rńdens diabolus dixit. Non sine causa Iob colit Deum. Incipit ostēdere: quia nequiter meditatus est. Incipit publicare: qa maliciose cogitauit. Nō sine causa inquiens Iob colit Deum. Non gratis / sed cum praecio: non frustra/sed pro mercede: Non propter pietatem/sed propter diuitias: Nō propter dñi dilectionem sed ꝓpter peculii multitudinem. Nō sine causa Iob colit Deum. Habet pro quibus recompenset: habet pro quibus reddat retributionē. Nō sine causa Iob colit Deum. Si enim ferocioribus/atq; imanioribus hoibus tantas conferres diuitias/& tantam gloriam/atq; tātum honorem: profecto oēs uno consensu tibi seruirent: & te colerent. Non sine causa Iob colit Deum: Sed pro diuitiis/pro possibilitatibus/pro substantia/pro facultatibus pro potētia/& gloria/atq; honore. Pro istis ergo/atq; horū blandimentis te colit. Aufer uniuersa quae ei dedisti: & apparebit ob quam rem te colit. Nunc uero facile est illi colere te: facile est esse sine querela/& iustum atq; ueracem. Sine querela est/qa innumerabilia habet: & in nullo indiget. Iustus est: quia diuitias habet. Verax est: quia oēs undiq; illi inclinantur: & sermonum eius usq; ad nubes perferūt. Sed mitte manum tuam: & tange oia quae habet: & scito si benedicat te. Aufer (inquit) diuitias: expolia facultatib⁹/detege gloria: priua honore: Humilia ex sublimitate: & tunc non solum hanc culturam derelinquet: sed & si non in ꝑsenti te benedicet: Hoc est nisi in praesenti tibi maledicat / & blasphemet / atq; detrahat. Moyses enim magnus homo Dei cum scriberet Iob: non ita scripsit: sicut diabolus locutus est: sed decētius ac benignius: utpote deuotus dñi famulus. Diabolus enim crudeliter/atq; nequiter locutus est: ut plus ad iracundiam (ut putabat) prouocaret Deum. Non dixit: Si in faciem te benedixerit: Sed si nō in faciem tibi maledixerit. Moyses uero illicitam atq; crudelē diaboli uocem imutans: dixit. In faciem tibi bñdixerit. Nō sine causa (inqt) Iob colit deum. Et ut quid: uel ob quam causam colit? Quia tu munisti illi: ea q; quae extra domum / atq; intra domum eius sunt. Tu munisti tu circūdedisti / tu obumbrasti/tu ꝓtexisti/tu illaesa custodisti oia bona eius. Non solum ea quae intra domum sunt sed ea quae extrinsecus sūt extra domū: uniuersa quae sunt ei in circuitum. Quoties (inquit) uolui appropinquare: & nō inueni accessum: cū ꝓtegis atq; obumbras. Quoties (inquit) uolui ꝑdere/& exterminare: & non permisit oipotens manus tua. Tu munisti ei oia quae sunt intra domum/atq; extra domum eius: tāquā flāma ignis/angelorū tuorū custodia: ante me omnia bona eius circūdās: accessum mihi minime cōcessisti: neq; approximare mihi ꝑmisisti: potestatem mihi nullatenus dedisti. Quid ergo laudas Iob quasi iustum? Quid magnificas Iob quasi Dei cultorem/atq; religiosum? Non Iob religiositas/neq; iustitia hoc fecit:

Sed

Sed largitiones tuæ / atq; multiplicia tua bona: pro
quibus te colere uidetur. Quod si non ita est: Mitte
manum tuam: & tange omnia quæ habet: nisi in fa/
ciem bñdixerit tibi uel potius maledixerit: sicut dia/
bolus dicit. Tu (inquit) muniisti: tu bñdixisti: tu mul
tiplicasti: tu conseruasti: & ea quæ domi sunt: & ea
quæ extra domum sunt in circuitu: Et ea quæ sunt
prope: & ea quæ lõge sunt uniuersa. Pro his (inqt)
oĩbus depcatur / & colit: & gratias tibi agit: Non tibi
gratias agens: sed pro ipsis bonis recompẽsans: non
te diligẽs: Sed ipsam multitudinem pecuniæ amãs /
& cõseruans / atq; pdere nolens. Non ergo pro tua
(inqt) dilectione te colit: neq; pp tuam bñitudinẽ ti/
bi gr̃as agit: sed pro pecuniæ huius blãdimẽto te co
lit: sed pp bñitudinẽ quã ei dedisti: tibi gr̃as agit. Au/
fer ergo illi quæ dedisti uniuersa: & apparebit oĩbus:
quæ sit Iob perfidia: & quia non pro dilectione te
colit: sed propter pecuniam: Cui digne rñdeatur: &
dicatur ad eum. Dico nequissime sathan: dico mali/
gne diabole: nõ intelligis o miserrime: quia tu teip/
sum deiicis: tu temetipsum condemnas? Nam in his
quæ Iob repræhendis: qđ ille ingratus extiterit: Te/
ipsum condẽnas cum tu eadem facis. Nam hoc ip/
sum tu fecisti: cum a Deo discederes: atque deo re/
sisteres: derelinqueres quoq; / atq; ingratus existeres.
De quibus nunc Iob nec quicq̃ huiusmodi facien/
tem: pessime arguis ac rep̃hendis. Sed interim o dia/
bole dicis: quod non propter me colat me Iob: sed
pro donis meis atq; pecunia. Dic ergo o nequissime
sathana: quantum / uel quid dedi Iob: quemadmo/
dum tibi? Nõne superiorem te angelis feci: & ante/
riorem archangelis? Nõne inter ordines Cherubim
te creaui? Nõne in corruptionis gloria te indui? Nõ/
ne indesinẽte lætitia uultus mei te constitui? Pro q̃/
bus tu uniuersis ingratus existens: me dereliquisti: &
a me recessisti: atq; mihi extitisti rebellis. Dic ergo o
diabole quid huiuscemodi dedi Iob: quid huiusce/
modi ei impertiui? Nẽpe in tristitiis uiuit sup terram:
Nẽpe nõ labores manuum suarũ manducat in cor/
ruptibilibus: Nempe non labores suos non hñtibus
diuidens: mihi gratias agit: nempe nõ in sudore uul/
tus sui edens: me colit? Quomõ (inquit) o infelicis/
sime diabole / cum tu pro gloriosis in incorruptio/
ne ingratus extiteris: Iob rep̃hendis: illum qui in exi/
guis / atq; paruis fidelis existens: indesinenter me co/
lens: mihi gratias agit? Hæc itaq; audiẽtes nos (o ui/
ri peritiæ) caute nos obseruemus: sollicite animabus
nostris intendamus. Nam idem ipse diabolus est ẽt
& nunc: qui utiq; fuit & tunc. Eundem iniqtatis li/
uorem etiam nũc habet circa nos pculdubio: quem
& circa Iob. Non quiescit unq̃ accusare homines ad
deum / & deum ad homines. Merito enim diabolus
uocatur: idest accusator. Sic nãq; & tunc Iob accusa/
uit circa deum: quasi nõ ppter syncæritatem: sed pro
pecuniæ blanditione deum coluerit: & deum accu/
sauit / & rep̃hendit nõ minime / sed qñ potius maxi/
me: q̃si nõ digne / sed cohibenter Iob diuitias tribue/
rit: ob hoc solum: ut adorarẽt illum tñ hoies: & co/
lerẽt. Hoc ipm nimirũ etiam nũc facit: & usq; in con/
summationem sæculi: oẽs homines occulte accusans
ad deum: & pro uerbo: & opere omnibus hoibus
laqueos / & capturas / & muscipulas ponit: & scida/
la multiplicat: & tribulationes / & molestias ingerit:
maxime iustis oĩbus / atq; sanctis: circa quos etiã ze/
lum habet: & bella suscitat / atq; proelia cõmittit. Si/
cut dicit quodam in loco. Et faciebat bellum cum
sanctis altissimi Dei. Merito ergo in oĩ tpe caute / atq;
sollicite obseruemus: atq; intendamus aĩabus nr̃is:
ut nec hic accessum ad nos nequissimus inueniat: nec
illic in conspectu Dei nos repræhẽdat. Mitte (inqt)
manum tuam: quæ nunc circũdat: quæ nunc mu/
nit: quæ nunc protegit: quæ nunc undiq; obũbrat:
quæ nunc nullatenus mihi accessum tribuit. Mitte
nunc manum tuam: hoc est p̃ceptum tuum / iussio/
nem tuam / imperium tuum. Hæc namq; significãs
dicit. Mitte manum tuam: ac si diceret. Precipe / iube/
manda / permitte. Hæc itaq; uniuersa hñs intra men/
tem suam neqssimus diabolus: dixit. Mitte manum
tuam: Non de eo infoelix dixit ad Deum: mitte ma/
num tuam: eo quod manum Dei uellet mitti. Scie/
bat nãq; miser / quia ubicũq; manus cum propitia/
tione mittitur: illic & mittitur / & auxiliatur / & opi/
tulatur / & regit / & sanat / atq; saluat. Hæc nimirum
sciens iniquus: aliud loquebatur: & aliud cogitabat:
aliud suggerebat: & aliud quærebat. Dei manũ no/
minabat: & in sua manu eũ tradi quærebat. Ob hoc
ergo dicit callide. Mitte manum tuam. Bene inquit.
Ecce mitto manum meam: Et tu dicis. Ad quid fa/
ciẽdum mittam manum meam? Mitte (inquit) ma/
num tuam: & tange oĩa quæ habet. Cur tangam in/
quit? Ad pdendum (ait) tange / ad interitum / ad ex/
terminandum / ad pditionem. Et quõ (inquit) per/
dam (o inimice oĩum bonorũ diabole) ea quæ crea/
ui? Quomõ exterminem ea quæ dedi: uel quõ de/
leam ea quæ ego feci? Et adhuc aliter. Quomõ per/
dam (o diabole) substantiam: ex qua mihi nõ indi/
genter uictimæ offerũtur: atq; syncæra sacrificia im/
molantur? Quomõ exterminem substantiam: unde
uiduæ uestiuntur: & orphani pascũtur: & infirmorũ
scapulæ calefiunt? Quomõ perdam (o diabole) fi/
lios eius qui me nimium diligit? Quomõ obdurem
ora eorũ qui in inocentiam una cum patre suo Iob/
deuote mihi gratias agunt? Sed interim qa non po/
test (inquit) aliter tua iniqtas sedari: nisi sic. Ecce oĩa
quæ habet dedi in manu tua. Nam si non dedero:
discedens gloriaris / & plaudebis: quasi uictor disces/
seris: quasi ego hoc certamen non concesserim: qua/
si hoc bellum fieri non pmiserim: quasi de Iob con/
stantia nõ præsumpserim: quasi ante proelium / atq;
cõgressionem superatus fuerit Iob qui a me magni/
ficatus / atq; laudatus est. Ob hoc (inquit) ne de his
glorieris o diabole: Ecce oĩa quæ habet dedi in ma/
nu tua. Et adhuc propterea cum hoc gloriari: uel plau/
dere non permitteris: ut cum hoc ipso etiam humi/

lieris/ac refuteris/atq; mendax cõproberis. Iob uero
exaltetur / & beatificetur / atq; uictor demonstretur:
Et sit deus uerax qui testimonium phibuit Iob. Tu
uero o diabole mẽdax:atq; author mendacii ostẽ/
daris. Ob hoc ergo oia quæcũq; habet: dedi in ma/
nu tua:ut oẽs in perpetuo cognoscant: & tuam ini/
quitatem o diabole/& Iob iustitiam/ac tolerantiam/
& meam præscientiam: & quia in tribulationibus/
atq; in tolerantia probo electos meos:& quia pluri/
mæ tribulationes iustorũ:& ex oibus his liberat eos
dñs:& quia tanq̃ aurum in fornace:ita iusti atq; deo
acceptabiles probantur in tẽptatione. Ob hoc ergo
uidẽs/dicit ad diabolum. Ecce(inquit)omnia quæ
habet in manu tua dedi: Quia hoc quæsisti: ut ego
manum meam mitterem: Ideo ecce ego dedi omnia
quæcũq; habet in manu tua: & peculium/& filios/
& substantiam/& labores & diuitias & possibilita/
tem:oia quæ sunt itra domũ & extra domum eius:
oia quæcũq; habet: non defendo/neq; contradico/
non præpedio/neq; obuio: Sed in manu tua trado.
Interfice dele/perde/atq; extermia / pfice malignum
tuũ liuorem: Imple maledictũ illum tuum odium.
Pecuniam enim/& filios Iob pdes: Sed charitatem
eius non perdes. Substantiam ac labores eius interci/
pis:sed syncæritatẽ illius atq; gratiarũ actionẽ nõ in/
tercipies. Oia ergo quæcunq; hẽt:dedi in manu tua:
quæ iram atq; gladium continet: quæ prælia atq;
bella operatur:quæ perditionem / atq; dãnationem
perficit:quæ doloribus nõ saciatur: quæ sceleribus/
atq; impietatibus inhiat: In hanc(inquit)manum
tuam trado oia quæcũq; sunt illius. In hãc manum:
quæ si præualeret:oẽm hoiem & oẽm spiritum qui
sub coelo est:subito in ictu oculi pderet/deleret / atq;
interficeret:si pmitteretur:& si iuxta uoluntatẽ ini/
quitatis suæ potestatem haberet. Sed resistit illi om/
nipotẽs manus dei:atq; fortissima dextera creatoris:
gubernando/obumbrando / protegendo / oia quæ
sub coelo sunt facta:tuendo. Quod autem ita est per/
ditioni dedita neqssimi diaboli manus:manifestum
est i Iob:quæ mox/ut pmissa est:& mox/ut iussionẽ
accepit:statim imparcenter cũcta perdidit: statimq;
oia interfecit. Ecce(inquam)oia quæ habet: dedi in
manu tua: Ecce oẽs tibi ademi occasiones: Ecce non
habes cõtradictionem: Ecce non habes ullam repli/
cationem: Ecce non habes excusationem. Oia quæ/
cunq; habet dedi in manu tua:ut cum oẽm substan/
tiam perdideris:tunc psertim cognoscas: quia non
propter substantiam me colit Iob:sed propter chari/
tatem:quia non propter facultates gratias mihi agit:
sed propter syncæritatem. Ob hoc ergo/ecce omnia
quæcunq; habet:dedi in manu tua. Sed ipsum caue
ne tangas. Dixisti o diabole/quod non propter pie/
tatem: sed propter diuitias me coluerit Iob. Dixisti
aufer quæ dedisti:& cognosces qd sit Iob. Ego(in/
quit)cognoscere eum non necesse habeo: Præscien/
ter enim scio cõstantiam Iob/atq; deuotionẽ quam
habet circa me. Oia uero quæcunq; sunt illius:do in
manu tua:ut cum probaueris cognoscas: quia solus
Iob ualet resistere uniuersæ iniquitati / atq; malitiæ
tuæ. Sed interim oia(inquit)quæcunq; habet:dedi
in manu tua. Sed ipsum caue ne tãgas. Quod quæ/
sisti(inquit)habes:quæ petisti accepisti:potestatem
substantiæ/& possibilitatis atq; diuitiarũ / peculii ni/
hilominus atq; filiorũ. Sed ipsum caue ne tãgas: qa
non ipsum quæsisti:sed quæcũq; habet. Idcirco oi/
bus quæcũq; habet acceptis:ipsum caue ne tangas/
neq; carnaliter/neq; spũaliter neq; manifeste/neq; la/
tenter. Ipsum caue ne tangas. Cur eum non tãgam?
Ob hoc(inquit)quia seruatur ad secũdam luctatio/
nem certamen quoq; & constantiam / atq; toleran/
tiæ ad pbationem. Sufficit(inquit)nunc hæc quæ
per pecuniæ/atq; filiorũ perditionem fit/temptatio.
Merito ipsum caue ne tangas. O bonitas tua rex/o
uirtus/atq; magnificẽtia æternæ quã magnam con/
solationem tribuis his qui ad te cõfugerint: & con/
stãtiæ fiduciam a te sperauerint/ut neq; hoium/neq;
iumẽtorũ/neq; aiatorũ/neq; inaiatorũ potestatem ha/
beat aduersarius:nisi ubi fuerit permissus. Nõ autem
permittitur:nisi ubi nouerit deus/pro fidei manife/
statione/& constantiæ approbatione / atq; gloriosæ
remunerationis retributione. Hæc scilicet nos scien/
tes:sollicite atq; deuote ad deum confugiamus: in/
stantissime / atq; syncæritissime in orationibus deum
inuocemus: ut auertat a nobis maligni insidias: ut
eripiat nos de crudelibus illius incursionibus:ut nõ
permittat nos tẽptari super id q̄ possumus sufferre.
Ecce(inquit)uniuersa quæcũq; habet: dedi in ma/
nu tua. Non(inquit)dedi oia hæc in manu tua: qa
oportuerat:uel iustum fuerat:sed ob hoc: ut neqtiæ
tuæ occasiones/atq; excusatiões auferrem. Quomõ
enim erat iustum:uel oportuerat:ut darem in manu
tua/iuga boum quæ uiduas arando eleuant:& gre/
ges pecorũ quæ orphanos uestiebant/atq; calefacie/
bant? Quomõ oportuerat:uel iustum erat:ut iustos/
atq; inocentes filios Iob / tu nequiter interficeres / o
diabole:cum dixerim post hoc in lege. Iustum & in/
nocentem non occides? Non ergo oportuerat:neq;
iustum fuerat:sed propter iniqtatem / & zelum / atq;
liuorem:ut inexcusabilis comproberis:& absq; con/
tradictione redarguaris. Propterea ecce oia quæcũq;
habet:dedi in manu tua. Sed ipsum caue ne tangas.
Et factũ est quasi dies illa. Quæ dies? Illa dies:in qua
malignus pmissionem accepit:in qua nequissimus
fiduciam est foetus:in qua die diabolus inocentium
mortem est fabricatus. Et factum est illa dies / in qua
diabolus gauisus est:q nunq̃ est gauisus: In qua ma/
lignus exultauit:qui nunq̃ exultare/est cõprobatus.
Nam exultationem ducit eorũ qui sunt in perditiõe/
atq; uiuorũ mortificatione. Et factũ est sicut illa dies.
Quæ dies? Illa(inquit)dies:in qua filii Iob & filiæ
nouissimum illud unanimitatis/atq; cõcordiæ prã/
dium pranserunt super terram. In coelis namq;/æter
næ gloriæ incorruptibili beatitudine pariter fruunt̃.
Quod cum nouissimum prandium tunc in corpe

pranserunt:

pranserunt:mox subsequẽter ońdit dicẽs. Et filii Iob
& filiæ manducabát & bibebát in domo fratris sui
maioris. Ac ueluti puuli / ĩfantes malis oĩbus exptes/
simul sedent/ & stant/ & simul ludunt/ & bibunt:ne
quicq̃ mali/aut illiciti/aut etiam obscæni deinuicem/
adinuicem cogitát: Ita & beatissimi filii Iob/ac filiæ/
casti erát animis/ & mundo corde/ & ĩmaculata con/
scientia: & oĩbus ĩmundis/atq; illicitis exptes. Meri/
to cum huiuscemodi essent: simul manducabant/ &
bibebant caste. Ita erant simul olim Adam/ & Aeua:
q̃diu in paradiso in ĩnocentia permansissent. Ita &
nunc sunt in ecclesia castæ aĩæ/ac sanctæ: sicut sim/
plices ĩfantes/atq; oĩbus malis exptes. Sic scilicet fue/
re etiam benignissimi/ac deo dilecti/atq; oĩbus ange
lis sanctis eius/filii Iob propter ĩnocentiam / & san/
ctitatem. De istis ergo filiis Iob dicit istic. Et filii Iob/
& filiæ manducabant/ & bibebant in domo fratris
sui maioris. Et in hoc quod maiori primatus hono/
rem exhibuerũt: In hoc ipso etiam / sicut & in oĩbus
circa dei ordinationem ambulare properauere. Dei
enim ordinatio / atq; dei iustitia hæc: ut maiori pri/
matus honor ab oĩbus exhibeatur. Manducabát er/
go/ & bibebant in domo fratris sui maioris. Mádu/
cabant/ & bibebant/non luxuriose neq; petulanter/
neq; superflua loquẽtes: neq; illicita fabulantes: Sed
manducabant/ & bibebant cum moderatione/cum
obseruatione. Manducabant & bibebant: laudátes
suum creatorẽ: bñfactorẽ suũ adorátes: atq; alentem
se: bñdicentes. Sic itaq; máducabant/ & bibebant fi/
lii Iob. Quo tpe? Certum est quod tpe prandii. Non
enim alio poterát máducare uel bibere tales/ac tan/
ti uiri filii tpe: quia nec ipse extra ordinem máduca/
re/uel bibere solitus erat in competenti tempore: sed
tpe disposito/atq; ordinato/ & ipse manducauit: &
filios suos circa ordinem máducare docuit. Sic itaq;
hora prandii máducantibus illis/ac bibentibus. Iob
sane in domo sua: Filiis autem eius/ & filiab⁹ in do/
mo fratris sui maioris: Nuncius uenit ad Iob. Erant
namq; nequissimi diaboli uersutia: ut hora prandii
obseruaret: ut prádente illo: tristes ac mortiferos nũ/
cios ad eum mitteret: quo magis fatigaret eum: uti/
terficeret: ut tpe cõmestionis ac potus/atq; iucundi/
tatis/tristes nũcios mittendo: deficere illũ iustũ face/
ret. Hæc náq; demõstrans: dicit. Ecce nuncius uenit
ad Iob. Dolorũ/atq; gemituum nũcius/malorũ / atq;
amaritudinis præco/tribulatiõis/atq; angustiæ præ/
dicator: Nuncius uenit ad Iob. Qui conuersatus ab
aduersario missus est a diabolo. Nuncius uenit ad
Iob. Conscissus/laceratus/copilatus/contusus/flens/
lamẽtans/plangens/ & uociferás/atq; uniuersa quæ
sunt miserabiles luctus demonstratis: ita a maligno
edoctus: ut ipso potius miserabili suo luctu/ac plan/
ctu in dei rephensione/iusti illius mentem concita/
ret. Nũcius uenit ad Iob: Et dixit illi. Miserabili/atq;
lachrymabili uoce dixit ei. Quid cogitas o Iob? Ad
mensam sedes: & ea quæ contigerunt ignoras? De/
litiis uteris: & accidentes tibi miserias nescis? Dixit il/
li. Ad mensam splendidam sedes o Iob: Sed hodie
ad mẽsam: cras uero ad lectum foras deportatorum
filiorũ. Modo in iucunditate: post paululum autem
in infœlici paupertate. Quod si non credis: quod si
non speras ita esse: audi. Iuga boum tuorũ arabant:
& asinæ iuxta illos pascebant: & uenere p̃dones: &
prædati sunt illa: & pueros occiderunt in ore gladii:
& remansi ego solus: & ueni: ut tibi nunciarem. O
multiplex/atq; callida aduersarii astutia: ut eadẽ quæ
ingesserat mala: ita callide enarraret: ut ad dei blasphe
miam/iusti illius uiri aĩam prouocaret. Iuga (inq̃t)
boum tuorũ arabant. Non enim ociosa erant: neq;
inutilia stabant: Sed arabant ultimam araturam: atq;
nouissimam exercẽtes culturam. Quid hæc inquit?
Et uenere p̃dones: & prædati sunt ea. Iob uel tibi ui/
uas: uel aliis bñficia impartiaris. Vnde uel tibi uictus/
uel miseris/ & nõ hñtibus refectio? Iuga boum tuo/
rum arabant: quæ ultra nec tibi nec aliis arabũt. Asi/
næ tuæ pascebant: quæ ultra foetus nõ faciunt: quæ
tibi/nec aliis proderũt. Quare inquit? Ob hoc (ait)
quia uenerũt prædones: & prædati sunt ea. Qui ait.
Tãtum me terres/o homo: quasi iugis dep̃datis: ui/
uere non possim? Sunt pueri plurimi coloni abun/
dantissimi: qui uniuersi mercimonium facientes: &
me/ & se pascent: & me & se tolerant. Sed r̃ndit nun/
cius qui uenerat & dixit. Inaniter tibi blãdiris o Iob:
atq; superuacue speras: qđ coloni remãserint. Nam
hii qui iuga boum & asinas deprædati sunt: idem
ipsi & pueros occidere. Quomõ occiderunt? In ore
gladii/inquit. Non pepcerũt/non miserti sunt/non
reliquere: Sed oẽs imparcẽter occidere: sed oẽs imi/
sericorditer ĩterfecerũt: atq; oĩu3 sanguinẽ crudeliter
effudere. Mihi soli (inquit) pepcere: me solũ remise/
re: Et cum solus remansissem: ueni: ut nunciarem ti/
bi. Quid (inquit) mihi nuncias o homo? Hoc mihi
nuncias q̃ prædones prædati sunt: & cum prædati
fuissent pueris nõ pepercere. Sed & ipsos in ore gla/
dii occidere: reliquias mihi non dimittentes: neq; so/
lacia relinquentes. Hæc mihi (inquit) nuncias: nun/
cia & prædones: nũcia & interfectores: ut si possim
(inquit) uindicare me: uindicem. Quod si non ua/
lebo uindicare: his qui hoc fecere: enumerem: Deo
autem id quod factum est: ut iuste inquirat: cõmen/
dem. At nunc (inquit) o homo cum tu solus euase/
ris: ad maximum mihi incendium euasisti: pro aug/
mento doloris mihi aduenisti: Deprædationem mi/
hi nuncias: & prædones non publicas? De p̃ximo
sunt: an de longinquo? Hostes sunt publici: an fures
occulti? Sed is qui euasit: non propter quod ei par/
ceretur: euasit: sed propter augumentum tentationis
Iob aduenit. Hic ergo nihil aduersus ea quæ dicta
sunt: respondit: Sed tñ prædones noĩauit: nos intel
ligere admonẽs: atq; nobis intelligẽdum relinquẽs:
quos uel quales prædones memorauerit: Illos sine
dubio qui de coelo propter apostasiam in prædam
uenere: & ex scõrũ choris propter cõtumaciam pro/
iecti sunt. Illi nimirum qui sub coelo oẽm captiuita/

tem ceciderunt: tam carnalium quam spiritualium: qui prædati sunt uniuersos qui super terram: & manifeste & occulte. De quorum captiuitate dicunt sancti. Bndixisti dñe terrã tuã: auertisti captiuitatẽ iacob. Et alibi. Cum cõuerterit dñs captiuitatẽ plebis suæ: exultabit Iacob: & lætabit Israel. Isti scilicet prædões istic memorant. Venere(inquit)prædones. Vnde uenerunt? Ex ipsis: an ex Chaldæis: an etiã ægyptiis? Sed ex nullis istorum uenere. Sed ex abyssis uenere: ex interioribus inferorum uenere: a desertis uenere: sicut paulopost demõstrabitur in filiorum interemitione. Inde ergo uenere isti prædones: dimissi ad tẽtationem: atq; ad probationem iusti illius. De istis ergo dicit. Venere prædones & prædati sunt eos. Isti nãq; sunt qui a sæculo deprædati sunt plurimos: & plurimã plurimos in captiuitatẽ duxere. Isti deprædati sunt Cain per sacrificii æmulationem: gigantes per superbiam: Illos ad turrem per contumaciam: Illos in sodomis per turpitudinis lasciuiam: Esau p insatiabilitatẽ: atq; petulantiam: Pharahonem per dei contẽptum: atq; pertinaciam: Illos in deserto per idolatriam: Aliosq; innumeros per eadem deprædati sunt: & per hæc & per his similia: atq; per alias innumeras rõnes: & prædati sunt a sæculo: & deprædantur usq; in sæculum: Aliquos per adulterii appetentiam: ut Amon: Alios per honoris ambitionem: ut Absalon: Alios per auaritiam: ut Iudam. Istos ergo prædati sunt nequissimi diaboli hostes. Aliis autem alios deprædati sunt: ut Noe Cham: ut Habraã Hismael: ut Isaac Esau: ut israel symeõ: & Leui: & Ruben: ut Hæli sacerdoti: Ophni: & Phinees filios eius: ut Dauid supius memoratos filios: & post hoc Oniam: atq; aliis alios innumeros primos ac nouissimos. Quæ uniuersa scientes nos: atq; audientes: intendamus caute aĩabus nostris: ne prædentur nos: atq; populentur prædones dæmones: Ne dicat de nobis. Venerũt prædones: & prædati sunt eos: nec compellamur fletus: atq; lamentationis cãticum cantantes: dicere. Super flumina Babylonis illic sedimus: & fleuimus. Ob quã rem? ga illic interrogauere nos: qui captiuos duxere nos: uer ba canticorum. Sed cum hæc oĩa audiret Iob: tam peculii deprædationem: q̃ puerorum interemtionem: atq; uenientes: & enarrãtes lamẽtationem: ne quicq̃ hac re quæ obuenit: dignum fecit: Sed patiẽter hunc auditum sustinens: blande enarranti sibi rñdit: dicens. Quid eiulas o uir? quid lamẽtas o homo? Diuitiarum possibilitas ita est semper uertibilis: ut hodie sit hic: crastino uero alibi. Et pſertim(inquit)quia inimici prædati sunt: quia aduersarii abstulere: quia iniusti diripuere. Ego(inquit)ut inimicos acquirerem non gessi: neq; me inimicos putaui habere. Et quia non peccanti mihi inimici quidam effecti: hæc ingessere: ut & pueros occiderent: & peculium arripuerunt: Sine illos possidere hæc cum iniquitate: nobis uero dabit deus alia sine peccato. Sed cũ hæc audiret nequissimus diabolus a beato Iob: & ore dicta: & aio meditata: liquefactus intra semetipsum: insipienter (inquit) fecit: ut prædões nominares. Abstuli a deo hanc culpam. Nõ enim imputat Iob deo hoc q; gestum est: sed iniquorum uirorum malitiæ. Ego(inqt) meipsum circũueni: ego mihi ipsi cõtraria gessi. Idcirco cõsyderaui qd faciam. Cõuertam nunc sermonem ad coelestia. Cõuertã hæc in dei blasphemiam. Hæc cũ neqssimus cogitat: cõtinuo alium nuncium mittit ad Iob. Qui cum ingrederet dixit ei. Ignis cecidit de coelo: & combussit oues: & pueros cõbussit similiter: & euasi ego solus: & ueni: ut tibi nũciarem. Nõ est(inquit)ut tu arbitraris Iob: quod ex hoibus sint tibi hæ insidiæ: atq; hic incursus: Non est ex hominibus: sed ex deo est: de coelis est. Ignis cecidit de coelo: & combussit oues. Noli(inquit)temetipsum seducere o Iob: noli teipsum circũuenire: Nõ ex hominibus est hæc circũuentio: sed ex deo est ista exterminatio. Nõ ex terrenis tibi hic incursus: sed de coelis est tibi iste interitus. Quod si nõ credis: audi. Ignis cecidit de coelo: & combussit oues: & pueros combussit similiter. Nam cum oues cõbureret: puerorum nõ est misertus: Nõ pepercit pastoribus: sed similiter & illos cõbussit: atq; perdidit: sed pariter cũcta deleuit: ut per omnia tibi detrimẽtum: atq; dolorem ingereret: ut per hæc uniuersa tibi tribulationem: atq; angustiam adiiceret. Ignis cecidit de coelo: non ex se: neq; a se: neq; per seipsum: sed coelesti iussione: atq; terribilis dei præceptione. Ignis cecidit de coelo. Quẽadmodum olim in Sodomam & Gomorrã: atq; sup oẽm illam regionem: ita & nũc ab ipso qui tũc in Sodomam & Gomorrã ignis in pditionẽ pluit. Ab hoc ipso(inquã)etiam nũc ignis cecidit de coelo: & cõbussit oues: & pueros: & pastores. Omnia incendit: atq; deleuit pariter: Sicut olim Sodomitarum reliquiæ nõ remãsere: ita & nũc(inquit)tibi reliquiæ sup nõ sunt(ut noris)quia eiusdem dei ira sup te effusa est: cuius etiam & sup illos ignis cecidit de coelo. Non qd de coelo ceciderit ipse ignis. Absit: sed qa ita finxit nequissimus: & quia ipsum nũcium ita docuit dicere malignissimus diabolus: ut cũ putet beatus Iob atq; arbitretur: qd de coelo a deo istæ miseriæ ei impingerẽtur: in blasphemiam dei cõuerteretur. Ignis cecidit de coelo: & combussit oues. Nõ sunt(inqt) terrenæ insidiæ: hoc quod factum est o Iob: sed coelestis est furor. Nõ est uiolẽtia hæc humana: sed contritio ẽ diuina. Si enim in habitaculis hoc euenisset: crederet quod uolẽs quis: uel nolẽs: hũc succẽderet ignem. Nũc uero cum in solitudine(inqt) essemus: in modũ sagittæ ignis de coelo: super nos effusus est: atq; iaculatus: ut nec fugiẽtes fugerẽt: nec resistentes euaderẽt. Ignis(inquit)cecidit de coelo. Nõ mẽtiris o miserrime diabole: qd ignis cecidit de coelo: sed nõ quem deus mitteret: sed quẽ tu finxisti in diuersas figuras: imutãdo temetipsũ aliqñ in prædones: aliqñ in ignem: aliqñ aũt in tria cornua equitum. Item uero in ultimo in spm q̃tuor angulos domus tangẽtem. Et nõ est mirum qd pmissus in tãtas figuras imutaueris temetipsũ: cum & corã ipso dño in omne regnum

ne regnum orbis terræ teipsum imutando/simulaueris:& hoc in momēto tpis:hoc est subito derepente/atq; uelociter. Ignis cecidit de coelo. Nō mētiaris o miserrime bonoꝝ oīum inimice:Non a deo missus/sed tua est iniquitate succensus. Tu(inquit)es o diabole ignis ipse qui de coelo cecidit:qui inumeros in mundo peccatoꝝ igne succendis. Tu es ipse ignis o diabole/qui geennæ igne plurimos peccare facis: cui ignis/& tenebræ digne reseruātur præ oībus. Tu es ipse ignis o diabole:qui cum de coelis cecidisses in medio montium igneoꝝ proiectus es: sicut dicunt sanctoꝝ oracula. Tu es ipse ignis quem etiā ipse dn̄s fulgoris igni consimilans:atq; de coelo cadentē demonstrans/dicit. Vidi sathanā tanq̄ fulgur de coelo cadentem. Hæc nimiꝝ uniuersa quæ dixit nequissimus ille. Ignis cecidit de coelo/ꝓpriam in ignem geennæ per hæc ostēdens ruinam. Sed adhuc aduersus diaboli supbiam pauca dicamus. Superbiens o diabole dicens:ꝙ ignis de coelo ceciderit:& oues combusserit:utpote tua uoluptate/atq; opatione:Dic ergo o infoelix: si sup oues Iob potuisti de coelo ignē adducere/& eas comburere:cum Elias inuocaret:& per syncærā orationem ignem super holocaustum de coelo adduceret. Tu o miserrime bonoꝝ omniū inimice/q̄uo nō potuisti sup idolorum tuoꝝ holocaustum ignem aduocare? Et adhuc. Si igitur tu hūc ignem de coelo adduxisti:q̄uo non potuisti compescere/uel reuocare illum ignem quem Elias sup duos quinquagenarios de coelo aduocauit? Fuere nāq; illi q̄nquagenarii eius ministri:atq; nequitiæ eius nūcii. Sed & hæc uniuersa diximus pro increpatione diaboli/atq; condēnatione maligni. Beatus aūt Iob/quid r̄nderit alteri nequissimo nuncio: audiamus: quomō cōminuerit secundā ferocis illius sagittam: q̄uo trāsierit iniqui illius impetū:post priorem alterum per tolerantiæ effectum:quēadmodum & cætera uniuersa. R̄ndit nāq; ei/qui uenerat dicens. Et quis me erit maior/o homo? uel quis me gloriosior/o uir? Si ita est uere quod ignis ueniens de coelo/oēs greges meos consumpserit illico:ut pariter oēs oues meas ꝓpinus inacceptabile susceperit holocaustum. Nāq; ego(inquit)per tpa singula oblaturus eram. Hoc uidelicet elegit deus:ut statim pariter in uno susciperet holocausto per ignem qui de coelo est missus. Oīs nāq; acceptabilis hostia/per ignem qui desuper fuerit missus:suscipitur/atq; cōsumitur. Quod enim plurimo tpe erat faciendum:hoc nimirum accelerās uno tpe suscepit deus. Et quis me beatior sub coelo? Ante paululum inquit. Iuga boum uniuersa protinus misi mactata. Item nunc greges ouium oēs pariter combussi/imolaui:& hæc(inquit)deo eligente obtuli:& hi qui supersunt cameli/mihi ad trāsactionem proficiunt:atq; in uitæ sustentatione sufficiunt. Sed cum hæc cogitaret/ac loqueretur Iob: atq; cum patientia/intolerabiles has sustineret plagas/& nullatenus succumberet maligni tentationibus. Alius nuncius uenit ad Iob: & dixit ad eum. Inaniter tibi blandiris o Iob:ꝙ camelos pro uitæ sustētatione habeas:& quod in spem transactionis tibi supauerunt. Equites enim fecere tria cornua:& circūdedere camelos/& prædati sunt eos:& nō solum hoc:sed & pueros occidere in ore gladii:& euasi ego solus/& ueni: ut nunciarem tibi. Propterea(inquit)solus euasi/ac restiti:ut id quod gestum est:tibi enarrarem. Boues (inquit)& asinas ꝑdidisti o Iob:greges ouium tuarum coelitus cōbusti sunt. Ecce & nunc post illa oīa/nouissima transactionis spes:cameli ablati sunt tibi. Prima(inquit)plaga per prædones:Secūda ꝑ ignē qui de coelo cecidit:non ꝙ de coelo hic ignis ceciderit:sed quia ita finxerit: atq; ita malignus dixerit: ut deum circa Iob accusaret:& Iob deum blasphemare compelleret. Tertia/ergo per tria equitum cornua:q camelos circūdantes exterminauerunt. Primū(inq̄) per prædones proculdubio pedestres. Secundo per ignem desuper comburētem. Tertio per eq̄tum tria cornua:qui camelos prædati sunt. Oīa(inquit)hæc tacens/sustinebis:oīa hæc patienter supportabis. O homo coelum(inquit)& terra aduersum te insurrexerunt:& siles? & ad dimicādum contra te dei imperio armata sunt:& taces? Alter(inquit) nuncius uenit ad Iob. Alter post primū/numero uero tertius. Alter in nequitia/tertius uero in annunciatione miseriæ. Istos nāq; neq̄ssimos nūcios miseriaꝝ annūciatores/atq; maloꝝ suggestores/tanq̄ bonæ prædicationis nuncios/mittebat nequissimus: Quos etiam ideo supesse fecit:ut eius malicia/huic miseriaꝝ denūciatiōi deseruiret. Nō enim angeli fuere:sicut q̄dam arbitrantur:neq; spūales dæmones: sed hoīes/ex famulis Iob conseruati/ab aduersario/atq; succensi a diabolo ad dicenda oīa/ac facienda:per quæ possent Iob uertere ad dei blasphemiā. Tertius hic ergo nuncius uenit ad Iob:& tertius doloris ꝓco illi effectus: Tertius memorauit dicens:Eq̄tes fecere sibi tria cornua. Qui equites? O homo mentiris etiam istic/sicut & in ouibus:cum diceres: quod ignis cecidisset de coelo. Quinimo mentitur diabolus qui in te loquitur. Illic(inquit)o callidissime sathana/uoluisti deum deprauare:q̄si ignem de coelo super oues mittentem:Hic uero uis hoīes inq̄nare:quasi aduersum Iob insurrexerint illicite:ut circa utrūq;/Iob odium acq̄reret:& circa deum blasphemiā/& circa hoīes bellum. Ex q̄bus neutrum illic reddere acquieuit cōstantissimus Iob. Sed adhuc equites(inquit)fecere sibi tria cornua. Qui equites/o homo? Nam illo tpe nō erant equites plurimi inter homines: Sed q̄plurimi hominum pedestres/aduersum inuicem/bellum gerebant. Qui fuere ergo equites qui tria sibi cornua fecere? Hoc est qui triplici modo se armauere:qui triplici proelio camelos circūdedere. Illi fuerunt spirituales equites/idest aerii spiritus qui terram peragrant:qui pelagus trāseunt:qui aerem peruolāt:qui omni uento/& aqua/atque omnibus tempestiuis procellis/uehementiores sunt/atq; ue1ociores in aeria: sua iniquitate etiam equites digne appellantur.

Qui super omnes luxuriosos / atq; impudicos se/
dēt: tanquam super equos: et iuxta nequitiam suam
exagitant illos : & ad suæ iniquitatis : atq; impudi/
citiæ pfectionem/eos sectantur : Illos de quibus dr̄.
Adulter sicut emissarius sup oēm sessorem hinnit.
Et nolite fieri sicut equus/ & mulus in quibus non
est ītellectus. Et adhuc equi emissarii facti sunt unus/
quisq; ad uxorem ꝓximi sui: hinniebāt. Isti ergo ta/
les sunt equi diaboli: isti sūt equi maligni: Isti & oēs
qui eiusdem seruiere iniqtati : isti quoꝝ pedes iniqta
tibus currūt. Huiuscemodi nāq; equoꝝ pedes uelo/
ces sunt ad effundēdum sanguinē. Eqtes sunt neqssi
mi dæmones / atq; aerii spūs. Talis equus fuit olim
Nabuchodonosor. Sed nō iugiter: sed septem annis
tm̄: quibus a neqssimis equitibus: idest dæmonibus
imparcēter est exagitatus. Talis equus fuit & ille qui
in euāgeliis/a legione similiter per deserta/ & p mon
tes urgebatur: donec ueniens dn̄s: illos qdem malos
equites: idest dæmones effugauit: & illum miserum
liberauit. Aliiq; innumeri a sæculo: alii aperte/alii ue/
ro occulte/diuerse/ac uarie / dæmonum equi effecti
sunt. Quibus uniuersis cum essent imundi/atq; exe/
crabiles in malis : usi sunt eis nequissimi dæmones:
Aliis sane ad uelocitatē homicidii / & sanguinis/de/
uastatiōis quoq;/& captiuitatis: Aliis nihilominus/
in fortitudine furoris atq; doli / inuidiæ quoq;/atq;
nequissimi liuoris/ & oībus quæ uolūtas nequissimi
diaboli / atq; opus exigebat. De istis ergo equitibus
dicit istic. Eqtes fecere cornua tria: & circūdedere ca/
melos. Et cur tria cornua/ & nō quattuor? Ob hoc:
quia quattuor reseruauit pro quattuor domus an/
gulis: ad interficiēdos eius filios! Ob hoc ergo non
quattuor/ sed tria cornua fecere: hoc est finxerūt con
similauerūt / armauere: utpote eqtes equos sedētes:
atq; uniuersam armaturā hn̄tes: timorem ōndentes:
atq; fortitudinem demōstrantes. Equites fecere cor/
nua tria. O quā multiplicem inqsitionem/atq; dis/
putationem habet hic sermo. Primū qdem hoc itel/
ligere debet oīs sapiens: quia uniuersa potētia/ & oīs
exercitus/atq; oēs dæmonū cateruæ simul illic con/
uenere: & pariter se aduersum beatū Iob in prœlio ar
mauere: uniuersum mūdum despexere: tantū ut Iob
superarēt. Nam totum mūdum suum iudicauere: &
aduersum solum Iob bellū gessere: utpote quia non
erat ei similis alius in toto mundo. Item adhuc tria
cornua fecere: tanq̄ aduersus corpus/ & aīam & spm̄
Iob dimicātes. Tria cornua fecere pro peculii con/
sumptione/ & filiorum pditione / atq; corporis pla/
ga supare eum nitentes. Tria cornua fecere: qa & ter/
tio cum eo cōgressi sunt: Semel sane : cum omne pe/
culium atq; filios subito iterfecere. Secūdo qn̄ totū
corpus eius/putredine/ac uermibus repleuerūt. Ter/
tio: qn̄ per uxorem seducere uoluere: amici uero cul/
pauerūt. Adhuc aūt tria cornua fecere: tanq̄ tria præ/
cipua/ac singularia : idest / spem/fidem / charitatem/
prædari ei conātes: fidem quā in uera dei cultura ha
buit. Spem/ & terrenæ liberationis/ & cœlestis refri/

gerii: Charitatem circa deū : qua nihil est maius: neq;
in hoc sæculo/neq; in futuro. Pro his ergo oībus fe/
cere tria cornua neqssimi dæmones: oēs pariter ad/
uersum Iob dimicātes: oēs unanimiter aduersus eū
stantes. Solus aūt diabolus qui est in iniquitate ma/
ximus: præsens Iob erat/sollicite obseruans infœlix:
qn̄ blasphemiæ sermonē/ex iusti illiꝰ ore potuisset au
dire. Et quāto torquebatur Iob corde : lamentabilia
nuncia sub inde audiēdo : tāto plus torquebat̄ dia/
bolus: ea quæ uolebat: uel desyderabat: idest dei bla/
sphemiam ab eo non audiendo. Sed adhuc tria cor/
nua fecere: hi q aduersus tria sæcula / ab initio & usq;
in finem bellum gesserūt/ & gerūt aduersus eum qui
ab initio fuit usq; ad diluuium : & a diluuio usq; ad
passionem/ & resurrectionē dn̄i nostri Iesu xp̄i / usq;
in finem: & resurrectionē oīum. Et adhuc tria cor/
nua fecere/hi qui aduersus tria dimicāt: Aduersus le/
gem/ & ꝓpheias: atq; apostolos. Aduersus legem sa
ne/per dolorum iniqtatem : aduersus ꝓphetas: ita &
aduersus apostolos per falsos apostolos. Post quæ
uniuersa/o amici/ultimā audite disputationem. Ad/
uersum Iob olim / & aduersus oēs subsequentes tri/
bus cornibus dimicauit: tribus cornibus congressus
est. Triplici mō tentauit: iuxta oīa quæ oñsa/atq; me/
morata sunt. Nunc uero in nouissimis temporibus/
atq; in ultimo sæculo nō in his solis tribus cornibus
dimicat: Nō triplici modo cōgreditur: sed mille mo
dis/ac multipliciter dimicat/cōgreditur/ & tentat/in/
sidiatur/seducit/atq; subuertit : p multitudinem hæ/
resum/per innumeros errores / per abundantes sedu/
ctiones per pseudo xp̄os/ac pseudo doctores : qbus
hic mūdus repletus est : quos neqssimus seminauit:
quos atrocissimus ille pduxit : quos malignissimus
diabolus florere fecit: & fructum in infidelitate / atq;
errore coegit: qbus hic (ut dixi) mūdus repletus est:
q uenere/ & ueniunt in uerbo dn̄i/in uestitu ouium:
intrinsecus aūt sunt lupi rapaces: nomen christiano/
rum habētes/atq; spēm pietatis: & impietatibus/atq;
seductiōibus referti sunt. Isti ueræ sunt ianuæ mortis
& uiæ iferni: isti sunt q a ueritate plurimos pūaricāt:
& a fide īnumeros oberrare faciunt. Isti sunt ministri
maligni: atq; nuncii diaboli ueritate carētes : isti sunt
duces cæci cæcoꝝ : isti sunt qui nubes sine aqua / &
nebula ac tēpestate fugata: quibus caligo / uel nebu/
la iterioꝝ tenebraꝝ digne seruat̄/atq; custodit̄. Istos
ergo fugiamus/o uiri: istos late debilitemus/o amici:
istos odio habeamus : & infidelitatē/atq; errorem q
in eis est: uelut flāmam ignis declinemus : pro eo/ne
cum illis flāmæ inextinguibili in die furoris : atq; re/
uelationis iusti iudicii dei mancipemur. Hæc scilicet
uniuersa memorauimus: quia tria cornua : ad dimi/
candum/atq; congrediēdum aduersus Iob: nequis/
simi dæmones fecere. Ad dimicandum uero aduer/
sus ecclesiam: non tria tantum cornua / sed innume/
ra / atq; inæstimabilia / omnes sectæ atq; hæreses fa/
ciūt: per quas uniuersas aduersus ecclesiæ unitatem
incessanter dimicant. Sed quēadmodum tunc cum
tribus

tribus cornibus/aduersus Iob cõgressus:cũ cõfusio/
ne est supatus:nihil p̃ualẽs aduersum Iob:sic & nũc
multis modis aduersus ecclesiã cõgressus:& p̃ innu/
meras hæreses/aduersus eam dimicãs:reuocaẽ con/
fusus:nihil præualens uere credẽtibus aĩabus. Firmũ
enim firmamẽtum dei stabit:& portæ inferoꝝ non
ualebunt aduersus eum. Sicut dicit dñs. Portas ĩfer/
ni memorãdo:diuersas sectas/atq; hæreses infideliũ:
quæ usq; ad portas ĩferoꝝ deducũt oẽs q eos sectan
tur. Post quæ uniuersa/adhuc unum aduertamus.
Tria cornua fecit diabolus/in typum/atq; figuram
trionymæ illius sectæ/triũq; deoꝝ hæresis quæ uni/
uersum orbẽ terræ/ĩ modũ tenebraꝝ repleuit. Quæ
p̃rem & filium/& sp̃m sc̃m/aliq̃n tanq̃ tres colit/nõ
nunq̃ aũt unum adorat(quẽadmodũ græcoꝝ lin/
gua memoraẽ) τριαδα/uel ομοουσιον:triada/uel
homousion. Istam ergo trinitatis sectã & hæresem/
atq; ĩfidelitatem iam olim delõge designãs uersutis/
simus ille diabolus:tria cornua misit ad Iob depræ/
dandum. Sic nãq; ẽt nũc memoratã trionymæ hæ/
resis p̃sertim prædatur/atq; expugnat ecclesiam. Sed
cum uideret neq̃ssimus diabolus:q̃d nihil p̃fecisset/
p̃ oĩa quæ gessit/adiecit hoc q̃d erat maximum/atq;
mirabile:filioꝝ iternectionem. Sagittauit primam sa
gittam:& nõ uulnerauit iustum:Sagittauit & secun
dam p̃iculosiorẽ:& nõ læsit in ueritate fundatum.
Sagittauit & tertiã p̃ tria cornua:Sed & hæc ineffi/
cax extitit p̃ tolerãtiam. Istam ergo cũ Iob retrorsum
auerteret:unam(inquit)habeo adhuc nouissimam/
ac terribiliorẽ ultimam/atq; lamẽtabiliorem:idest fi/
lioꝝ iternectionem/ac p̃ditionẽ natoꝝ/supplicium/
atq; cõminutionẽ. Sustulit(inq̃t)atq; sustinuit prio
ra:cum de filiis se cõsolatur:Sed istam nõ supporta/
bit/neq; sustinebit. Hoc ergo faciã:nõ sinam eum re/
spirare:nõ p̃mittam resipisci:nõ p̃mittam consolari:
Sed subsequẽter/atq; subinde lamẽtabilibus cũ nũ/
ciis ingetem. Hæc cum tractat neq̃ssimus:atq; apud
semetip̃m loq̃tur:cõfestim eam adimpleuit. Merito
adhuc anteriore loquẽte:alius nũcius uenit ad Iob.
Nõ quieuerat prior:narrãdo mala:& ĩcipiebat alter
memorari pessima. Non occurrebat beato Iob inge/
miscere pro prioribus doloribus:p̃p̃ q̃d aliæ angu/
stiæ sup̃ueniebãt illi. In modum enim uehemẽtium
aquaꝝ/diuersis miseriis iusti illius aĩam inũdare ne/
q̃ssimus p̃perabat. Alter ergo nuncius uenit ad Iob:
Alter post anteriorem:q̃rtus uero numero. Alter nũ
cius uenit ad Iob:p̃pter nuncioꝝ/ac doloꝝ atq; ma
loꝝ diuersitatem. Alter nũcius uenit ad Iob:& dixit
ei. Ecce quartus(inquit)præstolor tibi(o Iob)do/
loꝝ nũcius/atq; maloꝝ præco:& nõ succũbis/neq;
deficis. Sed licet prioribus nõ succubueris:nouissi/
mis aũt succumbes:& pauesces/atq; deficies:cũ no/
uissimum/atq; lamẽtabilem filioꝝ nuncium audire
nõ sustinueris. Filii(inquit)tui & filiæ cum mãdu
carẽt/& biberẽt in domo fratris sui/filii tui maioris:
subito uenit spiritus ab eremo:& tetigit q̃ttuor an/
gulos domus illius:& cecidit dom⁹ sup̃ filios tuos:

& mortui sunt. Hoc(inquit)est nouissimum/& la/
mentabile:atq; miserrimũ nuncium:q̃d etiam igno/
rantibus filioꝝ dilectionem/amorem/uel affectum:
cõpati reuocat aĩum p̃p̃ tam miserabilem cãm. Filii
(inquit)tui quos nutristi:quos educasti:quos ad
maturitatem cum labore p̃duxisti. Filii tui quos pie/
tatem docuisti:quos dei cultura imbuisti:quos(ut
inuicem se diligerẽt)instruxisti:quos in oĩ iustitia ti/
bi similes reddidisti. Filii tui quoꝝ filios uideẽ cupi/
uisti:quoꝝ posteritatem expectare orasti:a quibus in
senecta requiescere te sperasti. Isti ergo filii tui:& non
solum filii/sed & filiæ/mũdæ/castæ/imaculatæ/atq;
icoinquatæ:quas in t̃pe nuptiaꝝ/gloriosis coronis
coronare sp̃abas. Isti ergo simul in unum unanimi/
ter/atq; cõcorditer/caste/benigne/mũde:dum mãdu
cant/& bibunt:nõ uagãtes/neq; oberrãtes/neq; post
impudicitiam currẽtes:neq; ad illicita intendentes:
neq; sup̃flua loquentes:Sed cum gr̃aꝝ actione man
ducantes:atq; cum bñdictione bibentes:& illud q̃d
post hoc ab Apostolo dcm̃ est:adimplentes:Siue dũ
mãducatis:Siue dum bibitis:siue cum aliq̃d agitis:
oĩa in gloriam dei facite. Sic itaq; manducantibus ac
bibentibus filiis/ac filiabus tuis. Bene inquit. Ecce/
oñdisti q̃d mãducauerint/& biberint:oñde & hoc
quid factum est:dum mãducant/& bibũt. Maius est
(inquit)quam ut edicere ualeã:terribilius est quam
ut p̃ferre audeam. Sed interim ait. Quia nõ est tacẽ/
dum:dicam/p̃feram. Subito sp̃us uenit ab eremo:
ita fortis/ita copiosus ita uehemẽs/ita terribilis/atq;
insupportabilis:ut tãgeret q̃ttuor angulos domus:
& elideret eam sup̃ filios tuos:& mortui sũt. Cuius
(inquit)fuit hæc domus? Fratris eoꝝ maioris. Nõ
fuere(inquit)in extera domo/neq; in aliena:Sed in
p̃p̃ria fuere domo. In domo filii tui fratris sui maio/
ris. O neq̃ssime aduersari/o callidissime diabole/Do
mus cecidit sup̃ filios tuos:cur nõ dixisti simpliciter:
& mortui sunt:sed cuncta enumeras:oĩa denoĩas:&
filios/& filias/& cibum/& potum/& domũ/& fra/
trem/& filiũ tuum maiorẽ. In domo(inquiens)fra
tris sui/filii tui maioris. Ob hoc(inquit)hæc oĩa de/
numero/atq; denomino:q̃ magis atteram/atq; affli/
gam aĩam eius ad quẽ loquor:quo magis cõminuã
cor eius cui hæc refero. Si solos(inquit)filios nomi
nassem/& filias:nõ p̃fecto æstimans:q̃d mortuis fi/
liis filiæ superessent:ei ad cõsolationem consolareẽ se.
Ob hoc(inquit)oĩa denomino/atq; intimo:ut po/
tius audientis aĩam doloribus afficiam:ut potius iu
sti illius mẽtem p̃turbẽ:quo facile ad dei blasphemiã
prouocem patientem. Mãducantibus(inquit)ac bi
bentibus meridiano t̃pe hora prãdii:subito sp̃us ue/
nit ab eremo. Hæc sciẽtes sci/atq; hoꝝ memores:q̃d
ipso meridiano t̃pe hora prãdii ruina occupati sunt
filii Iob/atq; mortui:orauere ad deũ cõseruari:sicut a
negocio in tenebris ambulante:ita & a ruina/& dæ/
monio meridião. Sicut eni in noctis tenebris:sic sil̃r
in medio meridie pluriores dæmonũ tẽtatiões se de/
monstrãt:q̃ cæteris tẽporibus. Hoc nimirum claruit

in filiis Iob:qui nõ alio tpe:sed medio interfecti sunt
meridie. Subito (inquit) spús uenit ab eremo:& te/
tigit quattuor angulos domus. O malignissime ad/
uersari item deo applicare cupis:item creatorem de/
prauare quæris:idcirco spm̃:hoc est/uentum ab ere/
mo uenire dicis. Nam qa deus est:qui ꝓducit uentos
de thesauris suis: merito uentum ab eremo: quasi a
deo missum:uenire dicis:ut & hoc quod factum est:
deo imputaret/nõ in bono/sed in malo/atq; audien
tibus in scãdalum. Nam sicut sup oues ignem de coe
lo cadere dixit:ita & nũc spm̃/hoc est uẽtum ab ere/
mo uenisse dicit:utraq; deo amplicare/pro blasphe/
miæ ꝓuocatione/atq; repræhẽsionis occasione. Su/
bito (inquit) spús uenit ab eremo/derepẽte inspera/
te/illico/cum ipetu/spús/uentus/tẽpestas/ꝓcella ue/
nit:ab eremo uenit. Et qd fecit? Tetigit (inqt) quat/
tuor angulos domus: & cecidit super filios suos:&
mortui sunt. Quis ergo (ait) mortis eoꝝ est reus o
Iob? Nõne qui uẽtum ꝓduxit/atq; adduxit:sicut &
ouium tuarũ combustionis quis auctor est: nisi is q
ignẽ de coelo misit? Sed audi (inquit) o Iob. Cum
substãtiæ abũdantiam perderes:contempsisti:oibus
facultatibus tibi ablatis:sustinuisti: filioꝝ uero ꝑdi/
tionem qũo sustinebis: natoꝝ tormentum quẽad/
modũ baiulabis? Subito (inquit) spús uenit ab ere/
mo:& tetigit quattuor angulos domus:& cecidit su
per filios tuos:& mortui sunt. Per id quod dicit:fi/
lios tuos:stimulat sensum eius:doloribus afficit ani/
mam eius:liquefacit ꝑcordia eius:ꝓuocat mẽtem
eius:quo magis post filios liquescens succẽderetur.
Sed quãto plus neqssimus tẽtationes Iob multipli/
cat/tãto amplius coronã gloriæ apud æternũ dñm
ei augumẽtabit. Qui enim simplicẽ transierit tenta/
tionem/uel ꝓbationem:simplicem ꝓcul dubio acci/
piet mercedem. Qui aũt multipliciter fuerit ꝓbatus:
multiplici gloria sine dubio/a iusto deo coronabit.
Quẽadmodum btũs Iob:q oibus diaboli maligni/
tatibus/atq; uersutiis supior effectus:& oibus tenta/
tionibus eius fortior cõprobatus:Rñdit ei dicẽs. Di
cis ꝙ ab eremo ueniẽs spús/hoc est uẽtus:& tangẽs
quattuor angulos domus:deiecerit eam:& filios in/
terfecerit. Sed mẽtiris (inquit) o diabole:& me non
irridebis. Mẽtiris/o malignissime:& me nõ circũue/
nies:Nunq̃ enim uẽti a deo excitati: quattuor cõtra
inuicem flauerũt/neq; flant: Sed unus/ & unus/aut
iste/aut ille. Nunq̃ enim auditum est: qđ flantes uẽti
domos a fundamentis subuerterint: & eas maxime
quæ sup aridam sunt fundatæ:ad istar nauium quæ
in pelago natãt:generaliter subuertẽdo demerserint.
Hæc nunq̃ ꝓuenerũt/neq; ꝓueniẽt a uentoꝝ flabris/
uel ꝓcellis. Noli mẽdacio (inquit) similare deum/o
diabole tuis sceleribus. Noli deprauare creatorẽ tuis
perdiris iniqtatibus:Ex te enim sunt hæc: & non ex
deo:ex tua iniqtate/& nõ ex creatoris imissiõe. Subi
to (inqt) uenit spús ab eremo. De teipso hæc loqris/
o infoelix diabole. Tu uidelicet es spús ab eremo ue/
niens:tu quattuor angulos domus tetigisti: atq; fi/

lioꝝ internectionem fecisti. Tu es qui aliqñ in hostes
prædãtes te trãsfigurasti: Aliqñ in ignem de coelo ca
dentem. Nõnunq̃ aũt in tria cornua eqtum:sicut &
nũc in ꝓcellam uenti quattuor angulos domus tan
gentem:& ipsam domũ a fundamẽtis subuertẽtem:
atq; eos q itrinsecus erãt:iterficiẽtem. Tuæ (inquit)
iniqtatis opa sũt hæc oia /o callidissime diabole. Nã
deus mortem nõ fecit:neq; lætat in ꝑditione uiuoꝝ:
Sed tua iuidia/atq; zelo mors introiuit in mũdum.
Sicut ergo in totum mũdum mors introiuit ꝑ tuum
zelum:ita & nũc sup filios Iob/ꝑ tuum zelũ/& inui/
diam ꝑditio aduenit/atq; interitus/o neqssime diabo/
le. Hoc aũt tu ipse de temetipso demõstrans dicis. Su
bito spús uenit ab eremo. Subito.n.& occulte/atq;
clanculo inumeros subuertis: inumeros circũuenis:
tuæ cõdemnationis hæredes efficis:quos oẽs æter/
na subuersio subito apꝑhendit: utpote a te in malis
seductos. Ob hoc enim subito uenit spús:tu ipse aeris
penetrator diabolus: aeriusq; spús ab eremo. Spús
uero tanq̃ in eremo/ac solitudine:ubi neq; hoĩs/neq;
quadrupedis uestigium gradit: ꝓiectus/atq; expul/
sus. Aut adhuc ab eremo uenit: utpote oium: diui/
noꝝ exors/& oibus desolatus. Aut & adhuc ab ere/
mo uenit: utpote nõ solũ ab incorruptibilibus/atq;
inaiatis solitudinibus seqstratus/ac demoratus:Sed
qnimo magis inhumanis/atq; aĩatis solitudinibus q
sunt aiæ impiæ/sceleratæ/errãtes/infideles: quæ sunt
desolatæ oi scitate:quæ nõ habitãtur: neq; a scõ spũ
paradito/neq; a scĩs angelis dei:utpote i huiuscemo/
di desertis habitãs:a deserto teipm̃ uenire dicis. Tale
desertum factus est ẽt ille quẽ scopis mũdatum/atq;
ornatũ repiens neqssimus/atq; imundus spús alios
septem neqores se assumẽs: habitauit in eo. Tale de/
sertum/factus est & ifoelix Iudas ille:postq̃ spússci fa/
miliaritatem/atq; illuminationẽ a se expulit:& scõꝝ
angeloꝝ coniunctionem/atq; habitationẽ a se amo/
uit. Sicut dicit. Et post hoc itroiuit in eum sathanas.
Tales solitudines fuere olim oẽs pseudo prophetæ/
atq; falsi sacerdotes:illi/ad quos dixit Micheas ꝓphe/
ta añ Achab regem israel. Dedit dñs spm̃ mẽdacẽ in
in ore oium ꝓphetarum tuoꝝ. Quod cum audisset
princeps ipsoꝝ pseudo ꝓphetarum Sedechias filius
Canaam percutiẽs Micheam in maxilla dixit. Quid
spús dñi discessit a me:ut loqretur in te? Per quæ eui/
denter oñdit:qa discessit ab eo spús dñi:& habitauit
in eo spús diaboli:utpote desolato a spũ sctõ. Talia
deserta/facti sunt iudei qui dño non crediderũt:neq;
suscipere eum uoluere. Propterea dixit ad eos dñs.
Ecce relinquet uobis domus urã deserta. Talia scili/
cet deserta factæ sunt ẽt nũc oẽs ifidelium sectæ/atq;
hæreses/quæ desolatæ fidei ueritate/atq; oi pietate:
in qbus habitans diabolus/multitudines scandalo/
rum/tanq̃ zizaniam in eis oriri fecit. Post quæ uni/
uersas/adhuc in ultimo talia deserta sunt omnes ꝑ/
tinaces/omnes crudeles qui non agunt poeniten/
tiam: qui contristant spiritum sanctum in quo pri/
dem signati sunt in die redemptionis:qui cõtristant
sanctos

sanctos angelos: qui gaudent super eos qui pro peccatis pœnitētiā agunt. Oibus ergo istis desolati sūt: q nō pœnituerint. Habitat uero in illis ut in desertis/ malignus aduersarius: qui tenet cor eoꝝ: ut nec pœnitentiam confiteantur: neq; ieiunia exerceant: neq; eleemosynas faciant. Istis nāq; peccata delentur: Isti ergo oēs cum sint desolati sanctitate/ & fide/ atq; dei timore: desolantur de regno dei: & proiiciuntur de choris sanctoꝝ: atq; in tenebras exteriores pellentur: & in ignem inextinguibilem: qui ꝑparatus est diabolo/ & angelis eius. Hæc itaq; uniuersa quæ dicit. Subito spiritus uenit ab eremo: & tetigit quattuor angulos domus. In tertia plaga tria cornua fecit diabolus: In quarta uero quattuor angulos dom⁹ tetigit: & cecidit domus. Et quid si unum angulum tetigisset: cadere non potuisset? Vtiq; potuisset. Ergo si per unum angulū poterat cadere: cur oēs quattuor angulos tetigit? Audi quattuor angulos idest quattuor partes tetigit ob hoc: ut ostēderet ferocitatem/ & insaniam/ intemperantiam quoq;/ atq; crudelitatem/ cruentationem atq; aīum suum homicidalem. Nam oēs neqssimi dæmones mox ut relaxati sunt: & mox ut permissionem acceperint: continuo oēs generaliter ab oibus partibus sup domum ipsam irruerūt: festinantes atq; aduersum inuicem rapientes: Quis primus hanc iniquitate inciperet: q̄s primus hoc homicidium ꝑpetraret. Ob hoc ergo per quattuor partes irruere nequissimi dæmones: tanq̄ leones de insidiis ꝓrumpentes: ingentem unusquisq; eoꝝ sibi reputās dolorem ꝰ si prior illo alter ꝓcæderet ad huius perditionem. Et adhuc ob hoc per quattuor partes: quia metuerunt infœlices ne forte aliquis ex hac ruina euaderet: ꝓter illum unum quem sponte nequissimi reseruassent. Qui & ipsoꝝ iniquitati deseruiret: & Iob ipsos dolores enarraret. Sed & adhuc ꝑ quattuor partes/ accurrentes quattuor angulos tetigerūt ob hoc: ut suam inconsonātiam/ atq; aduersus inuicem cōtrarietatem ostēderent. Nam ad iniquitatis ꝑfectionem oēs sibi cōcordant: cum inuicem ante discordes sint: atq; cōtrarii. Et cecidit (inquit) domus super filios tuos: & mortui sunt. Cecidit domus appræhendentibus dæmonibus: cōmouētibus/ infrementibus/ a fundamentis subuertētibus. Cecidit domus: Nec quicq̄ magnum. Nā si solus Sāson post hoc innumera Allophyloꝝ milia/ in una domo subito deiecit: Quid magnū si innumeri dæmones unam domum/ per angulos appræhendentès subuertere? Cecidit (inquit) domus super filios tuos: & mortui sunt. O quā magna est fides tua/ beate Iob ꝰ o quam mirabilis est patiētia tua/ uere dei serue. Non te exagitauit primus fluctus: neq; impulit te scđm ꝑiculum: nō te uulnerauit tertia sagitta: nō te superauit quarta tentatio: neq; filioꝝ subuersio: quasi in pelago perfecit in terra. Mortui (inquit) sunt filii tui: Et utinam iuxta oium cōmunem mortem. At nunc uero non ita: Sed cecidit (inquit) domus sup filios tuos: & sic sunt mortui. Suspira (inquit) o homo. Lachryma o Iob. Tam etsi (inquit) ob hoc quod tales perdideris filios: saltem uel quia tam lamētabili morte mortui sunt: uel q̄a ita miserabiliter de uita exierunt. Quis e uidentibus non stupeat o Iob: quis ex audientibus non perturbetur o uir. Tu uero lapidibus durior/ & saxis firmior extitisti: filii tui mortui sunt: & quid expectas/ ut nō lugeas? Cum lapidibus cōminuti sunt: cum puluere cōmixti sunt: carnes eoꝝ cum sanguine & ossibus/ cū ipsis etiam uisceribus cōmixta sunt: fratrum cum sororibus/ & soroꝝ cū germanis/ omniumq; cōminutio simul cum ipsis ante positis cibis cōmixta est: oīum nihilominus uiscerum tabo: cum ipso uino qđ in manibus habebatur: cōmixta est. Immēso nāq; furore usus uersutus diabolus: & ita plenam indignationem demonstrans: nec quicq̄ reliquit: qđ non cōminuerit: neq; caluarias/ neq; uiscera/ neq; uertibulos/ neq; brachia/ neq; manus/ neq; pedes/ neq; ullum membrum/ neq; aliquam corporis compagem. Et non solum hæc/ sed & ipsos lapides/ & ligna/ nimio succensus furore cuncta contriuit: cuncta cōminuit: cūcta cōmoliuit: cuncta cōmiscuit/ cuncta incerta/ atq; idiscreta reddidit. Nam fundamenta domus ipsius/ sursum supra tectum excitauit: atq; superius tectum in profunda fundamenti dimersit. Nō enim ob hoc solum hæc fecit: quo magis in contritione filioꝝ Iob aīam cōminueret ꝰ Sed ob hoc quia prioribus plagis nō succubuit: Propterea etiam istic uniuersam iniq̄tatem suam demōstrauit: & pro priore tolerātia/ in filioꝝ cōminutione in eo uindicauit: & cōminuit mēbra: & carnes/ & ossa/ atq; cum lapidibus/ & puluere ipsius ruinæ cōmiscuit: ut nec separare/ nec colligere/ nec sepelire posset: & eos a quibus se sepeliri sperabat/ ac uolebat. Hæc nāq; uenit nunciare Iob/ nouissimus nequissimi aduersarii nuncius. Hæc ueni nunciare quibus similia priora non contigere: hæc ueni nunciare/ quæ nūc auditoꝝ conturbant mentem/ cōtristant præcordia: liquefaciūt aīam. Beati uero Iob mens perstitit immota: aīa in grāꝝ actionibus non est consternata. Quis hoīum nunc si unum perdat filium: hn̄s alios: huius unius direꝑtionem/ ac mortem supra modum non lugeat: etiam cum lamētationibus/ ac clamore? Magnanimus uero ille Iob cum decem haberet religiosos filios: & istos oēs semel protinus perderet ꝰ non luxit/ non est contristatus: sed gratias ægit danti: & iterum auferenti Deo ꝰ & (quod est maximum) dedecoro/ & miserabili modo/ ipsis natis morientibus: atq; in ipsius domus ruina cōtritis: quoꝝ ciboꝝ apparatus/ cum cōmedentiū carnibus est cōmixtus: & hi qui ministrabāt: unusquisq; ubi apꝓhensus est: ibi/ lic est cōminutus: & potus miscētium/ cum sanguine ꝓpinantium est cōmixtus. Et erat uisio lamētabilis/ atq; aspectus miserabilis/ hoc qđ gestū est: Immo nec uisio/ nec aspectus. Nō eniꝫ erat qđ uideret: neq; qđ saperetur de eoꝝ q mortui sunt cōminutis corporibus. Nā tāto furore cōminuit ea neqssimus: ut nec de uultib⁹/ nec de ꝑsonis agnosci possint corpa quæ

cum terra/atq; lapidibus erant cõmixta/atq; cõcreta.
Quod transcendit omne dictum/atq; omnem nar/
rationem in dolore atq; miseria. Quod nũc nos au/
dientes/expauescimus: ac terremur: beatus uero Iob
nec ab auditu territus est: nec ab ipsa probatione ex/
pauit: sed in oĩbus in inclinabilis/atq; imobilis pmã/
sit: factis proculdubio oñdẽs oĩa quæ deus pridem
de eo ueraciter dixerat uerbis. Hæc audiens Iob. O
magne homo dei Moyses quid loqueris: quid scri/
bis: quid dicis? Tu enim es qui hæc scripsisti. Cur er
go dicis. Audiens Iob: quasi aliquid leue/uel modi/
cum: & cur non dixisti: hæc exptus Iob: hæc passus:
hæc sustinens? Nam probatio/& passio/atq; tolerã/
tia fuerunt hæc quæ facta sunt: & non uerba/neq; fa
bulæ auditus: Propterea (inquit) non dixit proba/
tionem/aut auditum: quia non tanq̃ probationem
æstimauit Iob: sed tanq̃ transeuntem auditum: & tã/
q̃ fabulas percurrẽtes. Probatio uero fuit/atq; passio:
sed cum tolerãtia & cum gratiaꝝ actione/hæc sustine/
ret Iob tanq̃ auditus pertransiit. Ob hoc ergo hæc
audiens Iob: tanq̃ uehemẽtia/tanq̃ terribilia stupo/
rem conferentia: atq; in pauorem deducentia. Hæc
audiens: quæ alius prior nõ audiuit: quæ alius ma/
ior non sustinuit: quæ alius ante eum passus nõ est.
Hæc audiens Iob: quæ meditatus est diabolus: quæ
quæsiuit nequissimus: quæ uoluit iniquus: quæ ex/
cogitauit iniustus. Hæc audiẽs Iob: quem admirati
sunt: quem incorruptibiles laudauerunt: ut is qui de
terra plasmatus est: uiriliter pugnauerit aduersus eũ
qui de cœlis deiectus est: ut puluis aduersus spm̃: ut
homo aduersus diabolum: ut corruptibilis: aduer/
sus incorruptibilem constanter steterit: & nõ succu/
buerit: atq; uictoriam de illo sumpserit. Cum tribus
malitiosis sagittis a diabolo sagittaretur: tolerantiæ
atq; fidei scuto se protegens: transiit illibatus. Post
quas tres quartam sagittauit in illum inimicus ten/
tationnouissimam cum dolore ultimam miserabili.
Sed nec hac aliquid pægit: nec per istam suam uolũ/
tatem perfecit. Et dico istam quasi unam: Non enim
erat una: sed decem erant in hac ipsa: Nam decem fi/
liorum una fuit perditio: unus interitus. Quod au/
tem nõ uulnerauerit illum diabolus: neq; dolorem
cõgesserit nequissimus: euidenter oñdit mox in sub/
seq̃ntibus dicens. Tunc surrexit Iob. Si enim uulne/
ratus: uel contaminatus/uel laceratus fuisset: surgere
oĩno nõ potuisset. Ergo q̃a surrexit manifestũ est: qđ
fortissimus pseuerauit: atq; illæsus perstitit. Tũc sur/
rexit Iob. Surrexit aĩo surrexit fide/surrexit ueritatis
studio/surrexit ad prœlium/surrexit ad uirtutem/sur
rexit ad officium constantiæ. Tunc surrexit Iob. Cer
tum est quia cum surrexisset dixit. Nunc belli tẽpus/
nunc cõstantiæ approbatio/nũc uictoriæ acceptio/
nunc coronaꝝ compositio/nũc retributionis expe/
ctatio/nunc audaciæ manifestatio. Quod autem ad
hæc oĩa surrexerit Iob: atq; ad hoꝝ oĩum ostẽsionem:
atq; perfectionem: iuxta hæc quæ sequuntur/mani/
festum est. Cõscidit (inquit) uestimẽta sua. Cur con/
scidit? Ob hoc conscidit/ut expeditior/atq; constan/
tior extitisset in prœlio: ut illa quæ retardant: depo/
neret: ut illa quæ impediunt: a se proiiceret: ut tanq̃
audacissimus prœliator/& tanq̃ singularis mona/
chus aduersus innumeros inimicos: & aduersus in/
æstimabiles aduersarios singulariter imobilis pstitis/
set. Ob hoc conscidit uestimẽta sua. Nam & uere ta/
lis mos est in aliquibus gentibus: ut cum ad dirum
uenerint bellum: tunc nimirum scindentes uestimẽ/
ta sua cum furore/atq; indignatione currunt contra
aduersarios intẽperanter: nudo pectore cum fiducia
se offerentes: ut est syroꝝ gens. Item uero aliæ barba/
ræ gentes expoliãtes se/atq; in ipsis tunicis se præcin
gentes/nudo pectore/atq; scapulati/uiriliter eunt in
prœlium. Sic itaq; & admirabilis Iob cõscindẽs ue/
stimenta sua: atq; oĩa deponẽs impedimẽta: nudus/
atq; audax stetit in spirituali prœlio. Aut & adhuc/
conscidit uestimẽta sua: sine mora semetipsum ad ip
sas præparans plagas. Ecce (inquiens) dorsum nu/
dum: ecce corpus detectũ: Vos flagellate: ego autem
sufferam: Vos uerberate: ego uero sustineam: Dicens
cum Hieremia. Dorsum meum dedi ad flagella. Di/
cens cum Dauid. Supra dorsum meum fabricauere
peccatores. Sed adhuc cum eodem Dauid. Et eram
flagellatus tota die. Et adhuc. Conscidit uestimenta
sua. Ac si diceret ad ipsos nequissimos aduersarios.
O iniq̃/atq; maligni aduersarii/mortuum me æsti/
matis/ut uos putatis: & (ut uobis uideť) in terram
me sepelire properatis. Si igitur mortuum me æsti/
matis/o inimici: anticipem preciosam meam sepul/
turam: cõscindere pciosa/atq; meas uestes regales: ut
nec post mortem meam gaudeatis: eas possidentes.
Puto qđ ex illo cõsueuerunt hoĩes/cum preciosam
sepulturam cuilibet miserint: cõscindere eam: ne ali/
qui scelesti/& ipsum corpus proiiciant: & ipsam p/
ciosam sepulturam possideant. Quod si tanq̃ uiuen
tem (inquit) me iudicatis: ecce (inquit) etiam sic nu
dus/atq; scapulatus sto contra uos: nunq̃ uobis ces/
surus. Aut & adhuc. Conscidit uestimenta sua. Ecce
(inquit) o maligni inimici peculium cõsumpsistis:
filios perdidistis: substantiam diripuistis: ne quicq̃
aliud nisi solum corpus/atq; hanc uestem mihi reli/
quistis. Tollite (inquit) & hanc uestem: piicio etiam
hanc uobis: Nihil apud me remaneat ex his/quæ in
potestatem nequitiæ meæ data sunt. Non sit mihi
ex uobis hoc bñficium. Oleo peccatoꝝ nõ ungetur
caput meum. Super hæc oĩa ecce (inquit) & ipsum
corpus nudum/detectum/paratum ad pœnæ sup/
portationem: ad doloꝝ tolerãtiam. Torque (inq̃t)
contunde/uerbera: ut per cũcta probaueris: cogno/
scas quia solus Iob insuperabilis pmanens in oĩbus:
nunq̃ cedit tuæ nequitiæ flagellis. Hæc itaq; uniuer/
sa cum cogitaret/& loqueretur: atq; ipsis perficeret
factis: surrexit/& conscidit uestimenta sua. Et toton/
dit comam capitis sui. Vtpote superfluam/ocio/
sam/atque inutilem: Totondit comam capitis sui:
factis proficiens/id quod postea duriter ab Apo/
stolo

stolo interminatū est uerbis:q̄a uir si comam nutrie/
rit:ignominia est illi. Hæc itaq; obseruans Iob: to/
tondit comā capitis sui. Cum totōdisset ꝓcul dubio
q̄d ip sis eam aduersarius ꝓiecit: Ecce (inq̄t) tollite &
hanc habete ēt hāc deglutite & istam. Arbor (inq̄t)
sum fructifera: oīa quæq; superflua a me proiicio: ut
illibatus pfectum fructum afferā. Vitis enim sum bñ
mate iata: abscido a me uniuersa superflua: ut in con
grua oibus (ut ita dicam) purgatus: iustitiæ pfectū
pferam fructum. Totondit comam capitis sui. Non
ut lugens/sed ut luctum deponēs/atq; proiiciēs/om
niq; luctu/per tolerantiam superior existēs. Totōdit
comam capitis sui. Sicut Ioseph cū de carcere a Pha/
raone duceretur: Sicut Ionathæ filius/cū Dauid ab
Hierusalem post mortē Absalon reuerteretur: & alii
innumeri priores/ac posteri: quamdiu lugebāt: non
tondebant. Deposito aūt luctu/cōfestim tondebāt.
Ita & nūc beatus Iob totondit comam capitis sui: ut
humiliaret se: ut subiiceret: ut adiiceret: ut miseriam
ostenderet. Quod est huius rei indicium: hoc quod
in subsequētibus dictum est. Aspersit nāq; terram su
per caput suum. Nisi enim ualde se humiliaret: non
utiq; caput suum terra aspergeret. Aspersit (inquā)
terrā sup caput suum. Vñ hanc opinionē sumpsisti o
beate Iob: ut terrā capiti tuo aspgeres? A tritauo (in/
quit) generis mei Habraam dicēte. Ego sum terra &
cinis. Et patriarcha totius generis humani Adā: ad
quem dictum est. Terra es: & in terrā ibis. Hæc itaq;
ab illis audiens/atq; memor aspersit terrā capiti suo.
Non (inquit) sum tanq̄ diabolus qui de coelo ceci/
dit: sed sum tanq̄ unus ex hominibus ortus de terra.
Ideoq; terram aspergo sup caput meum. Non sum
sicut diabolus ex incorruptione proiectus: sed sum
tanq̄ unus corruptibilium de limo plasmatus. Me/
rito terram aspergo sup caput meum: ut norit (inq̄t)
nequissimus diabolus aduersus quem habet: quia
aduersus terrenum habet: aduersus corruptibilē: ad/
uersus mortalem/aduersus hoiem de limo terræ pla/
smatum. Ob hoc ergo aspersit terram super caput
suum: ut instruat omnes terrenos/corruptibiles/atq;
mortales: quia etiam ipsi possint similiter stare ad/
uersus neq̄ssimum. Possunt (inquam) similiter sus/
ferre ac superare oēs tentationes diaboli: si deum di/
lexerint atq; metuerint. Sicut admirabilis Iob susti/
nuit atq; portauit: nō modicum aliq̄d: sed magnos/
& ingentes/atq; terribiles dolores: ac tormēta: quæ
alius illo nec prior nec posterior sustinuit. Et (quod
est superius) non habēs formam ex alio priore: neq;
exemplum reperiens ab alio anteriore. Cum unum
ex plurimis uideretur Iacob filium perdidisse: a cæ/
teris oibus consolari non potuit. Sed dixit. Ibo post
filium meum/lugens in īfernum. Magnanimus aūt
Iob post peculii perditionem/& post oium bonoꝝ
direptionem/oēm filioꝝ miserabilem interitum/Pa
riter simul cum audisset: non suspirauit/non inge/
muit/non reprehendit/non maledixit/non blasphe/
mauit/non culpauit/non dixit ea quæ dicendi ratio
non exposcebat. Quæ nunc illicite dicunt plurimi.
Cur dedisti primo: aut cur abstulisti mō? Cur oble/
ctasti primo: siue peculio/siue filiis? uel cur priuasti
nunc his oibus pariter? Melius erat ut oino non de/
disses: q̄ ut dans/rursum auferres. Vtilius erat ut om/
nino nō oñderes: quam in oñsis denuo mulctares.
Sed nihil hoꝝ dixit: Neq; oino cogitauit scissimus/
atq; constātissimus ille Iob: nisi tñ ut mentem refri/
geraret: nisi tñ/ut q̄a ingens dolor erat hoc q̄d factū
est: quæ ptulit ostenderet: uestem conscidit: comam
totondit: terram capiti suo aspersit. Per quæ uniuer/
sa se ante deum humilians: nequissimum diabolum
usq; ad inferos deiecit. Quid ergo dicimus o uiri?
Nunquid ex alio corpore creatus est Iob: & ex alio
sumus nos? Absit. Non enim cum psonarum accæ
ptione/creauit deus alios tales. Alios nihilominus
tales. Sed idem est omniū plasma de limo terræ: sed
æqualis est oium anima ex dei operatione. Sed quia
nō est oium similis uolūtas: neq; pietas/neq; religio/
sitas/neq; fides/neq; ꝓpositū circa deum: neq; spes
uitæ æternæ: neq; timor geennæ: neq; inferoꝝ sup/
plicium in tenebris exterioribus. Idcirco nō oēs ho/
mines eundem demonstrāt ꝓpositum: neq; toleran
tiam. Non quia non possunt: sed quia nolunt. Pro/
pterea digne ac iuste magnificatur beatus Iob: quia
uolēs sustinuit hæc oia cum gratiarum actionibus.
Nam post hæc uniuersa quæ supius memorata sunt
atq; ostēsa dicit. Et ꝓstrauit se in terram: & orauit ad
dñm. Primum surrexit: & ita demum se prostrauit.
Surrexit ad proelium: prostrauit se ad pacem: Surrexit
ad uirtutem: ꝓstrauit se ad orationē: Surrexit ad ui/
ctoriæ pfectionem: ꝓstrauit se ad coronæ acceptio/
nem. Nam & ante impatores qui uictores extitere:
nō stantes: sed deorsum adorātes: coronā accipiunt.
Sic nāq; & beatus Iob in prima tentatione: quā per
peculium/atq; filios sustinēs: uictoriam de aduersa/
rio acquisiuit: ad orationem se prostrauit: ut pfectas
tolerantiæ suæ a deo acciperet coronas. Ob hoc er/
go prostrauit se/& orauit ad dñm. Quem cum pro/
stratum uideret diabolus gauisus est infoelix. Cum
autem adorantem/atq; orantem audisset: obstipuit/
atq; expauit. Prostratus (inquit) orauit ad dñm Iob:
prostratus diabolum deiecit: altum humiliauit: exal/
tatum supplantauit: confundit fortem: deformauit
elatum. Super hæc omnia (quod est omnibus ma/
ius/atq; superius) cum sua prostratione Iob diabo/
lum deiecit: & sua tolerantia nequissimum superat:
formam oñdit eius qui de coelo uenit: q ut granum
tritici in terram cadens/diabolum deiecit: & fortem
alligauit: & uasa eius diripuit: & spolia diuisit: & ca/
ptiuam duxit captiuitatem: & passione/atq; resurre/
ctione sua mundum redemit: atq; sæculum saluum
fecit. Horum nāq; omnium formā/atq; exemplum
oñdēs iob: & post horum omnium lamentabilium
tolerātiam/ꝓstratus in terram orauit ad dominū: ut
ꝓstratio eius/ruina efficeret diabolo: atq; subuersio
maligno: & figuram passionis/ac resurrectionis dñi.

Proftratus(inquit)orauit ad dñm/ex tota anima/& ex tota mente/& ex cordis profunditate. Orauit ad dñm. Quid orauit? Tolerantiam/ fufferentiam/con/fumationem. Orauit ad dñm. Senfus illibationem/ mentis integritatem/aiæ fanitatem. Hoc ergo orauit ad dñm:ut faná(inquit)aiam meam atq; illibatum cor meum cuftodiat dñs/& rex oium:& nunq̃ mihi præualebit malignus:& nunq̃ me fupabit callidus il le inimicus:q̃q̃ atterat carnes:q̃q̃ cõminuat offa: q̃q̃ cõfumat neruos:Si aiæ(inquit)meæ fenfus illiba/tus a te cuftodiaf. Nunq̃ a te feducar domine deus: nunq̃ abftrahar a charitate tua rex meus. Idcirco ora/tionem eius exaudiens deus:atq; deprecationem il/lius fufcipiens iudex iuftus: poft hoc locutus eft ad diabolũ:& dicit. Ecce tradidi tibi illum:tñ animam eius ne tetigeris. Sic itaq; proftratus orauit ad dñm. Vere proftratus hoc eft uíq; ad terram humi/liatus:merito ueftem confcindit:comam capitis to/tõdit:terram capiti afperfit. Poft hæc uniuerfa / pro/ftratus orauit ad dñm. Sic(inquit) rex Niniue poft hoc in cinere & cilicio fedens & cũ humilitate orãs: poft triduum iminentem calamitatẽ effugit. Sic(in/quit)& Iofias Hierofolymæ rex uestes fuas cõfcin/dens præ timore cõminationũ dei/& famulos fuos ueftibus confciffis & terrá atq; cinerem afperfos mi/fit ad depcandam & exorandũ faciem dñi. Sic etiam primus his oĩbus admirabilis Iob cõfcidit ueftimẽ/ta fua:& comam capitis fui totondit:& terram capi/ti fuo afperfit:& ita proftratus orauit ad dñm. Pro/ftratus eft ad orationem:fed non cecidit/tãq̃ aduer/farius in contumaciam: Proftratus ad precem ficut Habraam cum pro Loth oraffet: Sed non cecidit in contumeliam:ficut diabolus qui de coelo proiectus eft propter apoftafiam:Sed forfitan dicit aliquis: & cur oĩno totondit comam capitis fui: uel ob quam rem confcidit ueftimenta fua: uel ob quam cãm af/perfit capiti fuo terram? Audite primum qdem pro his oĩbus quæ fuperius demonftrata funt. Item fane adhuc:ueftimenta confcidit:ob hoc quia ex his quæ diabolo data fuerát:apud fe nihil refider uoluit. Co/mam uero capitis fui totõdit ob hoc:ut depofita di/uitiarũ abundantia etiam comæ nimietatẽ depone/ret:& ut aduerfario oñderet: quia ficut nihil paffus eft/quia comam totõdit:ita cum multitudinem bo/norum deponeret atq; amitteret:nihil fe paffũ fuiſ/fe æftimauit. Aufers(inquiẽs)oia fupflua nihil mi/hi fuperfit ex his quæ tibi data funt. Terram uero ca/piti fuo ob hoc afperfit:ut ex parte oñderet filiorum dolorem:Nifi enim hoc feciffet:alienum illum a na/tura humana fuiffe diceremus. Hæc uidelicet uniuer/fa geffit propter naturalem dolorem: Gratias uero egit propter conftãtiam/& aiæ ueritatem/atq; illam quam circa deum habuit fynceritatem. Poft q̃ uni/uerfa dixit ad eos. Ad quos? Aduenientes dæmonis nuncios. Nã hi quattuor præftolabãtur eum:quat/tuor miferiarũ prædicationes ei afferentes:quattuor lamentabilibus fagittis eum fagittantes. Nouiffima lamentabilior. Quæ uere lamentabilior fuit/atq; aiæ cõtigua filiorũ perditio. Ad iftos ergo quattuor qui præftolabantur(ut uidebatur) lugentes atq; mœfti fimulatione dixit. Quid expectatis o uiri: quid fufti/netis o hoĩes:hoc ne ut lugeam uobifcũ:hoc ne ut uobifcum lamentẽ? Non lugeo(inquit)rei familia/ris direptionem: Ablatæ náq; funt mihi pariter cum peculio/moleftiæ/atq; curæ. Non lamẽtor filiorum deceffum: Tranfiuit enim ab oculis meis triftitia / & dolor. Si enim pariter mecum aduiuerent fuper ter/ram:cum dolore effem cogitaturus quales fuiffent: quales p̃roceffiffent:qualem finem expectaffent. De iftis ergo oĩbus fecurus effectus:non lamentor/non plango:quod uos cupitis:non reprehendo qd̃ uos quæritis:non blafphemo:quod uos uultis: Non ri/debit me diabolus:non gaudebit(ut fperat)fup me inimicus:non inueniet apud me id quod expectat/ neqffimus. Nudus enim exiui de utero matris meæ: Nudus ibo fup terram. Nihil habui cum ueniffem: nihil requiro cum ierọ: Nihil attuli natus:nihil hinc aufera fublatus. Nudus exiui de utero matris meæ: nec peculium/nec filios habẽs:neq; diuitiis/uel pof/fibilitatibus indutus:nudus & ibo fub terrã. Quod enim pariter cum corpe pofitum fuerit in terra:cum eodem corpe terræ efficitur terra. Merito nudus ibo fub terram:nudus ibo:nudus(inquit)peculio / fed & peccato:nudus diuitiis/fed & impietatibus: nu/dus fubftantia/fed & iniuftitia. Sicut enim de cama/libus poffibilitatibus uniuerfis nudus effectus fum: ita(inquit)& ab oĩbus illicitis nudus ibo fub terrã. Non cõmittãtur(inquit)mecum neq; mal:gnitas/ neq; iracundia/neq; fupbia/neq; inuidia/neq; zelus/ neq; cupiditas/neq; alienarũ rerum appetentia / neq; contumelia/neq; calũnia/neq; uiolentia/neq; impu/dicitia:neq; lafciuia/neq; ullum ex his quæ deo funt contraria. Iftis náq; oĩbus nudus ibo fub terrã. Non enim fum talis quales illi:de q̃bus dr̃. Quia non ha/buerunt tegumentum:inferno ueftiti funt. Nudus (inquam)malis oĩbus Iob fub terram: nudus ma/lis:bonis uero oĩbus ueftitus:iuftitia indutus:fancti/tate circũdatus:charitate ornatus:mifericordia/ac bo/nis operibus coronatus. Beati funt/& beati erunt(o gloriofe Iob)oẽs qui te imitati fuerint:oẽs qui poft te poterint cum fiducia dicere. Nudus exiui de ute/ro matris meæ:& nudus ibo fub terram. Qui etiam cum Apoftolo poffent ueraciter dicere. Nihil intuli/mus in hũc mũdum:uerũtamen nec auferre aliquid poffumus. Væ autem illis qui nudi quidem uenere: Innumeris autem iniuftitiis atq; impietatibus / cru/delitate quoq;/atq; infidelitate onerati/atq; prægra/uati:ibunt in terram. Huiufmodi ueftientur calami/tate/ac miferia in die iufti/atq; pfonam non accipien/tis iudicii dei. Nudus(inquit)exiui de utero matris meæ:ficut & oẽs hoĩes:ficut & omnis caro:ficut & oẽs corruptibiles:nudus & ibo in terram. Hoc ipm náq; expectant oẽs:quia idem eft introitus oĩbus & exitus fimilis:fiue rex/fiue famulus/fiue diues / fiue egenus

egenus/siue magnus/siue pusillus/siue liber/siue ser
uus: nudus ibit in terram: nec quicq̃ ualens auferre
secum. Nam & hoc ipsum quod corpori imittitur:
non auferet secum. Non secum illud tollet:qa non
sentit:quia non intelligit:quia terra efficitur:quia in
resurrectione nõ corporis sepultura/sed aiæ fides/&
pietas/misericordia quoq;/& synceritas requiritur.
Nudus exiui de utero matris meæ:nudus & ibo sub
terram. Tanq̃ si diceret. O uiri prudentiæ/atq; sapiē/
tiæ:quod est mortale hoc indumētum:quæ est hæc
supervacua gloria/quæ sunt terrenæ hæ/atq; infidæ
diuitiæ:quæ hodie sunt/& crastino non sunt: quæ
hodie inuident istum: crastino uero eunt ad alium?
Fumus est deficiēs:flos est trāsiens:herba est arefiēs:
Et qui hñt illas/tanq̃ non habeant:quia non diutius
habent:& qui non hñt illas:tanq̃ nihil amiserint:qa
non permanent:relinquuntur. Nudus exiui de utero
matris meæ:corpus hñs tm̃ atq; aiam: Nudus & ibo
sub terra. Sicut ueni:ita & ibo:ita & ex eo aliena cũ/
cta relinquens:cum corpore uero solo/atq; aïa tran/
siens. Quæ accepi(inquit)habeo: quæ attuli non
amisi. Superflua oia derelinquens:nudus ibo illuc.
Illuc inquit. Vbi illuc? Primum qdem illuc ibo: ubi
oẽs priores mei ierunt:ubi oẽs ab initio:illuc:in ter/
ram matrem oium:in terram oium domum. Terra
nãq; est domus omnium mortalium: Illuc:ubi abiit
Adam & oẽs qui post eum fuerunt: Illuc:ubi abiit
ille:ad quem dictum est: Terra es & in terram ibis. Il/
lo(inquit)ibo nudus/sicut & nudus ueni. Aut ad/
huc. Illo(inquit)ibo: ubi sunt tabernacula iustoꝝ:
ubi sũt sanctoꝝ gloriæ:ubi est fidelium requies: ubi
est piorum cõsolatio:ubi est misericordiaꝝ hæredi/
tas:ubi est imaculatoꝝ beatitudo: ubi est ueracium
lætitia atq; exultatio. Illuc ibo:ubi est lux/& uita:ubi
est gloria & iucũditas:ubi est lætitia & exultatio: ubi
aufugiet dolor/& tristitia/& gemitus:ubi obliuiscē/
tur prioris tribulationis hi qui sunt in corpore super
terram. Illuc ibo:ubi est tribulationũ depositio: ubi
est laboꝝ remuneratio:ubi Habraæ sinus: ubi Isaac
proprietas:ubi Israel familiaritas:ubi sãctoꝝ aiæ:ubi
angeloꝝ chori:ubi archangeloꝝ uoces:ubi spiritus
sancti illuminatio:ubi xpi regnum:ubi æterni dei pa
tris infecta gloria/atq; beatus cõspectus. Illuc(inqt)
ibo/illuc perueniam:non rephendens/non maledi/
cens/non blasphemans/non criminans: Sed gratias
agens/& cõfitens:atq; cum gfarꝫ actionibus dicēs.
Dñs dedit. Dñs abstulit. Sicut dño placuit ita factũ
est. Nõ ero(inquit)ingratus: Non ero fideifragus:
sicut tu aduersari: Non reddam malum pro bono:
sicut tu infoelix diabole. Sed confiteor quia dñs de/
dit:& dñs abstulit. Sicut dño placuit ita factum est.
Lamentabiles(inquit)ad me misisti nuncios o dia/
bole/& noxios/atq; immisericordes tuæ nequitiæ lega
tos: per quos me crudelibus tuæ iniqtatis sagittasti
sagittis quas ego(inquit)oẽs identidem in te cõuer
tam crudeliora efficiẽs tibi in spiritu uulnera: quam
tu mihi in corpore. Dñs(inq̃)dedit/& dñs abstulit:

Sicut dño placuit/ita factũ est. Hoc fuit diabolo uul/
nus:hæc fuit afflictio/& dolor/tribulatio quoq;/atq;
angustia:quia cum putat/& uult blasphemiam au/
dire a Iob:& rephensionem/ac maledictum in deo:
Confessionem/atq; gfarꝫ actionem audiuit. Hoc fa/
ctum est illi ignis deuorans:hoc factum est ei incen/
dium perueniens:qa hoc audiuit: quod non spera/
bat. Dñs dedit:& dñs abstulit:Sicut dño placuit: ita
factum est:Sit nomen dñi bñdictum in sæcula. Non
enim tãtum tetigerunt Iob lamentabiles istæ diabo/
li sagittæ:quantum uulnerauere illum synceres eius
gratiarꝫ actiones. Dñs dedit:dñs abstulit. Quando
uoluit(inquit)dedit/ut bonus: & quando uoluit
identidem:ut hñs potestatem:abstulit. Dñs dedit:&
dñs abstulit:Dedit(inquit)ut inotescat:quam fide/
lis sim:quã pie dispensem:quã misericorditer distri/
buã. Abstulit autem:ut appareat qũo gratias agam:
qũo confitear:qũo adorem:plus nunc rebus subla/
tis:quã pridem datis. Dñs dedit:& dñs abstulit. De/
dit sua:& item abstulit sua. Ego(inquit)nihil amisi:
nullum sum passus detrimẽtum. Merito postq̃ auer/
sus sum/& reddidi mihi mutuanti eas/gratias ago.
Dñs dedit/& dñs abstulit:Sicut dño placuit:ita fcm̃
est. Quid dicis o beate Iob? Dñs uere dedit:Sed non
uere dñs abstulit. Sed abstulit oium inimicus/& ne/
quissimus aduersarius/atq; inuidus diabolus. Dñs
dedit. Sed aduersarius abstulit. Dñs dedit: & inimi/
cus refuga abstulit. Porro si diabolus/qũo dicit Iob:
quod dñs abstulerit? Ignorans/atq; per suspitionem
dicit. Putabat enim atq; arbitrabatur:quod dñs ab/
stulerit:& nesciebat quod diabolus abstulit: conce/
dente/atq; permittente dño merito dicit. Dñs dedit:
dñs abstulit:sicut dño placuit:ita fcm̃ est. Hæc nãq;
fuit illa magna uere Iob cõstantia:quod nesciens qa
diabolus abstulit:putabat qđ dñs abstulerit: & hoc
putans:dño quasi auferenti gratias agit. Dñs(inqt)
dedit: & dñs abstulit: Sicut dño placuit:ita factum
est:sit nomen dñi bñdictum in sæcula. Si enim sciret
Iob quod aduersum diabolum habebat:& quia dia
bolus cum illo hoc bellum faciebat:& qa malignus
inimicus rem familiarem/& filios ei abstulerit: pro/
fecto & oino ad nihilum ipsas tentationes deduce/
ret:& in derisionem illum hñs:euidenter caput eius
conculcaret. Sed re uera/non ad tam magnam illi re/
putaretur uictoriam:quia euidenter aduersus inimi/
cum haberet:& aperte aduersus apertum hostem sta
ret. Nunc uero inimicus quidem occuluit diabolus:
cum istos ei inferret labores:clementissimus aũt dñs
in suspitione erat/& incusabatur his oibus. Nã cum
diceret diabolus:ignis cecidit de coelo:& subito spi/
ritus uenit ab eremo:deum icusabat istis doloribus.
Similiter cũ audisset Iob/quod ignis cecidit de coe/
lo:& combussit oues:& quia spiritus ueniẽs ab ere/
mo ruina occiderit eius filios: quid aliud suspicari
poterat:nisi qđ deus illi ipsos dolores coelitus imi/
sisset? Ob hoc ergo præsertim magnificatur Iob:qa
cum de deo suspicatur in istis plagis/ac doloribus:

suscepit eos cum constátia/atq; gratiarȝ actionibus.
Et nõ dixit. Quid peccaui circa te:ut talia patiar a te?
Sed cum ab inimico pcuteretur:atq; doloribus affi/
ceretur:dñm in istis doloribus suspicabatur: & gra/
tias agebat percutienti se/atq; doloribus afficienti:di
cẽs. Dñs dedit:& dñs abstulit:Sicut dño placuit:ita
factum est:sit nomen dñi bñdictum in saecula. Haec
itaq; uniuersa/atq; pluriora ad praestolantes nequis/
simi nuncios beatus Iob locutus est: & per illos ad
ipm diabolum qui eos miserat:qui stabát ante eum
tristes/ac flentes:sicut finxerát:oẽmq; miseriam osi/
dentes ac depromentes: quod facile beatum Iob ad
blasphemiam pprouocassent:ad quos plurima etiá alia
locutus Iob dixit. Cur tristes estis o hoĩes: ob quam
cãm eiulatis o uiri? Ne forte hoc uos contristat:quia
ego deo gratias ago: ne forte hoc uobis molestũ est:
quod ego danti ea confessionẽ do:& auferenti ea in/
uocationem emitto. Non me homo mulctauit: sed
deus de coelis/quae mihi dedit:diuersa abstulit:sicut
uos dicitis:quod ignis de coelo ceciderit. Si ergo nõ
homo mihi dánum ingessit. sed deus:qñ uoluit/de/
dit:& item qñ uoluit/abstulit:gratias ei qui dedit:&
gratias identidem ei qui abstulit. Sua dedit: & item
sua abstulit:& ego(ait) nihil amisi. Ná ex utero ma/
terno nudus ueniens nihil habui. Qui habuit dedit
mihi:mutuatus est utenti mihi. Abstulit quae sua sũt
nihil perdidi:sed gratias ago mutuáti: usus his quae
data sunt mihi:& cõfiteor largitori dicens. Dñs de/
dit. & dñs abstulit:Sicut dño placuit: ita factum est.
Placuit antea ut daret:placuit nũc ut rursus auferret.
Sicut dño placuit ita factum est. Omne qđ deo pla/
cuerit bonum est:omne quod dño placuerit iustum
est. Placuit illi ut daret:bene placuit:Placuit illi iden/
tidem ut auferret:iuste placuit. Sicut dño placuit ita
factum est. Quádiu placuit illi habuimus:quádo nõ
placuit ei:nõ habemus. Sicut dño placuit ita factum
est. Quádo habuimus:non ppria nostra habuimus:
sed dñi. Et cum pderemus oĩa:non propria perdidi/
mus:Sed abstulit quae sua erant dñs. Sicut dño pla/
cuit ita factũ est. Sicut dñs uoluit:sicut dño placuit.
Omne qđ uult dñs uita est lux est/requies est aeterna
beatitudo est. Vita enim in uolũtate eius/& ira in in/
dignatione eius. Quodcũq; ergo placuerit dño:siue
percutere siue mulctare/siue ditare/siue pauperem fa/
cere/siue arguere/siue corripere. Oĩa beatitudo est in/
corruptibilis/atq; indeficiẽs. Beatus(inquit)homo
quem tu erudieris dñe:Sicut dño placuit:ita factum
est. Sit nomen dñi benedictum in saecula. Si oportet
oẽs christianos/atq; oẽs credentes:& dicere/& face/
re/& cogitare in oĩbus quae eos circũderint: atq; eis
occurrerint:siue pecunias perdant:siue filii auferan/
tur:siue paupertas incumbat: siue infirmitas irruerit:
dicant in his oĩbus cum syncaeritate. Sicut dño pla/
cuit ita factum est:sit nomen dñi bñdictum in saecu/
la. Nomen dñi/inquit:pp ter quod cuncta sustineo/
atq; suffero:pp ter quod oĩbus quae mihi obuenere:
superior existo. Sit nomen dñi bñdictum in saecula

Nomen dñi quod coelos mirabiliter extẽdit: quod
terrá firmiter fundauit:quod abyssos terribiliter si/
gnauit. Sit nomen dñi bñdictũ in saecula: pñtia/&
futura corruptibilia/ & incorruptibilia terrena/atq;
coelestia. Sit nomen dñi bñdictum in saecula. Quod
cũ uidissent leones in Daniele:in agnos imutati sũt:
quod cũ flámma ignis agnouisset in Anania/ & Aza/
ria/& Misahel:foris a fornace fugit:atq; eos qui extra
fornacem erant cõbussit:utpote non hñtes in se san/
ctum nomen dñi. Illis autem qui itra fornacem erát:
non appropinquauit:quia terribile nomen dñi in il
lis conspexit. Hoc etiam & cetus cum uideret in Io/
na:obstipuit atq; illaesum eum quem de naui susce/
perat:reddidit:incõtaminatũ remisit: quem uiuum
suscepit. Hoc(inquá)nomen dñi sit benedictum in
saecula. Hoc nomẽ:quod pauci ex prioribus agno/
uere:posteriores uero oẽs suscepere. Hoc nomen est/
de quo dicunt sancti. ex psona dei. Vobis qui timetis
nomen meum:cognominabitur nomẽ nouum:qđ
benedicetur super terram. Et adhuc. Non est nomen
aliud sub coelo datum hominibus:in quo oportent
saluos nos fieri. Hoc(inquá)nomẽ dñi sit benedi/
ctum in saecula. Quod iram auertit:qđ maledictum
abstulit/atq; remisit:quod daemões terruit. Hoc no/
men dñi sit bñdictum in saecula. Sit bñdictum in an
gelis/& in hoibus in coelestibus uirtutibus in spiri/
tibus atq; in oĩbus iustorȝ aĩabus: in gentibus & in
oĩbus fidelium cõgregationibus. Sit nomen domi/
ni bñdictum. Quousq; ait:q̃diu sit bñdictum? in sae
cula inquit. In finem praesentis saeculi & initio fini/
ti saeculi sit(inquit)nomẽ dñi bñdictum in saecula.
In aĩabus castorȝ in cordibus piorum/in mentibus
religiosorȝ in ecclesia scõrȝ: in uerissimorȝ constan/
tiis in tolerátia syncaerissimorȝ dei famulorȝ. Sit no
men domini bñdictum. Non in tempore dimenso/
atq; statuto:sed in saecula. In saecula (inquit) siue in
pñti saeculo usq; in finem siue in futuro saeculo il/
lo infinito atq; indeficienti. Sit nomen dñi benedi/
ctum in saecula. Circũcisio(inquit)ad tempus fuit:
Lex usq; ad plenitudinem tpis fuit. Postq̃ uenit ple/
nitudo tpis:misit deus filium suũ:q legem impleuit:
& gratiam demonstrauit:& nomen illud bñdictionis
impertiens cunctis in perpetuo gentibus tradidit. Sit
nomen dñi bñdictum in saecula. Nomen dñi ait bo
ni/misericordis/patientis benigni/clementissimi. Sit
nomen dñi bñdictum qui bñdictionem seminauit/
produxit atq; oñdit. Sit nomen dñi bñdictum. Qui
cuncta perficit bene qui cunctis bene curam impẽdit:
atq; bene uniuersis puidet. Qui bene(inquit)mihi
magnam patientiam/atq; tolerantiam condonauit:
ut tanq̃ aurum in fornace probatus perspicuae fidei/
tolerantiae quoq; atq; patiẽtiae formam cunctis sub/
sequenter oñdit. Iustus/cõprobatus/electus/demõ/
stratus/atq; pbabilis ostensus:Non dño qui est prae/
scius: sed hoibus in mũdo ignorantibus. Ná prae/
scius dñs etiam ante passiõis initium:tolerátiae scie/
bat exitum:merito & testimonium perhibuit; quia
ob hoc

ob hoc ipsam tẽtationem pmisit:ut iis qui in mundo sunt:comprobaretur iustus. Pro his ergo oĩbus sit nomen dñi bñdictum in sæcula. Hæc audientes subsequẽter etiam sancti prophetæ a beato Iob edocti/dixerunt. Sit nomen dñi bñdictum/ex hoc/núc/& usq; in sæcula. Sicut enim mirabilis Iob cum dolores sustineret/& nomen dñi benedixit:Ita & beati prophetæ psecutiones/ac dolores sustinentes:terribile illud nomen dñi bñdixerunt. Post quæ uniuersa uelut uictoriæ titulum gloriæ/ac laudis/atq; honoris/illi statuens/magnus ille Moyses scribit/ac dicit. In his oĩbus quæ ei acciderũt non peccauit Iob: Neq; in conspectu dñi/neq; in labiis suis. In his omnibus(inquit)tam plurimis/tam magnis/tam periculosis/tãq; terribilibus: ac uehementissimis: In oĩbus primis/ac nouissimis:maioribus/ac minoribus: quæ fuere ante plagam/& quæ post plagam:in omnibus mirabilibus/ac lamẽtabilibus/grauib⁹ quoq;/& mente perturbãtibus/aĩam cõminuentibus/præcordia pterrentibus. In his oĩbus. Nã nisi essent plurima/& magna/atq; terribilia: non utiq; dixisset:In his oĩbus quæ ei acciderunt. Tanq̃ si diceret. Quis regum a sæculo tãta peregit bella o uiri:Quis ab initio pœrum huiuscemodi pfecit uictoriam/o hoĩes/quẽadmodum admirabilis Iob:qui pcussus est/& non est interfectus:sagittatus est & non est uulneratus:doloribus est affectus/& non est deiectus/suffossus est/sed non est subuersus: miseriis est afflictus/& non est contaminatus. Solus super oẽs antiquos ac posteros/ĩmobili gratificentiæ/ac tolerantiæ scuto se circũdans/solusq; aduersus inumeros stans: insuperabilis pseuerauit:atq; solus de multitudine iniquorum uictoriam sumpsit: Hoc nimirum scribens/ac proferens Moyses:& tanq̃ perpetem titulum in formam tolerãtiæ/his q in mũdo sunt statuẽs/dicit. In oĩbus his quæ ei accidere. Nihil peccauit Iob. Accidere ei diuitiæ & gloria:Sed nihil peccauit:Nõ enim est elatus in supbia. Accidit ei splendor:ac lætitia:sed nec qcq̃ peccauit. Nõ.n.oblitus est timorẽ dei/neq; dereliqt misericordiã/ac miserationẽ. Post hæc uidelicet accidit ei pauptas/ac miseria: Sed nihil peccauit Iob:qa nõ blasphemauit oĩum dñantẽ. Accidit ei dolor/& plaga/& uermes/& putredo: sed nihil peccauit iustus ille. Nam cum gratiarũ actionibus/uehemẽter illos sustinuit dolores. Veraciter ergo scribit magnus ille Moyses de Iob:& ueraciter dicit. In oĩbus his quæ ei acciderant nihil peccauit Iob:neq; in cõspectu dñi/neq; in labiis suis. Quid est quod dicit o magne Moyses:quid est quod loqueris. Neq; in cõspectu dñi:neq; in labiis suis? Ego(inqt)absq; mendacio loquor/& iuste loquor. In cõspectu enim dñi non peccauit/hoc est in aĩæ consiliis/neq; in cogitationibus/neq; in tractatiõibus cordis. His enim obseruat:& ista respicit facies dñi/quæ in corde cogitãtur/atq; tractantur. Iuxta hoc quod dictum est. Non sicut homo uidet:uidet deus. Sed homo uidet in facie/& in uerbo:Deus autem uidet in corde/& in cogitationibus:atq; in ipsius cordis consiliis. Istas scilicet cordis cogitationes/consilia quoq;/atq; tractatus designans/dicit. Neq; in cõspectu dñi. Verba aũt/& eloquia demõstrans dicit. Neq;(inquit)in labiis suis. Ac si diceret. Oĩa quæ prouenere ei:ita sustinuit Iob:& ita supportauit:ut nec in uerbis labiorum blasphemaret deum:neq; in cordis cogitationibus reprehenderet:neq; in aĩæ consiliis culparet. Quomõ malum cogitaturus erat Iob in corde suo aduersus deũ: qui pro filiorũ suorum cordibus curam gerẽs/dixit. Ne forte filii mei in cordibus suis mali aliquid cogitauerint aduersus deum. Non peccauit ergo Iob in conspectu dñi:corde mala cogitando: neq; in labiis suis illicita loquẽdo. Sup aũt hæc oĩa/nõ dedit(inquit)insipientiam deo. Quid est qd' dicit. Non dedit insipientiam deo? Ac si diceret. Non extitit infidelis deo:non extitit infirmus/neq; instabilis/neq; perfidus:neq; cõmotus est. Non dedit insipientiam deo. Nõ enim fuit quẽadmodũ domus illa quæ arena est fabricata:quæ non habuit firmamentum:hoc est fidei ac pietatis fundamẽtum/quæ facile uẽtis & aquis cõmota cecidit. Sed non fuit talis beatus Iob/sed firmus/stabilis/atq; ĩmobilis fuit. Idcirco oĩs impetus nequissimi/& oĩs inundatio diaboli subuertere/uel deiicere ĩmobilem illum non potuerunt. Hoc itaq; demonstrans/dicit. Non dedit insipientiã deo. Sicut diximus:nõ extitit infidelis deo/neq; fideifragus/neq; ingratus. Aut adhuc. Non dedit(inquit) insipientiam deo. Ac si diceret. Non fecit sermones dei:neq; testimonia eius infidelia/neq; superuacua/neq; mendacia. Quæ uerba dei:uel quæ testimonia. Ea quæ ad diabolum locutus est:testimonia perhibendo Iob. Non fecit ea infirma/uel superuacua succumbendo:atq; detrahendo: sed fidelia illa atq; firma fecit:cum gratiarũ actione cuncta sibi accidentia. Merito ergo dicit. Nõ dedit insipientiam deo. Non extitere testimonia dei de illo infirma/neq; mẽdacia per illum sed fidelia/ac infirma/atq; aerea/non enim dedit ullam occasionem/uel suspitionem infidelitatis deo. Nõ necesse habuit deus cõfundi de his quæ uelut fidei testimonium perhibuit illi. Nam cũ esset firmus/ac fidelis nõ dedit insipientiam deo. Quod autem erubescat deus de infidelibus/atq; ĩfirmis:ipse dñs ostẽdit dicens. Qui erubuerit me:confundet hunc filius hoĩs cum uenerit in maiestate sua. Deus ergo attestabatur fidei Iob:Diabolus uero attestabatur infidelitati:Deus testificabatur qd' non propter pecuniam/sed pp ter dilectionem coluerit Iob:Diabolus uero confirmabat:quod nõ propter dilectionem colebat illum Iob:sed pp ter substantiam. Postq̃ uero oĩa ei abstulit diabolus:& rem familiarem/& filios/& in hisdem gratiarũ actionibus pmaneret Iob circa deum:tunc nihilominus apparuit: quod non propter pecuniam: sed pp ter dilectionem seruiebat deo. Tunc scilicet testimonium diaboli infirmum/atq; mendax factum: Dei uero testimonium fidele/ac uerum probatum est. Hæc sane uniuersa uno uer-

bo oñdens/atq; perstringens:dicit. In his omnibus
quæ ei accidere:nihil peccauit Iob neq; in conspectu
dñi:neq; in labiis suis:& nõ dedit insipientiam deo.
Studeamus etiam nos o uiri:studeamus omni uir/
tute nostra/o amici:ut nõ demus infidelitatem deo/
ut non existamus ei infideles/neq; in uerbis/neq; in
factis/neq; in cogitationibus/neq; in consiliis/neq;
in fide/neq; in pietate/neq; in tribulationibus/neq;
in delitiis/neq; in gloria/neq; in paupertate. Sed hæc
uniuersa cum patientia transeamus/atq; gratiarum
actionibus sustineamus:ut in omni uita nostra fide/
les deo:& firmi in fide:ac pietate reperiamur:ad in/
star beati Iob qui in oĩbus quæ ei accidere fidelis p/
mansit coram deo:& fidelia oñdunt de se oĩa eius
testimonia. Qui primus hoium post Abel atq; Ha/
braam:his qui in mundo sunt bonoꝝ dereliquit for
mam:qui nominatur/ac magnificatur iter hoies in
perpetuũ:qui requiescit cum angeloꝝ choris in glo
ria incorruptibili/in infinita secula. Qua requie etiã
nos oẽs dignos habeat misericordia dñi. Amen.

¶ Explicit Liber primus.

¶ LIBER SECVNDVS INCIPIT EIVS/DEM ORIGENIS FOELICITER.

ICVT Pulcherrimi solis radii
delectabiles sunt ad uidendum/
omni homini illibatos oculos
habenti:ita & admirabilis beati
Iob passio desyderabilis est/ ac
delectabilis:atq; necessaria ad au
diendum oĩbus piis:oĩbus cre/
dẽtibus/oĩbus deum timentibus/atq; deum diligẽ/
tibus. Nam admirabilis Iob cum in prima congres/
sione uictoriam de diabolo pfecisset:atq; triumpha/
tor de maligno extitisset:quanto quod uictoriam de
illo sumpsit:tanto amplius illum ad zelum circa se/
& ad maius certamen/atq; bellum cõmouit. Velut
enim inextinguibilis ignis flãma succensus nequissi/
mus diabolus:tractans apud semetipsum/dixit. Nũc
mihi est belli tempus:nunc uictoriæ spes mihi nusq̃
est: Nunc exurgam ad certamen circa Iob:nunc eui/
denter cecidi propter tolerãtiam eius. Non(inquit)
mihi est fugiendum:non enim pmittit superatio ip/
sa quæ in me est/sed & nõ est mihi congrediendum.
Timeo enim ne terribiliter rursus cadam ante eum.
Sed interim & fugit cum non ualet/& cõgredi non
audet:& cõcertari metuit. Melius(inquit)est:ut cõ/
grediar/quam ante secundam colluctationem inde/
liberanter fugiam:aut ante secundam cõgressionem
inuiriliter terga uertam. Forsitan(inquit)in secun/
dam cõgressionem uictoria ad me reuertetur: Forsi/
tan enim contẽnit rem/& filios:seipsum autem non
contẽnet:suum pprium corpus non spernet:pprios
uero dolores non despiciet. Quæram illum:ipsum
requiram:corpus ipsius pcutiam dolore:liquefaciã
uulnere:consumam uermibus:forsitan his dolori/
bus succumbens/maledicet:forsitan hanc pœnam
nõ sufferens blasphemabit. Diuersa enim imutantur
tpa:aliquando huc/aliqñ autem illuc flectũtur. Meri
to(inquit)est mihi etiam adhuc spes uictoriæ. Hæc
itaq;/atq; his similia cogitans/atq; apud semetipsum
tractans nequissimus diabolus:rursus impudentia
utitur:rursus importunitatẽ demonstrat:rursus tan/
q̃ canis rabidus in baculum irruit:non consyderans
propriam deiectionem:non intelligens ppriam de/
formitatem:rursus ante faciẽ subintroire audet:rur/
sus irrephensibilem illum Iob rephendere non me/
tuit:quo magis per oĩa confusus/atq; conuictus exi/
steret. Hæc nãq; uniuersa demonstrans atq; memo/
rans/dicit. Et factum est quasi dies illa. Quæ dies?
Dies tpis/dies oportunitatis. Et factũ est quasi dies il
la. Dies tolerantiæ/Dies consumationis/Dies adim/
pletionis primæ uictoriæ Iob. Et factũ est quasi dies
illa. Dies in qua diabolus humiliatus ẽ:Iob uero est
exaltatus:Dies in qua diabolus confusus est:Iob ue/
ro coronatus est. Et factum est quasi dies illa/in qua
recidiuum iudicium inter Iob & diabolum/est au/
ditum:In qua recidiuæ corõæ Iob ab angelis apta/
tæ/atq; consertæ sunt. Factum(inquã)est quasi dies
illa:similis ei de qua superius similiter dictum est:de
qua iam superius plurima diximus. Et factum est q̃si
dies illa. Et uenerunt angeli dei:ut starent ante dñm:
& diabolus uenit ut staret cum illis/añ dñm. Vene/
re angeli dei:non de loco in locum translati:non de
regione ad regionem transeuntes/non de prouincia
ad puinciam cõmeantes:sed ante deum iugiter pse/
uerantes. Nam sicut lux iustis semp:ita facies dei sup
iustos semp:ita ante deum iusti semp. Multo magis
autem gloriosi/atq; sancti angeli:qui indesinẽter/ac
perpetue pmanẽt ante deum in gloria. Venire autem
dicuntur/uel ire:cum ad ministerium fuerint missi:
cum legationes adimpleuerint:cum mandata pfece/
rint:cum ppter eos qui patienter sustinuerint/deum
magnificauerint:cum ppter eos qui salutem adipi/
scunt/deum laudauerint:qñ pro pfectis cœlesti dño
confessi sunt:qñ pro cõmodis dei miraculis æterno
regi/indesinẽter grãs ægerint. Et nolite mirari o ami
ci quod angeli uel ire/uel uenire/dicuntur:qa maio/
ra atq; mirabiliora audituri estis. Nam & ipse dñs q
est angeloꝝ/atq; oĩum spirituum rector/& cõditor:
uenire/& ire dr:descendere/& ascẽdere:sedere/& sur
gere:dormire/& a sõno surgere:&(quod oĩbus est
supius)dicitur tanq̃ potẽs crapulatus a uino. Exur/
ge/quare obdormis dñe?exurge/& ne repellas nos
in finem:Et suscitatus est/tanq̃ dormiens dñs:tanq̃
potens crapulatus a uino. Et descendit dñs/& locu/
tus est cum Moyse:Et ascẽdit deus/postq̃ locutus est
cum Habraam:Et alia innumera his similia/de deo in
scriptura reperiuntur fuisse dicta. Si ergo imobilis:
& inexcitabilis/& iextinguibilis/atq; simplex/in his/
dem semp iugiter pmanẽs deus. Hæc uniuersa dr &
ire/& uenire:Venit(inqt)deus ad Balaam:& sedere/
& surgere. Quid magnum si angeli eius/atq; mini/
steriales

ſteriales ſpiritus ueniſſe ante deum dicuntur: ad in/
crepandum diabolum / atq; omnes qui operantur
uoluntatem illius: & ad teſtandum ſanctis/atq; ſyn/
ceritatem eorum quas habẽt circa deum: ad magni/
ficandum deum in miſericordiis eius / & bonitati/
bus/atq; longanimitatibus/& inueſtigabilibus eius
miraculis: quæ indeſinenter oſtendit circa genus hu
manũ? Sic ergo uenere/& ueniũt angeli ante deum.
Prima uice uenerent iuſtificationibus Iob atteſtarẽ/
tur: & fidei atq; pietati eius. Sed tunc ſane ſolis iuſti/
ficationibus eius / atq; fidei atteſtati ſunt. Nunc ue/
ro ſecunda uice uenientes ante deum: non ſolis iu/
ſtificationibus ſunt atteſtati: ſed & iuſtificationibus/
& tolerantiæ/patientiæ quoq; ac conſtantiæ/atq; di
lectionis quam erga deum habuit: plenitudini. Iſtis
namq; omnibus atteſtantes glorioſi angeli: necnon
& diaboli nequitiam accuſantes: atq; mendacem il/
lum comprobãtes: uenere ante deum: cum quibus/
& diabolus uenit. Venit nihilominus non facie ad
faciem: ſed conſiliis/ & cogitationibus/ſenſibus/atq;
tractationibus/deſyderiis ac deliberationibus: ſicut
ſuperius per plurima demonſtratum eſt. Quas co/
gitationes cũ uideret deus reſpondit illi dicens. Vn/
de uenis tu? Reſpondit nihilominus non labiis lo/
quens: neq; uerba depromens: neq; colloquio ſuo
iniuſtum illum dignum faciens: Sed nec omnino in
præſentiam eum ſuſcipiens. Nã ille qui a ſanctis exe/
cratur/& odio habetur: atq; conculcatur: in conſpe/
ctum dei nunquam ueniet. Si enim impii (ut ſupe/
rius dictum eſt) non reſurgent in iudicio: neq; pec/
catores in conſilio iuſtorum: multo magis omnium
impietatum prouiſor: atq; totius peccati auctor dia/
bolus in cõſilium diuinum ueniet: neq; deifico col/
loquio dignus habebitur: iuxta omnia quæ in an/
terioribus memorabimus. Venit ergo conſiliis / &
cogitationibus/atq; deſyderiis: & audiuit non col/
loquium / ſed increpationem / atq; obiurgationem
nequiſſimarum cogitationum ſuarum/atq; iniuſto/
rum deſyderiorum: ac deliberationum ſuarum: quæ
demonſtrans dicit. Et reſpondit dominus ad diabo
lum. Vnde uenis tu? Interrogat refugam/apoſtatam/
aduerſarium/neqſſimum/iniuſtum. Interrogat præ/
ſcius/atq; prouidus / qui omnem ſcientiam cunctis
impertitur hominibus. Interrogat ut ex ore illius: atq;
ex reſponſo illius eum arguat: & condemnet atque
conuincat/utpote mendacem: & malignitatis zelo/
ac liuore repletum. Vnde tu uenis: deiecte confuſe/
humiliate? Vnde tu uenis: uicte/ſuperate / conculca/
te? Vnde tu uenis / qui de excelſis es expulſus: & ſu/
per terram es condemnatus: qui de cœlis es proie/
ctus: & inter homines abdicatus? Vnde tu uenis/qui
poſt iniquitatem feſtinas: qui poſt iniuſtitiam cur/
ris: Tu qui homicidia appetis: tu qui adulterii es cu/
pidus: tu qui ſanguine potaris: qui omnium impie/
tatum ſuper terram es prouiſor / omniumq; malo/
rum inter homines inuentor? Vnde tu uenis: tu qui
tempus non habes: tu qui quietem non expectas:
qui reſumptionis memor non es: neq; requiem ſpe/
ras? Vnde tu uenis? Confitere/& noli negare. Oſten
de/& noli celare. Sed non accipiens hæc nequiſſi/
mus: nec omnino audiſſe ſe ſimulãs: pro aliis alia re/
ſpondit/dicens. Circui omnem terram: & peragraui
uniuerſum orbem qui ſub cœlo eſt. Subtiliter fingis
o infœliciſſime diabole: humiliationem tuam tegis:
deformitatem tuam reticeſcis: confuſionem tuã mi/
nime deprimis: qđ a luto conculcatus fueris: quod
a terra deuictus: quod a puluere fueris ſuperatus. Lu
tum enim & terra/& puluis/eſt Iob ꝓpter terrenum
corpus. Sed iterum terrenus / ac luteus ſuperauit (in/
quit) te o diabole: qui cum ſis incorruptibilis ſpiri/
tus: tanq̃ fulgur de cœlo cecidiſti proiectus. Corpus
ſcilicet luteum ſuperauit fulgur: incorruptum ſpiri/
tum/immortale atq; incorporeum. Hanc ſcilicet cõfu/
ſionem tuam reticeſcens/ac prætermittẽs o callidiſ/
ſime diabole: glorians: atq; plaudis: quod terram cir
cuieris: & ea quæ ſub cœlo ſũt/peragraueris. Sed &
hoc in maximam deformitatem tuam dicis. Nã glo
ria tua/atq; elatio/referta eſt omni deiectiõe. Si enim
tãtum potuiſti: ut oẽm terram: hoc eſt oẽs terrenos/
atq; uniuerſos qui ſub cœlo ſunt: circuiris: atq; pera/
graris: hoc eſt conculcares/atq; ſub te ſubiiceres: qũo
non potuiſti uni terreno/atq; corruptibili Iob præ/
ualere? Sed ois potẽtia tua/ac uirtus/atq; prædones
exercitus tui/& gladius eoꝝ/& triplicia eqtum tuo/
rum cornua/& ignis qui de cœlo cecidit (ut tu dixi/
ſti) & uenti qui ab eremo uenere: qđ erat tuæ nequi/
tiæ inſpiratio. Vniuerſa (inquit) hæc infirma/ſupua/
cua extiterunt per iuſti Iob tolerantiam/atq; grãrum
actiones, confuſa / atq; aduerſa. Poſt quæ uniuerſa.
Non (inquit) te hoc o diabole interrogo: quod ter/
ram circuieris: & ea quæ ſub cœlo ſunt peragraue/
ris: De iſtis namq; interrogare te/opus non habeo:
Scio enim/quod inceſſanti neqtia indeſinẽter cun/
cta quæ ſub cœlo ſunt: circuis / & peruolas: utpote
aeris ſpiritus fulgoris uelocitati conſimilatus. Non
(inquit) de te hoc interrogo: Sed hoc unde ueneris:
uel a quibus ueneris. Ab inconfuſo confuſus/ab ex/
altato humiliat⁹/a glorioſo/ſpe uacuus. De iſtis (in/
quit) te interrogo: atq; de his te admoneo: ex his te/
uelut igneis iaculis ſtimulo: Qui enĩ eſt maior ignis
diabolo: quam hic ut a carnali & terreno ſuperetur/
atq; conculcetur: cum ſit ſpiritus incorporeus? Vn/
de tu uenis: ſeductor / inſidiator / humiliatus/deie/
ctus / confuſus? Vnde tu uenis? Vbi eſt arrogantia
tua: ubi eſt elatio: ubi magniloquium tuum: ubi
ſunt mendacia tua: quibus dixiſti: q me Iob pro/
pter pecuniam coleret? Tu facultates eius abſtuli/
ſti: ego uero gratiarum actiones atq; confeſſionem
ab eo ſuſcepi. Nam cum tu (inquit) omnem ſub/
ſtantiam eius abſtuleris: ut non habeat / unde mihi
hoſtias offerat: ſollicita gratiarum actione / mihi ſa/
crificia imolat / ex mundo corde / atque conſcientia
pura. Vnde tu uenis o diabole? Non a pœnitentia:
non a conuerſione: neq; ab hoc quod deformita/

tem tuam uidens/confundaris. Sic itaq; interrogo te malignissime: unde uenias. Non enim uenis sicut pridem ab Adam cum uictoria: sed sicut post hoc a Iob cum cõfusione. Adam olim seduxisti: sed Iob post hoc non supplantasti. Adam de paradiso eradicasti: sed Iob a sanctitate nõ auertisti. Vnde tu uenis: de excelsis expulsus: & de celis deiectus: de angelorum choris proiectus? Vnde uenis tu: qui super terram iniustitiam geminasti: qui sub sole impietates disseminasti: q ea quae sub coelo sunt: uniuersis malis replesti? Vnde tu uenis: tu qui es mortis author: malorũq; omnium inuentor: atq; malorũ omnium initium/iniquitatis operator/pater mendacii? Vnde (inquit) tu uenis? Circuiui (inquit) omnẽ terram: & peragraui uniuersa quae sub coelo sunt: & ecce adsum. Adsum (inquit) qui non succumbo/neq; humilior/qui non conuertor/neq; satisfacio: qui poenitentiam non ostendo: sed tanq̃ incus indomita persto. Mulctaberis (inquit) o diabole/in dilectissimo tuo: hoc est in temet ipso. Nam cũ non flecteris/neq; subiiceris/neq; poenitentiam demonstras: in irremediabilem iferorũ poenam demergeris: in extinguibili igni geẽnae traderis: & tu & omnes qui a te ad impietatem persuadentur. Adsum (inquit) is qui non ita est: ut factura sua factus: Sed in opibus ita demonstratus: qui non ita est factus natura: sed extitit uoluntate. Non enim in factura naturae: sed in uoluntatis operatione/diabolus est factus. Adsum (inquit) is q peccatis gaudeo: q impietatibus laetor: qui iniquitatibus iucundor: qui omni iniustitia/& omnibus impudicitiis/atq; omnibus malis delector. Adsum (inquit) is qui spem non habeo: qui salutem nõ expecto: qui misericordiam nõ sustineo: qui refrigerii non memoror. Circuiui (inquit) terram & peragraui eam: & ea quae sub coelo sunt: & ecce adsum. Cui post haec omnia respõdens deus/dicit. Nõ te de hoc interrogo: qualiter circuieris: hoc est eos qui terrena sapiunt: Neq; de hoc/quẽadmodum ea quae sub coelo sunt/peragraueris: hoc est eos qui coelestia nõ desyderant: sicut & tu ipse: qui in coelo ultra reuerti nõ potes: Sed hoc te interrogaui/& iterrogo. Animaduertisti puerum meum Iob: ac si diceret. Intellexisti quid sit Iob: relaxasti sensum tuum ad eum: Cognouisti ne illum: uel ꝓbasti indeclinabilem fidem eius: & imobilem firmitatem/& inuiolabilem pietatem/atq; religiositatem illius? Animaduertisti/uel intendisti ad puerum meum Iob? Ac si diceret. Certus es o inimice omnium bonorũ diabole: uter nostrum ueritatem dixerit: ego ne an tu: uter absq; mendacio locutus fuerit. Ego ne qui ei testimonium perhibui: an tu qui eum accusasti? Dicis ꝙ terram circuieris: & ea quae sub coelo sunt peragraueris. Reperisti similem Iob: uidisti ne illi aequalem? Ob hoc (inquit) te interrogo: unde ueneris: uel unde uenias: ut ostendã te Iob sanctitatem/ac meritum/patiẽtiam quoq;/ac uictoriam/gloriam nihilominus/atq; coronam suam: tuã uero deiectionẽ/& humiliationem/cõfusionem quoq;/atq; perditionem. Quanq̃ enim tu neges: sed ego ostendam: quãuis tu nõ confitearis: sed ego nõ sileo. Terram enim te circuisse dicis: ꝑditionem uero tuam nõ depromis. Cum abscondis tuam deiectionem: coronas Iob furaris. Respexisti ad puerũ meum Iob: qui caput tuum conculcauit: qui humiliauit altitudinem tuam: qui deiecit elationẽ tuam. Gloriaris (inquit) nequissime sathana: quod terram circuieris: & ea quae sub coelo sunt peragraueris. Sed mala est haec gloriatio tua/atq; inutilis elatio. Ad malum enim circuis terram: & ad iniustitiam ꝑagras ea quae sub coelo sunt. Peruolas enim pelagus/& aerem: & penetras omnes gentes/ꝓuincias/ac regiones: ut plurimos filios geennae facias: ut pluriores tuae poenae efficias participes. Sicut enim canis rabidus uias/ac transitus percurrit: ut omnes quos ante se inuenerit: alios quidem morsibus uulneret: alios nihilominus in stuporem deducat terroribus: Ita (inq̃t) & tu nequissime sathana/terram circuis: & ea quae sub coelo sunt uniuersa peragras: non ut aliquem componas: sed ut cunctos extermines: Quorundam sane animas per peccata uulnerans: aliorum nihilominus mẽtes obtundens/atq; infatuans. Et cur superius sane diabolum illum appellat: nũc uero sathanã? Diabolus accusator interpraetatur: Sathanas uero resistens/uel rebellis/aut etiam cõtumax. Ergo/quia superius occulte quidem accusauit Iob ad deum: idcirco superius diabolum illum appellat/utpote accusatorem: Nunc uero rursus quia ad euidentem cõtumaciam circa Iob peruenit: merito sathanã illum dicit/utpote rebellem. Respexisti (inquit) ad puerum meum Iob? Tu qui omnia circuis: qui omnia peragras: qui omnia pertransis: qui cuncta peruolas: & circuis: respexisti ad puerum meum Iob: O infoelix diabole: cum dolore audisti: ꝙ puerum suum nuncupauerit deus Iob: Dolor tibi fuit haec uox amaritudinis: haec auditio grauis fuit tibi hoc dictum: Vae tibi fuit pro hoc testimonio quod attestatus est deus Iob dicens. Respexisti ad puerum meum Iob? Et ante (inquit) puer meus fuit: & nunc puer meus permanet: & tuae nequitiae accusatio nihil ei praeualebit. Respexisti ad puerum meum Iob. Superius dixit. Animaduertisti ad puerum meum Iob. Nunc uero respexisti ad puerum meum Iob. Ac si diceret. Vidisti/probasti/certus es: quod & antea seruus meus fuerit: & nunc seruus permanet: & a mea (inquit) seruitute nunquã fugit/nec fugiet: & ipse (inquit) testis sum: & angeli mei adiutores: qui in conspectum meum uenientes: & Iob tolerantiam mirantes: dixerunt. Magnum miraculum uidimus inter homines (o terribilis creator omnium) nimio stupore dignum: o aeterne rector diuersorum/unus terrenus homo de limo plasmatus/nostris imortalibus angelorum choris multum inferior: illum qui eximiorẽ talib' cherubim officiis cecidit/atq; ꝓiectus est.i. diabolũ sola tolerãtia/ac deuotis grãtiarũ actionib' supauit atq; in fugã uertit: & oẽs fraudes eius/atq; iniq̃tates

superuacuas

fuptuacuas demonftrauit. Refpexifti (inquit) ad puerum meum Iob? ad illum obtéperantem puerum/ atq; uerum: qui percuffus nõ difceffit: qui cæfus eft/ & nõ dereliquit: qui tibi eft traditus: & me nõ negauit: quia te percuffus eft: & mihi grãs ægit. Iftũ (inquit) puerq; refpexifti: qui aduerfum te ftetit: & mihi non reftitit: Qui aduerfum te dimicauit: & me adorauit: Qui te conculcauit: & me non contẽpfit: Qui te odio habuit: & me dilexit? Ad hunc (inquit) ergo puerum meum refpexifti: ad hunc (inquit) cui fimilis in tolerantia a tpibus Abel nõ fuit: Abel enim cũ femel fuftineret internectionem tranfiuit/ & requieuit: Iob uero cũ plurimo tpe fuftineret: diutius morte affectus eft: & multipliciter doloribus mulctatus/ atq; afflictus. In quo apparet hoc. In hoc inquit: qd' non eft fimilis illi homo fuper terram. Habraam nõ eft: Melchifedec tranflatus eft: Noe requieuit: Enoch eleuatus eft: Abel affumptus eft. Merito non eft homo fimilis illi alius fuper terram: ex his qui nũc funt: ex his qui modo uiuunt: non eft illi fimilis alius fuper terram. Intende quia non dicit. Non eft fimilis illi ex his q fuere uel erunt: Nã poft hoc fuit Ioannes quo maior inter natos mulierq; non fuit. Merito de his qui tunc fuere dicit. Non eft fimilis illi alius ex his qui funt fuper terram. Ac fi diceret: ex his qui nũc funt fup terram: in tpibus eius/ in diebus eius/ in uita illius: Nõ eft alius fimilis illi in iuftitia/ in fide in pietate in tolerantia/ in cõftantia/ in grãq; actionibus/ in mifericordia/ atq; in oĩbus uirtutibus. Nõ eft homo alius fimilis illi in terris. Quis alius añ eum/ uel poft eum talia fuftinuerit & fuftinẽs grãq; actionibus recompenfauerit/ pro uehemẽtioribus doloribus/ atq; amariffimis poenis? Quis extitit tolerantiæ Iob forma? Nullus. Quis extitit illi in huiufcemodi doloribus patiẽtiæ doctor? Nullus. Habraam enim filium imolare pceptus eft: Sed pmus identidem uiuum illum fufcæpit: quẽ mactaturus/ atq; imolaturus fuerat. Iob uero non ita: Sed repente/ fubito/ infperate/ feptem filios/ & tres filias fimul pariter mortuos/ & nunq̃ reuiuifcentes audiuit & uidit. Sed fides ex eo mortua non eft: neq; patientia/ neq; grãq; actio/ neq; dilectio quã circa deum habuit. Sed quẽadmodũ/ aurum per ignem trãfiens/ fplendidius atq; præciofius efficit: ita & Iob/ tẽptationum ignem trãfiens: clarior a deo pciofior/ atq; acceptabilior/ cõprobatus eft: Merito ergo dicit. Non eft fimilis illi alius fuper terrã. Fulget (inquit) tanq̃ fol/ ueritate/ ac patientia: relucet fide/ & tolerãtia: uelut coeli luminaria: Ob hoc non eft alius illi fimilis fuper terram. Firmus/ ut lapis: ut fundamentum imobile: tanq̃ adamas incõtaminatus. Nõ eft fimilis illi ex his qui funt in terris. Sine querela: utpote nec ab angelis nec ab hominibus in nullo repræhenfus. Iuftus: utpote iufto dei iudicio/ iuftus cõprobatus. Verax: utpote nec in uerbo/ nec in facto/ neq; in magno/ neq; in minimo/ falfitati approximans: neq; mẽdacio cõmunicans. Dei cultor: utpote non oberrantis animi confcientia: unum colens oĩpotẽtem/ omnium creatorem patrem Iefu xpi: Abftinens fe ab oĩbus operibus malis/ & antea/ & nunc/ & ab initio/ & ufq; in finem. Non enim nec antea facultatum abundãtia/ neq; nunc bonorq; perditio/ ad mala eum declinauerunt. Super hæc autem omnia (quod eft fũmum/ fingulare/ atq; mirabile) perfeuerans in fimplicitate. Cum tanta (inquit) a te fuftinuerit: cum tanta a te paffus fuerit: cum tanta ex tua malitia fuportauerit: adhuc perfeuerat in fimplicitate. Omnes qui in doloribus/ & in tormẽtis/ atq; in paffionibus fuerint: ipfi doloribus examaricati/ atq; exaggerati: amariores/ & noxiores/ atq; afpiores efficiuntur. Sed non ita eft (inquit) conftantiffimus Iob: Sed ita nõ eft admirabilis ille uir: Sed adhuc pfeuerat in fimplicitate. Ac fi diceret. Adhuc inocentior in ipfis doloribus pfeuerat: Adhuc lõganimior/ adhuc modeftior/ adhuc benignior/ adhuc iuftior/ adhuc fyncærior circa deum. Quãto enim tu (inqt) o diabole/ augumẽtafti ei mala: tanto adiecit Iob innocentiam. Adhuc perfeuerans in fimplicitate. Adhuc inquit. Ac fi diceret. Super omnia quæ fecifti: fuper omnia quæ ei oftendifti: fuper oĩa quibus eum afflixifti: Super hæc uidelicet omnia adhuc perfeuerat in fimplicitate. In præcedentibus laudatur Iob a deo: utpote iuftus/ ac uerax/ dei cultor: Nũc uero adiecit illi deus fuper hanc laudem: dicens. Perfeuerãs in fimplicitate bene ac digne: Figura enim fuit eorum qui in noua gratia omnia in fimplicitate tranfierũt/ atq; fuftinuerunt: nulli malum pro malo reddentes: fed præceptum dñi adimplentes dicentis. Diligite inimicos ueftros: & benedicite eis qui maledixerint uobis: Et uolenti auferre pallium tuum: dimitte ei & tunicam. Horum itaq; omnium typum gerens beatus Iob: cum hoc quod in fimplicitate perfeuerauit/ atq; cuncta fuftinuit: cum hoc ipfo etiam auferrenti pallium fuum: Hoc eft/ oẽm fubftantiam fuam diabolo: & tunicam dimifit: cõfcindens illam/ atq; pijciens illi/ & dicens. Quæ poftulafti a deo: accæpifti. Tolle & hæc quæ non quæfifti: tunicam/ atq; pallium meum. Perfeuerans adhuc in fimplicitate. Nã (quantum ad tuos fermones o diabole) aduerfarii in eum infurrexerũt: inimici eum prædati funt: Sed nec in iftis/ in aliquo replicauit: Sed & circa iftos omnem fimplicitatem oftendit. Merito dicit. Perfeuerans in fimplicitate: typum/ atq; figuram gerens domini dicentis per prophetam de femetipfo. Ego autem tanq̃ agnus imaculatus/ ductus fum ad facrificium. Sic itaq; admirabilis Iob perfeuerãs in fimplicitate. Super hæc (inquit) uniuerfa quæ ei ingeffifti: perfeuerat in fimplicitate. Et quis (inquit) poft hoc ex his qui audierunt/ uel agnouerint: non me reprehendat: qui tantũ permifi tuæ crudelitati/ aduerfum iuftum illum infurgere: & ita imifericorditer inocentem uexare? Poft quæ uniuerfa/ perfeuerat in fimplicitate. Ecce (inquit) antea laudaui teftificans tibi: qs fuerit Iob: Ecce & nunc adiicio fup laudẽ eius dicẽs. Perfeuerat ĩ fimplicitate. Perfeuerat ait: ideft expectat.

Quid expectat? Expectat tolerantiæ remuneratio/nem: expectat coronas innocentiæ. Aut adhuc. Expe/ctat inquit. Quid expectat? Te ait: expectat o diabole tanq̃ audax belligerator/tanq̃ constantissimus proe/liator/tanq̃ admirabilis uir fortis. Sic itaq; ait. Expe/ctat. Non dubitat:nõ antecedit: sed adhuc expectat. Adhuc inquit:ut te secũdo superet/ac deuincat/con culcet/atq; humiliet:& oĩmodis deiectũ atq; confu/sum demonstret. Cum talẽ ergo noueris esse Iob:& ita ꝓmpte te expectãtem/ad secũdam cõgressionem: si audes:approxima/incipe/appræhẽde: paratum i/uenies:te expectãtem. Adhuc expectat in simplicita/te. Tu (ait) terram circuis: & ea quæ sub coelo sunt peragras:ut idola fundas: ut adulterium gemines: ut homicidium multiplices: ut sanguinẽ effundas: ut artes magicas/& auguria/& diuinatiões/atq; ma/leficia dissemines:ut infidelitatẽ doceas: ut dei blas/phemia/atq; oĩbus malis/ea quæ sub coelo sunt/re/pleas:ut castos:uel castas pollluas: ut pios ad impie/tatem declines:ut iustis molestias/atq; tribulationes suscites. Pro his oĩbus (inquit) tu o diabole terram circuis:& ea quæ sub coelo sunt/pagras. Iob uero nõ ita:sed expectat:hoc est in uno loco/tanq̃ in eadẽ pa/tiẽtia/& ueritate/in eadem fide/& pietate/atq; dei cul tura fundatus/stabilitus atq; confirmatus/& nunq̃ ab ea declinatus/atq; præuaricatus. Sic itaq; expectat imobilis/atq; inocens. Aut adhuc. Expectat in sim/plicitate. Columba (inquit) est simplex/rõnabilis/spũalis/in corruptione digna/acceptabilis/angelis dei familiaris: Idcirco tanq̃ columba/simplicitatem ostẽdit. Nam sicut columba de nido effugata: sub/latis sibi pullis/atq; ante oculos mactatis:non indi/gnatur/neq; terret/neq; nidum deserit:neq; ad mali/tiam imutatur:Ita & btũs Iob/cum nidus ab eo au/feretur:hoc est/diuitiæ atq; substãtia/& filii ante ocu los eius interficeretur:nõ est indignatus/neq; ad ma litiam/hoc est ad blasphemiã/aut ad maledictionem est imutatus. Sed cũcta sustinuit cum inocentia/atq; gratarum actionibus. Pro his ergo oĩbus dicit:pseue/rans in inocentia. Tu ergo dixisti pdere rem eius sine causa/inaniter/supuacue/supflue. Tu dixisti: ut rem eius pderes sine causa:nũc rem eius dixisti:ut pderes: post paululum aũt/carnes eius/& ossa eius/dicis ut perdas:ut & ista in simplicitate sustinens Iob:augu/mẽtum gloriosarum coronarum accipiat:& tu (inqt) o uersute diabole/augmẽtum confusionis/& deie/ctionis/atq; ruinæ pcipias: utpote & de coelo deie/ctus:& in terris a Iob ꝓstratus: etiam & in hoc ulti/mo expectans: q̃n a dño Iob/atq; oĩum rectore deo unigenito per crucem ꝓsternaris: atq; in inferos de/mergaris. Tu (inquam) dixisti:ut rem eius perderes sine causa. Dixisti/inquit: sed nõ ut iubẽs/neq; ut ꝓ/cipiens/neq; ut imperans. Caruisti enim hoc/o diabo/le:ut cum potestate dicas:iubẽdo:uel ꝓcipiẽdo. Sed dixisti quærẽs/postulans/supplicãs/petens. Sic (in/quam) dixisti:ut rem eius pderes sine causa. Age (in/quit) ille:hoc est diabolus ita dixerit: ita petierit: ita supplicauerit. Tu uero cur exaudisti:cur acquieuisti: cur dedisti:cur sine cã rem iusti illius pdere pmisisti? Vt appereat Iob iustitia/& diaboli iniustitia: ut appe/ret mea ueritas/& diaboli mẽdaciũ:ut clareret meum testimoniũ: & iniqui illius blasphemia. Nisi (inqt) exaudirem:& acqeicerẽ/atq; traderem oẽm rem Iob in potestatem diaboli:& pdere oẽm peculium/ac fi/lios iuxta uolũtatem suam permitterem: nunq̃ utiq; cognosceret diabolus:quia nõ ꝓpter rem me colue/rit Iob:sed ꝓpter charitatem. Nunq̃ utiq; quiesceret: blasphemando sanctos añ deum/& hoĩes:sed in hoc staret:atq; omnes hoĩes scandalizaret:quod deus fa/uorabiliter colẽtibus se/rem daret:& colentes illum: non ꝓpter dilectionem:sed ꝓpter familiaritatis gra/tiam/ei seruirent. Merito ergo ne posset hæc dicere diabolus:dedit illi in potestatẽ/& rem Iob/& filios: & post paululum/ipsum eius corpus ad supplicium. Si igitur cum tanta ingessisset Iob: & ille in hisdem gratiarum actionibus/atq; cõfessionibus pseueraret: adhuc sup hæc omnia/eadem usus est impudentia/atq; improbitate/dicens. Corium pro corio. Quid faceret:si oĩum bonorum Iob potestatem non accipet? Ob hoc (inquit) in potestatem eius tradidi: non q diabolo placere uoluerim: sed totum mũdum infor mare festinaui:quæ sit mea iustitia/& diaboli iniq/tas liuor quoq; eius/atq; inuidia: & quæ sit iustorum fides/& tolerãtia/uel dilectio eorum circa me. Simili/ter petit & petet usq; in finem sæculi pro omnibus sanctis: ut potestatem accipiat:ut corpora eorum affli/gat:& animas eorum non tangat: Sic afflixit martyres per principes huius mũdi:igne/& gladio/cõsumens carnes eorum. Hæc náq; fuit uoluntas/& petitio diabo li:ut sanctos tormentis afficeret/ac torqueret. Et hæc fuit sanctorum oratio:ut omnia supplicia ꝓpter deum sustinentes:æternæ gloriæ apud eum in fide effice/rentur hæredes. Quod aũt hæc petat diabolus: ostẽ/dit euidenter dñs dicens. Sathanas petit: ut uos cri/braret tanq̃ triticum/& cætera. Hæc náq; uniuersa/ꝓpter improbitatem/atq; impudẽtiam/zelũ quoq;/atq; inuidiam maligni:quam habet circa sanctos:di/cta sunt:ad quem istinc loquens deus dicẽs. Tu au/tem petisti:ut rem eius pderes sine causa. Cuius rem? Iusti/ac piũ/atq; credentis Iob. Dixisti rem eius per/dere sine causa. Pro tuo (inquit) zelo/atq; inuidia: pro tua maligna suspitione callidissime diabole/pe/tisti rem eius perdere sine causa: nihil peragens/uel perficiens/nisi solam iniquitetem tuam/atq; mali/tiam. Petisti rem eius perdere sine causa. Porro sine causa peribit. Quare pibit? Diabolo inquit. Sine cau sa peribit: nihil enim peregit/neq; perfecit: cum rem eius perderet: nisi suam deiectionẽ/atq; humiliatio/nem ostendit. Iob uero/hæc res non sine causa pe/ribit:sed ad ingentem gloriam/& laudem/atq; ho/norem/huius rei perditio ei prouenit coram deo/& angelis eius:& apud deũ gloriæ augumẽtatio ei ꝓ/uenit:& sup terrã duplex ꝓ remuneratione receptio atq; redhibitio. Sic itaq; diabolo quidem sine causa

facta est huius rei perditio: Iob uero non est facta sine
causa: sed pro aeternae beatitudinis remuneratiõe / &
in coelis corona angelis dei / & in terra in conspectu
oium gentium. Increpans ergo / & redarguens / atq;
obiurgans diabolum: dicit. Tu uero petisti: ut rem
eius pderem sine causa. Tu dixisti: tu petisti: tu quae/
sisti: tu rem eius pdere sine causa festinasti: Tanq̃ si di
ceret. Vbi est praesumptio tua / o diabole: quod mox/
ut rem eius abstulisses: continuo eum a pia dei cultu/
ra / atq; eius gratiarũ actionibus discedere fecisses. Vbi
(inquit) est arrogãtia tua / bonorũ oium inimice dia
bole: ubi tumultuatio tua atq; seditio: ubi labor tu⁹/
atq; sollicitudo ubi cõtentio tua / atq; altercatio. La/
borasti enim / atq; certasti: bella diuersa cõficiendo: &
castra statuendo: & equites demõstrando: & ignem
excitando: & uentos admouendo: & fundamenta
quatiendo: & domos deiiciendo: atq; oẽm sollicitu
dinem demonstrãdo: ut iusti Iob rem atq; filios p/
deres: Sed frustra extitit ingens tuus labor / atq; solli/
citudo: Rem enim Iob perdidisti: sed iustitiam eius
non pdidisti: sed fidem / ac pietatem eius non dissipa/
sti: Idcirco (inquit) audi cum increpatione. Petisti ut
rem eius pderes sine causa. Sed olim qdem rem Iob
sine causa pdidisti: Post hoc autem / cum dñs uenis/
set ad terras: illius ungẽti pditione gratis fieri aesti/
masti: dicens per os Iudae. Vt quid haec pditio huius
unguenti facta est? Et unguẽtum sane qd' pro bono
cum fide effusum est: pditionem iudicasti. Rem uero
Iob quae cum iniquitate periit: pditionem non exi/
stimasti. Et (quod est hoc maius) unguentum illud
quod a Iuda effusum est: hoc est sanguinem unigeni
ti: pditionem nõ reputasti. Nam / sicut cum illic un/
guentum illud effunderet': repleta est domus illa un/
guenti odore: Ita & istic: idest in passione dñi / cũ san/
guis dñi effunderetur: repletus est orbis terrae salutis
suauitate: Sed his oibus non cessat nequissimus / &
improbus: atq; impudens diabolus / neq; confusus
est / neq; se cognouit: Sed tanq̃ canis rabidus / ad ba/
culum infoelix cucurrit: cum priorem suam deformi
tatem non intelligit: sed sperat: qd' per nouissimum
bellum priorem ruinam posset resarcire: nesciẽs mi/
ser quod nouissima / priora prioribus ei essent facien
da. Idcirco post haec uniuersa respõdit diabolus an/
te deum: & dixit. Corium pro corio. O impudentia /
atq; improbitas tua o diabole: tãtam deformitatem /
atq; cõfusionem tuam non consyderas / sed inuere/
cunde identidem accumis: contraria tibimet ipsi lo/
quendo / ac dicendo / atq; quaerendo / & teipsum de/
struendo. Primo enim dixisti: cum ad deum de Iob
locutus fuisses. Aufer illi rem: priua eum diuitiis: mi/
nue illi opulẽtiam: Humilia illum de altitudine: de/
nuda illum his quae dedisti: si nõ cõtinuo in faciem
tibi maledixerit / & detraxerit / atq; blasphemauerit: q̃/
si magnum fuerit hoc ut diuitiae / atq; res eius fami/
liares auferent'. Quod ergo tunc magnificasti: ut ei
res familiares auferentur: hoc nunc nimirum mino/
ras: quod tunc singulare / atq; indubitabile iudicasti:

quod sublatis diuitiis Iob cõtinuo esset blasphema/
turus: hoc nihilominus nunc ad nihilum redigens /
dicis. Corium pro corio. Corium diuitiarũ / pro co/
rio corpis. Corium bonorũ pro corio ossium. Haec
nãq; duo coria reputat / ac memorat istic diabolus /
rem familiarem & corpus: Exterius corium / rem &
diuitias: Interius uero coriũ / corpus & ossa. Corium
quod nõ ualde doleat / rem familiarem: Corium qd'
ualde doleat coriũ corpis. Haec scilicet cogitans ma/
lignissimus diabolus: a quo nunq̃ malae cogitatiões
deficiunt: haec ergo nequissimus diabolus nequiter /
atq; callide tractans: dixit ad deum de Iob. Corium
pro corio. Ac si diceret: Quid magni passus est Iob:
qd graue sustulit hic quem defendis. Rem familia/
rem / & filios amisit / sed sperat quod rursus / & rem /
& filios acquirat: cõfidit quod & identidem des: si/
cut & ante dedisti. Pro hac ergo spe / atq; confidentia
nec dum a te recessit: nec dum te reliquit: nec dum ti/
bi detraxit: nec dum te blasphemauit: Quia nec dum
tetigerunt illum dolores corporis: qa nec dum app/
hendit eum ossium poena. Corium enim pro corio
exteriore (inqt) corio decoriatus: hoc est / rem fami/
liarem ablatam contẽpsit: atq; ad nihilum deduxit:
tange interius corium eius. Hoc est / tormentis affice
carnes eius: & cõtere ossa illius: & apparebit constã/
tia eius: quam nunc habere uidetur. Supuacua enim
erit fides eius: quã nunc circa te seruare se putat. Co/
rium pro corio. Ac si diceret. Dolorẽ minorem / pro
dolore maiore: Leue tormẽtum pro tormento ama/
riore: Poenam moderatiorẽ pro poena fortiore. Mi/
norẽ (inqt) ac leuiorem / atq; moderatiorẽ sustinens
Iob dolorem: uidet' adhuc constantiam habere: pro
grauioribus leuiora facile sustinens: pro acrioribus
mitiores leuiter sufferens. Nam ois poena / atq; om/
nis dolor: qui foris fuerit a corpe: leuior esse uidetur
magis q̃ illi dolores qui sunt in corpe. Ideo corium
pro corio / hoc est poena minor pro poena maiore /
dolor leuior pro dolore uehemẽtiore. Nam aliud est
rem familiarẽ amittere / & detrimenta sustinere: aliud
sane est carnibus ipsis putrescere / & uermibus reple/
ri: & in puluere terrae cõmassari humorem ulcerum:
qui ex ipsis liquescentibus carnibus eligitur. Idcirco
facile sustinet Iob exterioris corii dolorẽ pro dolore
corii ppinquioris: hoc est rei familiaris direptionẽ pro
corpis afflictione. Quãdiu ergo leuiorẽ sustinet / illo
usq; a te nõ discedet / neq; negabit te. Immuta inquit
coria: hoc est / imuta dolores: & continuo imutari eũ
ad blasphemiã senties. Corium (inquit) pro corio.
Huius rei exẽplum ẽt in nobis uidemus. Nam cum
pcutitur quilibet / uel cęditur: frequẽter manum pro
toto porrigit corpore / & ptegit & caput / & dorsum
manu: & uidet' illi ut in manu percutiatur magis: q̃
in dorso: uel in capite: & dat corium pro corio. Co/
rium manus pro corio dorsi / uel capitis. Haec utiq;
uniuersa designãs nequissimus / callide dicit de Iob.
Corium pro corio. Nam sicut hi qui uapulant: co/
rio manuum / alterum corporis ptegunt corium ob

hoc tantum:ut corpus integrum habeant:sic(inqt)
& Iob exteriora rei familiaris detrimenta contemnit
uniuersa tñ : ut corporis effugiat poenam. Sic nãq;
& hi qui in mari nauigant:cum periculum passi fue/
rint:oia quæ in naui habuerint/contemnunt/atq; in
mare proiiciunt ob hoc ut ipsi euadant. Sic & qui/
cunq; diuitum cum in corporis infirmitatem inci/
derint:oẽm substantiam suam libenter offerunt tñ:
ut corporis incolumitatem recipiant. Sic(inquit)&
Iob oẽs diuitias/& oẽm rem familiarem facile con/
tempsit tñ:ut dolores non contingant carnes eius.
Quod autem eo ꝓposito dixerit hæc uniuersa neqs/
simus dæmon:per hæc quæ sequũtur oñdit/dicẽs.
Omnia quæcũq; habuerit homo:dabit pro aia sua.
Sic(inquit)& Iob quæcũq; habuit contẽpsit tñ:ut
modum subitroeat:quomodo deiiciat: quomodo a dei familiaritate puaricet. Ob hoc ergo reseruauit atq; reliqt uxorem Iob:sicut & illos nuncios q dicebant. Ego remāsi solus:& ueni ut nūciarem tibi. Ob hoc solū illos reseruauit:ut cōsequēter dolores enarrerit. Hoc.s.demōstrās/dicit. Dixit ad eum uxor eius. Vxorē dicit dixisse:Sed uere diabolus dixit. Sic nāq; & olim ait. Dixit serpēs ad mulierē. Serpentem dicit dixisse:Sed nō serpēs dixit:sed diabolus q per serpētem est locutus. Sic & nūc istic uxorē dicit dixisse:sed uere nō uxor dixit:sed aduersarius q per uxorē est locutus. Dixit ad eū uxor ei⁹. Quousq; sustines? Quid spamus:qd suspicamur:qd æstimamus: Quo aspectu o uiri:uel qua facie locuta est ad Iob uxor ei⁹? Manifestū est/atq; euidēs oībus:ꝙ illa nō locuta est hilari uultu:neq; læto aspectu:sed tristi/ibrido/nubiloso/flente/oī nihilominus miseria referto/& ipsa uoce lachrymabili/cōmixta lamētationi. Sic itaq; miserabilem se exhibens iniquus/atq; callidus diabolus/aperiēsq; os suū dixit ad Iob. Quousq; sustines? Quis dicit hoc? Vt uidet/uxor:sed(ut se ueritas hēt)ipse diabolus. Quousq; sustines? O neqssime sathana/qūo subtiliter seducis:qūo callide loqueris/o callidissime diabole? Quo(inqēs)sustines/quousq; suffers/quousq; ptelas:quousq; cōstanter pstas? Quādiu (inqt) eris lapidib⁹ robustior/& saxis durior/& oī ferro firmior? Ferrum cū in igne missum fuerit/liquescit:Tu uero in igne putrediīs atq; uermiū/aīo non liqscis. Quousq; sustines? Quousq;(inqt) nō flecteris:quousq; nō deficis:quousq; nō debilitaris? Ac si diceret. Ego deficio o Iob:& tu nō deficis: ego defatigatus sum:& tu nō es fatigatus. Defecerūt a me oīa argumēta:a te aūt nō defecit deuotio atq; pœnitētia. Quousq; sustines:q̄ diutius flagellaris:q̄diu a me torq̄ris: & cūcta sustines/& supportas uniuersa:Et nō solum tormēta atq; supplicia:sed & seductiones/ac uerboꝝ subtilitates:cūcta sustines:cūcta suffers:& a nullo flecteris? Quousq;(inqt)sustines Iob? Qui sustinebat/q torq̄batur/nō est debilitatus/neq; ad sustinendum cōsternatus. Tortor uero eius diabolus delassatus/ac deficiēs/dicit. Quousq; sustines? Nō dixit Iob q torquebat:quousq; sustineam:quousq; torq̄ar? Diabolus uero q nō sustinebat dolores:sed cōfusionē:dicebat ad patiētem/atq; ad sustinentem. Quousq; sustines? Iob q sustinebat:nō succūbebat:Diabolus uero q nō sustinebat:deficiebat. Nō enim hoc qd̓ dr:quousq; sustines? Fortitudinem demōstrat sustinētis:sed affectū ōndit pcutiētis. Cū quærit q cedit:& nō conquerit q uapulat. q̄diu(inquit)sustines? Liquefactæ sunt(inqt) carnes tuæ Iob:cōsumpta sūt ossa tua/& nerui:putrefacta est ēt ipsa terra sub te:& adhuc sustines Iob? Locutio linguaꝝ/& sermo uiatoꝝ/& nuncius trāseuntium/& spectaculū his q lōge sunt:& declamatio his q sunt ppe factus es: & adhuc sustines Iob? Transierūt noctes/& dies/& mēses/in dolorib⁹ tuis:& adhuc sustines? Defeci(inquit)ēt & ego assistēs tibi:iniugulās/& sperās:si quomō deficiēs blasphemares:si qūo succūbens detraheres: & tu nō defecisti/neq; succubuisti. Sed adhuc sustines Iob. Defecere diuitiæ:defecerūt filii:cōputruerūt carnes:liquefacti sunt nerui:& ossa in stercora redacta sūt sub terra/cōcoalescētibus carnibus tuis cōmixta. Et adhuc sustines? Quod efficiunt mortui/post mortem in sepulchro:putredo/& uermes/atq; terræ commixtio: hoc uidelicet tu effectus adhuc uiuere uideris. Et sup hæc oīa/adhuc sustines Iob: & suffers huiuscemodi passionē:qualem nō sustinuit prior te alter:nec sustinebit alius/usq; in sempiternū post te. Quousq; (inquit) sustines? Deficiēs iam gescerit ēt me reqescere facias a bello/& certamine/atq; colluctatione quā habeo circa te. Sed aduersus hæc uniuersa uno uerbo rńdit Iob/dicēs. Si interrogas me o inimice quousq; sustineam:audi. Quādiu tu pcutis:illo usq; ego sustineo:q̄diu torques: illo usq; ego suffero: q̄diu tu flagellas:illo usq; ego expecto:q̄diu non defuerit malignitas quā habes circa me:illo usq; nō deficiet tolerātia quam habeo circa te. Delusisti(inquit)temetipsum o diabole. Computas ꝙ Adam incautū inueneris:& nescisti ꝙ aduersum Iob cōstantem habueris. Sed adhuc ad priorē sensum/atq; sermonē reuertamur. q̄diu(inqt)sustines? Deinde tanq̄ cogitationibus eius/atq; spei cōpendium faciēs/ac rńdens/adiicit dicēs. Ecce expecto adhuc paucum tēpus:sperans spem salutis meæ. Tanq̄ si diceret. Quādiu sustines: hoc tractās:& hoc cogitās/atq; istam spem hńs: qd̓ adhuc modicum tēpus sustinens:salutem/& liberationē/atq; reqem expetens:teipm deludis o Iob. Nō enim ita es apphensus:ut modicum sustinens tēpus euadas. Nō talia(inqt)te mala circūdant:o hō: Non cum modicū tpis hæc supportaueris: salutem sperabis:sed sustinēs(inqt) sustinebis: & patiens patieris: & finis passionis/& doloris tui/nō erit. Quod enim facturus es/in ultimo cū plurima passus fueris:ac sustinueris/ut blasphemes. Hoc sane cur non facis celeriter:ut saltim uel unū ex ipsis doloribus effugiēs/regescas. Hæc itaq; uniuersa/atq; alia his pluriora/nequissimus diabolus licet nō euidētioribus uerbis sermocinatus: sed attñ occultis cogitationibus ad Iob locutus est:subtiliter seducere uolēs famulatū dei inuiolabilem. Sup quæ uniuersa adiiciens dicit. Ecce enim exterminata est memoria tua e terra:quid expectas? Quid sustines:quid speras:qd̓ tps salutis expectas? Exterminata est memoria tua e terra. Exterminata est enim/sublata/finita/piecta. Esse(inqt) uideris: & tanq̄ nō sis/ab oībus reputaris. Deseruerūt nāq; te oēs:discesserūt cūcti:obliti sunt uniuersi:despauerūt te toti:& pprii/& exteri:& q ppe/& qui longe sunt: quia deleta est memoria tua a terra. Quanti(inquit) magni fuerunt a sæculo:& plerūq; eoꝝ memoria pmanet/aut in uerbis/aut in factis/aut in filiis/aut in filiabus: Tua autē memoria oīs subito exterminata est a terra. Neq; uerbum(inqt)post te/neq; factum/neq; filius/neq; filia pmanet per quæ possit stare memoria tua. Ergo qa nullum de his post te in memoria remansit:

ria remansit:ideo exterminata est memoria tua a ter/
ra:Non solum oblitterata/sed exterminata / tanq̃ de/
leta/atq; extersa:tanq̃ quæ ultra non sit:cui digne mi/
deatur.In memoria æterna erit iustus . Et memoria
iusti cum laude.Deinde absc̄odens se diabolus iden/
tidem/atq; tegens iniqtatem suam:c̄ouertit hunc ser/
monem ad uxoris psonam:& tanq̃ ex illius persona
loquēs/dicit.Filii tui quos fidem docuisti:quos pie/
tatem induisti:quos charitatem adinuicem circa oēs
hēre istruxisti:Filii tui pro qbus corde fuisti sollicitus:
& aīo cogitasti : & singularia sacrificia imolasti . De
quibus apud temetipsm dixisti . Ne forte filii mei in
præcordiis mali aliqd cogitauerint aduersus deum.
Isti ergo filii tui quos tibi hæredes fore spasti:a qbus
sepulturam accepturꝰ te expectasti : per quos nomē
tuum/ac memoria post te pmanere credidisti. Isti er/
go filii tui qbus nihil est iter hoies dulcius:quibus ni
hil est iter carnales carius. Isti filii tui quoꝝ uisionem
nō expectabis amplius:quoꝝ faciem nō uidebis ul/
terius:quoꝝ reuersionem non speras amplius:Non
enim in pfectionem terrenam precerunt : ut denuo
reuersionem speres eoꝝ : neq; in nauibus nauigātes
ad exteras puincias trāsierunt:ut denuo ad tēpus re/
meantes:suscipere atq; uidere eos possis : Terra illos
subito cooperuit:& mors illos pariter cunctos pdidit:
Domus ruina cōe sepulchrum illis cūctis effecit . Isti
(inquit)filii tui/& nō solum filii/sed & filiæ . Si eni
soli filii piissent : filiæ uero supessent : dimidia fuisset
miseria:dimidiusq; nefandus dolor. Filiaꝝ nāq; po/
steritatem pro hæredibus expectares:filiaꝝ pgeniem
pro cōsolatione duceres:Restituerēt tibi filiaꝝ nati/
filioꝝ direptionem. Nūc uero & filii tui/& filiæ oēs
pariter periere:oēs sub una hora deleti sunt:oēs uno
tēpore in morte tanq̃ in pelago demersi:oēs in una
domo tanq̃ in una naui a terræ pelago absorti sunt.
Et sicut hi qui in pelago demerserint:ascēsionis/uel
salutis spes ulterius non est:sic filioꝝ(inquit)tuoꝝ/
& filiarum/a mortis lamētabili pfundo absortis:re/
uersiōis uel reparatiōis spes amplius nō est : ut diem
memoriæ tuæ celebrēt:ut tps recordatiōis tuæ agāt.
Sic(inquā)filii tui/& filiæ/oēs ante tps pierunt:oēs
ante tps a morte direpti sunt:ut nō derelinquerēt po
steritatem:ut cum nepotes super nō sunt:aut a nullo
nominenf.Sed noli putare o Iob / qđ tibi soli filios
istos deputē:Sed mihi potius deputo:sed mihi ma/
gis succēsco. Mei(inquit)uteri sunt/gemitus/& do/
lores quos in uacuum portaui:Laborās cum gemi/
tu/retributionem ab illis nō accæpi : remunerationē
ex eis nō hēo. Vteri(ingt)mei gemitus / ac dolores.
Cum gemitu & labore a me nutriti:miseram/atq; so/
litariam me reliquerūt in doloribus / atq; gemitibus
me dimisere. Cum doloribus(inquit)ac gemitu pe/
peri:dolores ac picula in die natiuitatis eoꝝ sufferen
do. Cum dolore ac gemitibus nutriui:cōpassa infan
tiæ eorum atq; ifirmitati cōgemiscēs languoribus/
atq; gemitibus eoꝝ. Nā cum igemiscerēt:simul ige/
miscebam cum eis:cum ifirmarētur:ego in me susci/
piebam ifirmitatem atq; dolorē illoꝝ . Quis(ingt)
ex his q generāt filios:ignorat o Iob filioꝝ dolorē?
Quis ex his q natos pcreant:amorē/atq; affectum fi/
lioꝝ nesciat:q̃a oēm dolorem/atq; oēm ifirmitatem
natoꝝ libēter in se parētes suscipiāt? Tātum ne aliqd
moleste eis accidat. Hoc (ingt) ego præ oibꝰ matri/
bus deuote impēdi natis ex me pcreatis/filiis tuis/&
filiabus uteri mei doloribꝰ/atq; gemitibus. Sed hæc
cūcta cū passa fuerim/atq; sustinuerim i uacuum:ua/
ne expectaui:cum sepulturā mūdam eis facere mini/
me ualui:illis a qbus mihi honorabilem sepulturam
spaui. Post quæ uniuersa : nihil(ingt)dixissem:nihil
cōquesta fuissem:si te o Iob nō ifirmū uiderem:si te
sanū habuissem : sed leuia fuissent mihi oia:si te inco
lumē sustinuissem . Sicut enim rei familiaris iacturæ
memor nō eēm:si liberos nō amisissem:sic similiter
nō eēm recordata rei familiaris/nec filioꝝ:si tibi ico/
lumi gratulata fuissem. Nūc uero & tu ipse Iob sedes:
in putredine uermium pnoctās:& puigilās:cum ue/
hemēs dolor tuus/atq; admirabilis tua passio aufe/
rens a te requiem:& uigilias tibi pcurās : dolores tuos
efficit amariores. Tu ipse(ingt)in putredine uermiū
sedes. Quod eni efficiunt oēs præ morte:hoc nimiꝝ
effectus es tu solus añ mortem . Quod eni efficiūtur
oēs q moriunf in sepulchro:hoc uidelicet effectus es
tu solus in murana. Tu aūt ipse sedes in putredie uer/
mium:qd in multitudine gloriaris iustificationum?
Tu aūt sedes in putredine uermiū pnoctans/ac uigi/
lans:plurimos eni habes/q te excitent:uermes . Non
eni sic gallus ille q post hoc petrū uocauit:excitare il/
lum potuit:sicut te excitāt uermes q deuorāt carnes
tuas. Non tm̃ ægyptios illæ plurimæ excitauere pla/
gæ:sicut te multiplex suscitat putredo. Post q̃ uniuer
sa:Et ego(ingt)ut uaga / & habitu ancillæ ambulās
de loco in locū/& de domo in domum opiscā : ex/
pectās qñ sol subeat:& requiem hēam laboꝝ/& gemi/
tuum q nūc me apphēdere. O malignitas aduersarii/
o malignitas diaboli/o fallacia neqssimi/quā blande
loqtur:quam callide decipit:quā miserabiliter fatuū
ut puocet sensum:ut atterat mētem:ut exaggeret ani
mū:ut pturbet pcordia:ut imutet cōsciam : delassan/
do/atq; fatigādo : & debilem atq; desparantē efficien/
do:ut ad blasphemiā eum puocaret/atq; cōuerteret.
Nā ei q aliquē passus fuerit dolorē:si ipsi eius dolo/
res uerboꝝ nō puocētur admonitiōe/aut impropé/
riis:icrepationes minores/atq; mitiores uidētur esse:
magis q̃ cum prouocantur uerbis : atq; admonētur
eloquiis:& subtilitate uerboꝝ exulceratur aīa patien
tis. Hoc scilicet nequissimus sciens diabolus:uersute/
ac callide per os uxoris loquens:oium eum ab initio
cōmonefecit doloꝝ. Vxoris nomē cum audieris:no
li putaf/qđ uxor hæc locuta fuerit:sed ore uxoris de/
seruiēte : locutus est p os eius malignissimus diabo/
lus qui ēt/& impias cogitationes seminauit in aīa il/
lius. Animaduerte qūo oēs ipsos enumerat dolores:
qūo de omnibus eum cōmonefacit. Quousq; susti/
nes paupertatem/inopiam/nuditatem/deformitatem/

improperia/maledictiones. Deinde filii tui / & filiæ
perierunt/interiere/intercæpti sunt/deleti sunt. Item ue
ro: tu ipse sedes in putredine uermium: oibus execra
bilis/oibus abominabilis/oibus detestabilis: ad ui
dendum/& ad approximãdum/atq; ad audiendum
& ad ipsam putredinẽ/oibus odiosam/odorãdam.
Deinde post hæc uniuersa. Et ego (inquit) ut uaga
& habitu ancillæ circuiens de loco in locum / & de
domo in domum: & cætera qbus subtiliora/atq; cal
lidiora/in subuersionem loq non poterat. Post quæ
uniuersa pro oium cõclusione. Postq̃ ꝓuocatum/&
perturbatum/atq; circa deum excitatum esse putauit
cor eius: in supplemẽto oium dicit. Dic aliquod uer
bum in dñm: & morere. Ad hoc enim illum addu
cebat atq; attrahebat: ad hoc flagellabat: cũ hæc uni
uersa loqueretur malignissimus diabolus. Nã cum
nõ ualeret per dolores: nixus est/atq; putauit: quod
per seductionem eum subuerteret. Sed illic uere ad
impletum est id quod post hoc dictum est: Firmum
fundamẽtum dei stabit. Illic uere adimpleta est para
bola illa quæ a domio dicta est. De domo illa firma
quæ sup petram fundata/atq; ædificata est: quã oẽs
uenti/& aquæ: & oĩs impetus diaboli cõmouere nõ
potuere. Talis uere fuit admirabilis Iob / quẽ omne
supplicium diaboli nõ compulit/deum derelinque
re: quem oĩa argumẽta aduersari non seduxerũt: ut a
creatore discederet. Sed adhuc uelut ex uxoris ꝑsona
huius uerbi mẽtionem faciamus. Et ego (inquit) ut
uaga & habitu ancillæ. Et ego mala tua (inquit) te
cum baiulo: tuos dolores tecum sustineo: tuas mise
rias tecum patior. Et ego (inquit) discedere nõ pos
sum: derelinquere te nõ tolero. Et ego/ut uaga & ha
bitu ancillæ. Vaga uelut peregrina/latitãs misera/so
litaria/infœlix/inops. Et ego uaga/ueluti erronea: tã
q̃ uiarum/& egressuum/atq; totius ciuitatis trãsitus
ignara. Nam itra palatia nutrita/& in regno uiuens:
& in principatu atq; opulentia degens: oium foris
eram ignara. Ob hoc ergo (inqt) uaga circũeo: atq;
erro: utpote oium inscia: & uiarum & itinerum/&
incessuum/& colloquorum. Et nõ solum uaga: sed &
habitu ancillæ. Tanq̃ mercẽnaria/atq; aliis indigens:
tanq̃ infœlix & oimodis inops: habitu ancillæ: ut
pote operãs/ac laborãs: & mercimonia faciens: atq;
oibus supplicans/atq; oibus humilis: utpote oibus
subiecta. Sic itaq; ut uaga (inquit) & habitu ancillæ.
Innumeri serui/atq; inumeræ ancillæ seruierũt mihi/
& ministrauerunt & detulere & requiem dedere: &
undiq; cum reuerẽtia adorauerũt me: Nunc uero ad
tãtam infœlicitatem deuoluta sum: ad tãtam miseriã
perueni: ut ipsa ego uaga aliis seruiam oibus indigens/
oibus subiecta. Ego (inqt) quæ in numero inopum
atq; pauperũ/infœlicium quoq;/atq; nudoꝝ/sitien
tiũq; & esuriẽtium: olim ex tuis/ac meis laboribus/
atq; facultatibus saturaui uestiui/bñfeci / requiescere fe
ci/refrigeraui. Ego (inquit) nũc ad tãtos dolores/&
miserias/atq; infœlicitatem perueni: ut tanq̃ uaga cir
cuiens: aliisq; pp inopiam seruiam. Ut tibi (inquit) o
Iob/quotidianã æscam mercenno acquiram: ut tibi
quotidianũ uictum iueniam. Ob hoc (inquit) ut ua
ga/& habitu ancillæ de loco ad locum circũeo/& de
domo in domũ: sicubi exposcam/& mẽdicem/expe
tam: uelut etiam mercimonio exigam. De loco ad lo
cum: & de domo in domum circũeo. Alicubi (in
quit) suscipior: alicubi autem non suscipior: alicubi
defertur mihi: alicubi non defertur/alicubi honorifi
cor: alicubi nihilominus execror. Nam pleriq; cum
id qđ nõ suscipiunt: insup execrant/declinãt: abomi
nant nr̃am infœlicitatem. Vnusqsq; sibi metuẽs: &
tanq̃ pro augurio meũ accessum / atq; itroitum præ
tumore declinat: ne forte cum nr̃a miseria tãgat. Ob
hoc (inqt) Iob de loco in locũ circũeo/& de domo
in domũ. Ego (ait) quæ olim foras nunq̃ exiui: quæ
foras nunq̃ respexi. Nũc uero de loco in locũ circũ
iens: & de domo in domũ ab oibus circũspicior: ab
oibus contẽplor: & a malis/& a bonis/& a cognitis/
& ab incognitis. Nam hi (inqt) qui olim nec uidere
me: neq; uidere potuere: isti nunc ut uagam me circũ
eũtem: cũ ignominia uidẽt: atq; contẽptu cõtemplã
tur. Ob hoc (inqt) de loco ad locũ circũeo: & de do
mo in domũ: opis grãm expectans: qñ sol subeat: ut
requiem hẽam laboꝝ/atq; gemituũ: qui me nũc app
henderũt: qui me nũc occupauere: tam pro tua pas
sione/q̃ ẽt pro mea uagatione/tam pro tuis dolori
bus/q̃ ẽt pro meis tribulationibus. Expectans qñ sol
subeat. Ob quã rem? Ob hoc (inquit) ut requiem ha
beam laboꝝ ac tribulationum mearũ. Nam cum sol
(inquit) occiderit: nox appropinquabit: & tenebræ
oriunt: & supuenit somnus: q oẽs dolores mitigat:
qui omne uulnus sedat / q oẽm tristitiam sopit. Ob
hoc ergo (ait) tanq̃ requiem/& oium tribulationũ de
positionem: sic expecto qñ sol subeat: ut saltẽ uel bre
ui noctis tp̃e a tribulationibus quæ me nũc apphen
dere: requiescam. Sicut enim locus loco me reddit: &
domus domui stipem quærẽtem: & eleemosynam/
atq; humanitatẽ uagam circũeuntẽ: sic similiter dies
diei me tradit: & nox nocti requiem tribulationũ / atq;
doloꝝ cõsolationẽ quærẽtem: expectãs qñ sol sub
eat: ut requiem hẽam tribulationũ quæ me nunc app
henderũt. Nam solis occasus oibus humanis labo
ribus/ac fatigationibus finem iponit: solis occasus
uniuersis humanis naturis requiem præstat/& paupe
ribus & hñtibus/& seruis/& liberis: Et oẽs uesperũ
atq; solis occasum: uelut libertatẽ/& indulgentiam/
atq; requiem expectãt. Cum qbus oibus (inqt) etiam
ego expecto qñ sol subeat: ut requiem hẽaꝫ tribulatio
num quæ me nũc apphendere. Voluerunt qdam &
aliter hæc dicere: quasi nõ posse p diem præ uerecũ
dia/atq; cõfusione p domos ire: & stipem accipe/pro
cernẽtibus/& declinãtibꝰ pp augurium/ne ei occur
rerẽt: uel in domũ susciperẽt: metuẽtes ne eadẽ pate
rent ẽt oẽs: ad quos accessisset: uel qbꝰ approximas
set. Ob hoc ergo dicit. Expectãs qñ sol subeat: ut i te
nebris nocturnis requiem inueniã. Sed uere supior ex
positio uera/atq; irrefutabilis est. Sed post hæc uni
uersa ad

uersa ad illum sermonem cōuertamus : cuius ēt hæc
uerba fuere ad diabolú. Nam hic gloriaᷣ/qđ de loco
in locum circūeat/& de domo in domū : ut seducat:
ut perturbet:ut cōmisceat:ut decipiat:ut ea quæ deo
contraria sunt:cunctos doceat. Et expectat quando
sol subeat:ut requiem habeat laboꝝ/ac tribulationū.
Nam ubi sol iustitiæ nō subierit:ubi lux ueritatis nō
luxerit:ubi tenebræ/& obscuritas infidelitatis/& er/
roris/atq; impietatis/fuerint : illic malignus requescit:
illic oēm iniquum suum laborem deponit. Idcirco
de loco in locū circūit / & de domo in domum : ut/
pote aerius spūs cuncta penetrans atq; circūuolans:
& oia circūspiciens:& ubiq; oia inquirēs:sicubi suæ
malitiæ neq̄tiam requiescere faciat. Quod aūt ita sit:
etiam ipse dūs in euangeliis demonstrat dicēs. Cum
īmūdus spūs exierit de hoīe circūit/quærens requiem.
Sic itaq; & istic circūit de loco in locum/& de domo
in domum:sicubi subeūtem īueniat solem:Inueniat
& tenebras/& obscuritatem/atq; noctem/impudici/
tias/& adulteria/& ꝑtinaciam:ut illic requiescere fa/
ciat uniuersam suam iniquitatem/atq; oēm laborem
suum. Sic nāq; requiescit apud huiuscemodi : ut ul/
tra non opus hēat laborare:ut eos seducat:Proprius
nāq; habet illos:& in illis requiescit. Idē ergo diabo/
lus sane dixit. Circuiui oēm terrā:& ꝑagraui ea quæ
sub coelo sunt. Idē ipse etiam nunc dixit:qđ de loco
ad locum/& de domo in domū circūient. Idem ipse
etiam adhuc circūit : quærens requiem. Sed cum uni/
uersam malitiam suā ꝑfecerit diabolus:atq; oēm ini/
q̄tatem suam demōstrauerit:ońdit in finem q̄d cogi
tauerit:q̄d quæsierit:quid ue cupierit:dicēs. Dic ali/
quod uerbū in dūm : & morere. O iniq̄tas/& mali/
tia/fallacia quoq;/atq; uersutia tua/diabole:quātum
ꝑcucurristi:& quātum circuisti:& quātum tuis ser/
monibus/atq; callidis locutionibus complexus es:
cum cōmonefacis eum doloꝝ/plagaꝝ uermiū / pu/
tredinum/filioꝝ interitus/atq; uxoris uagationis. Et
postq̄ per hæc uniuersa raptū illum/atq; post se con/
uersum habere putat:Post hæc nihilominus oia/q̄si
ḡtam atq; syncæritatem illi demonstret:& tanq̄ sol/
licite illi cōsilium ꝑbeat/ait. Dic aliquod uerbum in
dūm:& morere. Melior(inquit)ēst mors/o Iob : q̄
uita amara:& requies æterna:q̄ ꝑseuerās infirmitas.
Ideo dic aliquod uerbum in dūm:& morere:ut ina/
nem hanc uitam finias:ut hæc amara tormēta relin/
quas:ut ab istis uehemētioribus doloribus transeas.
Ob hoc ergo/dic aliquod uerbum in dūm:& more/
re. Dic aliquod uerbum qđ irritet : quod exacerbet:
quod exasperet. Dic aliquod uerbum uitii / rep̄hen/
sionis/blasphemiæ criminationis. Dic aliquod uer/
bum in dūm. Accusa de iustitia:criminaᷣ de malitia:
rep̄hende de impietate. Dic aliquod uerbum : quod
neget illum/& ꝓuidentiam eius/atq; prouisionem/
præscientiam quoq;/ac uirtutē/atq; magnitudinem
illius. Sic ergo dic aliquod uerbum in dūm:& mo/
rere. Si enim aliq̄d huiusmodi dixeris:cōtinuo mo/
rieris:continuo de oibus ꝑsentibus doloribus secu/
rus/atq; alienus redderis:cōtinuo neq; cōfusionem
(inquit)sustines:neq; improperia audis:neq; dolo/
rem pateris:neq; poenam suffers:Sed cuncta ꝓtinus
deponens:īter mortuos requiesces. Dic(inquit)ali/
quid uerbum in dūm:& morere. Hoc(inquit)expe
cto:hoc sustineo:hoc desydero:hoc quæro:ut dicas
aliquod uerbū in dūm:& moriaris. Ob hoc(inq̄t)
plurimo aduigilaui tibi:obseruās/atq; in speculis se/
dens:qn̄ succubueris:qn̄ flexeris:qn̄ defeceris: quan/
do in his doloribus fatigatus:atq; in ipsis tormētis
dilassatus:ad rep̄hensionem creatoris flexeris:atq; in
sancti dei blasphemiā te cōuerteris. Cum ego(inq̄t)
hæc uniuersa ꝑfecerim/atq; ꝑegerim:unum mihi uer
bum cōdona:unum uerbum me exaudi:unum uer/
bum dicito in dūm:& morere. Quod enim tu dictu
rus es post paululum/o Iob : menses uacuos/& no/
ctes doloꝝ sustinui:Hoc(inquit)ego iam ex hoc su/
stineo:menses uacuos ꝑtransiens/ꝓpter imutabilem
passionem tuam:& noctes doloꝝ peragēs / propter
aīam tuam in doloribus nō succūbentem:Nō enim
te(o Iob)ita isti dolores affligunt:sicut me tua tole/
rantia ꝑuecat. Pro his ergo oibus dic aliq̄đ uerbum
in dūm:& morere. Sed tale uerbum dic : ut cōtinuo
mortem tibi ꝓcuret. Sed bene dixit postmodum is
qui ait. Aqua multa nō extinguet charitatem:& flu/
mina nō inundabūt eam. Oia enim flumina / & oīs
impetus/& oīs inundatio maligni / atq; malitia dia/
boli/extinguere/uel inundare purā illius charitatem
Iob:quam circa dūm deum habuit:nō potuere. In/
ditium huius rei ea quæ iampridem digesta sunt:&
ea quæ adhuc subsequenter ꝑficientur:demonstrāt.
Nam mox istic in subsequentibus dicit. Ipse uero re/
spiciens ad eam dixit. Quasi una ex insipiētibus mu
lieribus/ita locuta es. Ipse uero respiciēs in eam. Ipse.
Quis? Iob. Ipse respexit in eam:qui ante ad deum re/
spiciebat:qui primum dūm contēplabatur:qui du/
dum ad æternam incorruptionē syncæriter intēde/
bat. Ipse ergo respexit:Ipse ille imobilis/indeclinabi/
lis insubuertibilis:inseducibilis/ipse qui circūuentus
non est:qui a deo non est abstractus : Ipse respexit ad
eam. Ad quam eam? Ad uxorem/ad insidias/ad mu
sipulam / ad subuersionē/ad ruinā. Nam illa quam
uxorem esse oportebat:& oium bonoꝝ consiliatri/
cem/atq; suffragatricem: effecta est illi īsidiæ/retia/ac
fraus/atq; totius impietatis cōsiliatrix/uel fautrix:q̄q̄
iustus Iob illam non audierit. Sed interim ista cum
ministram se maligni effecit:quantum ad ipsam/cir/
cūuenire atq; supplantare beatum Iob/studuit. Meri
to iustus ille respiciens ad eam:primum ad eum qui
in ea loquebatur/idest diabolum:respexit:primū ini
micum illum qui ꝑ os eius insidiabatur:itellexit:atq;
malitiæ eius occurrens : restitit:& per illam quæ ad
eum locuta est:diaboli iniq̄tatem redarguit/atq; deie
cit:Quod demonstrās scriptura dicit. Ipse uero respi
ciens ad eam. Turbido aspectu/imutata facie fremēti
locutione/ꝑturbato uultu. Ipse uero respiciēs ad eā:
cum ira/ac furore/cum indignatione/atq; contēptu.

Cognóuit nãq/quia maligni erat hæc seminatio:qa
maledicti semen hoc fuerat : quia iniusti erat ille fru/
ctus:qa nequissimi fuit hæc concitatio. Idcirco respi/
ciens : ad eam quidem respexit. Sed ad diabolum di
xit:ad diabolũ locutus est:Cur inquit/o diabole ini/
mice iustitiæ / atq oium bonoꝝ aduersari : Cur sup/
uacue speras:cur stulte cogitas:cur hũiliatum temet/
ipsum plus humilias:cum putas quod Adam inue/
neris:nesciens quod aduersus Iob habeas? Neq hoc
te informauit:quod præscius oium dñs dixit. Non
est similis illi quisq̃ super terram? Neq hoc te reuoca
uit : quod uniuersam iniqtatem tuam/in me oñdés:
& oĩa bella tua aduersum me suscitans : confusus in
oibus reuersus est/deformatus:in oibus cõuictus es.
Post illa oĩa/sicut Aeua ad Adam:ita ad me uxorem
meam misisti:sperãs/infoelix:quia quod uel his tor/
mentis non perfecisti:hoc nihilominus uerbis sedu/
ctionis ꝑficeres:teipsum deludens/atq circũueniés.
Aeuæ enim exẽplar iuenisti:Sed ruinam nõ iuenisti:
sed in eum qui in te Adæ fraudem ulciscatur:occur/
risti. Sed aduersus eum insurrexisti:qui typum gerit
illius qui in nouissimo tpe ueniens conculcabit ca/
put tuum:Cõminuet uirtutem tuam:confundet for
titudinem tuam:humiliabit altitudinem tuã: & deii/
ciet elationem tuã:uindicabit in te prioris Adæ sup/
plantationẽ:illius ruinam excitãdo: & tuam elatio/
nem deiiciendo. Hæc itaq uniuersa/atq alia his plu/
riora/per ꝑsonã uxoris ad diabolum locutus est : in/
crepans illum/atq deformans. Nam sicut diabolus/
per uxorem eum seduxit:ita ẽt ipse per eam demum
diabolum deformauit / atq redarguit : Sed tñ & ad
ipsam uxorẽ dixit. Quare sicut una ex insipientibus
mulieribus ita locuta es? Cur(inquit)maximã insi/
pientiam arripuisti/atq aggressa es:Cur teipsam uas
diaboli effecisti:Cur teipsam habitationem maligni
ꝓparasti:Cur diabolus locutus est per os tuum : in/
fatuans primum mentem tuam/atq aiæ tuæ intelle/
ctum? Tãta digna eras o mulier maledictione/ac de/
lectione/ita quoq/atq indignatione/uel deformita/
te:quanta ut deum blasphemarem/ac reꝑhenderem/
atq criminarer:me ꝑsuasisti: & ꝑ ipsam blasphemiã/
mortem sup me inducere operã dedisti:Quibus nec
quicq̃ est sceleratius/ac nequius/illicitius quoq/atq
impudentius:idest dei blasphemia / & morte spõta/
nea. Quare/ut una ex insipientibus mulieribus : ita
locuta es? Quare(inquit)non meministi meæ do/
ctrinæ/o mulier:quare oblita es mea mandata? Hoc
foemina:hoc ne audisti a me:ut creator blasphemet?
Hoc ne audisti a me:ut deus criminetur? Vocẽ tuam
(inquit)cognosco/o mulier: sicut & olim Isaac Ia/
cob:sed seductionem tuam non cognosco: & doctri
nam tuam non suscipio. Agnoui enim quod neqs/
simi aduersarii lætale uenenum est. Quare sicut una
ex insipiẽtibus mulieribus:ita locuta es? A quo sen/
sum/ac sapientiam accepisti:hunc criminari nõ pe/
percisti:a quo prudentiam & intellectum accepisti:
hunc blasphemare non timuisti. Cur tanq̃ una ex in/
sipientibus mulieribus locuta es? Plurimæ(inquit)
o mulier / a sæculo insipientes oñduntur foeminæ:
& inumeræ ab initio irrationabiles demonstrantur
mulieres: Aliæ minus:aliæ aũt plus:quædam carna
liter:quædam aũt spiritualiter. Insipiens fuit Rebec/
ca:qñ dixit ad Isaac. Da mihi filios. Non enim in po
testate Isaac erat hoc:sed in dei potestate/atq opatio/
ne:Sed insipiẽtior hac fuit obscæna illa ægyptia me/
retrix quæ maximam impietatẽ aggressa : ad castissi/
mum illũ : atq iustissimum Ioseph dixit . Mane me/
cum. Insipiẽs fuit uxor Tobiæ:quæ iniuste dixit ad
Tobiam. Vbi sunt iustitiæ tuæ: & eleemosynæ tuæ?
Ecce quæ pateris oibus cognita sunt . Sed insipien/
tior hac fuit:quia & nequior: & execrabilis illa imun
da/atq luxuriosa Dalida quæ clanculo seducẽs Sã/
son pure se diligentẽ:in derisionem/atq in mortem
imparcenter tradidit: Aliæ nimirũ innumeræ ex scri/
ptura oñdi possunt insipientes mulieres : Quas oẽs
nunc istic uno uerbo perstringens Iob:dixit. Quare
tanq̃ una ex insipientibus mulieribus locuta es? Ex
insipientibus(inquit)inutilibus/stultis/impitis/irra
tionabilibus/impiis/atq iniustis. Cur inquit tanquã
una ex insipientibus huiuscemodi mulieribus locu/
ta es? Sed quia non dixit:Tanq̃ quædam ex insipiẽ
tibus mulieribus:Sed tanq̃ una:Propterea quæren/
dum est:quæ/uel qualis sit hæc una insipiẽs:Opor/
tet enim esse illam singulariter insipientem/ & super
oẽs/atq plus oibus:utpote omnibus mulieribus isi
pientior/hæc sola ostensa/atq demõstrata . Quæ est
hæc? Aeua prima mulier/prima insipientia/maxima
in irrationabilitate:inops sensu/atq sciẽtia/exors pru
dentiæ/ & itellectus:quæ maximam insipientiã toto
mũdo inuexit:quæ singulariter irrõnabilitatẽ oium
mortalium sæculo induxit:cũ peccata/atq mortes/ꝑ
inobædientiam mũdo ꝓducit. Huius nũc euidẽter
memor Iob: & de hac uxorem suam cõmemorãs:di
xit ad eam. Quare tanq̃ una ex insipientibus mulie/
ribus locuta es . Et non ita:sed plus/ac deterius/atq
grauius: Nam memorata Aeua / cum olim(inquit)
in principio locuta esset : & mandatum dei derelin/
quere eum doceret/atq seduceret : ꝑsuasionis causa/
ligni speciem / & fructus dulcedinẽ protulit illi/atq
oñdit : Tu uero/o mulier/foris ab omni occasione/
detecta impietate:deum sanctum blasphemare: & mi
hi ipsi mortem fodere doces:atq ad oẽs:merito di/
gne a me audis . Cur tanq̃ una ex stultis mulieribus
locuta es? Tu (inqt) o mulier/factis es deterior æua
in insipientia:Sed ego(ait)nõ effectus sum:ut Adã
in stultitia:Propterea tuis seductionibus non obæ/
dio:propterea non seducor ab eo qui in te loquitur
diabolus:Quare tanq̃ una ex insipientibus mulieri/
bus locuta es. Fortiori proelio iã cõfecto : ꝑiculosio/
ribus doloribus iam supportatis : amarioribus tor/
mentis iam baiulatis : terribili pelago iam superato:
uehementioribus periculis iam cõsumatis:cum iam
salutis spes palam sit : cum iam imarcessibiles coro/
næ euidenter ostẽdantur:nunc me compellis o mu/
lier/deum

fier/deum blasphemare & mori: ut post omnia amarissima/ac miserabilia/atq; lamētabilia supplicia quae sustinui/beatissimis remuneratiōibus post hoc alienus efficiar: & non solum hoc: sed & post mortem terribiliū poenaꝝ: apud inferos ꝑpetuo sim haeres! utpote qui idigne/atq; iniuste sanctū deum blasphemauerim. Post quae uniuersa/o mulier maledicere/ac negare/atq; blasphemare me deuz compellis! Ob quam rem dicito. Ob hoc inquit: ut moriaris: ut mala quae te nūc circūdederunt derelinquas bene. Audi iterum. Porro si nō placuerit deo qui habet uitae ac mortis potestatem: ut postq̄ renuero illum/ac maledixero/atq; blasphemauero: cōtinuo moriar: sed ēt hic in terrenis istis doloribus/diutius affligat/utpote suum apostatam: & illic aeternis poenis tradat/utpote se blasphemātem. Si igitur seruiēs illi/& colēs/atq; gratias agēs: tales sustineo dolores: qualia sustineam apud inferos supplicia (o mulier) si discedēs ab illo: negauero/& renuero/atq; blasphemauero illū! Nam istorum breuissimoꝝ doloꝝ quos in corruptione sustineo: erit finis. Et cum gratiaꝝ actionibus eos usq; in finem sustinens: aeternae beatitudinis a deo spero mihi remuneratione. Illis autem q deū blasphemauerint: diutius uenientibus in corpore uae erit. Plus autem erit uae illis apud inferos: cum in ꝑpetuo torquebuntur in flāma ignis inextinguibilis. Quare ergo tanq̄ una ex insipientibus mulieribus/locuta es. Et cū deū blasphemare suades mihi: & mihi ipsi mortem/atq; iternectionem ut ꝓcurem: doces! Quibus nequius/atq; scelleratius nihil est. Omne enim peccatum per poenitētiam indulgētiam accipiet: & oēs q synceriter poenituerint: remissionem/& misericordiam a deo cōsequentur/atq; inuenient. Hi uero qui semetipsos iterfecerint: qui sibimet ipsis mortem intulerint: isti nunq̄ requiem habebūt: isti in infinita saecula nunq̄ inuenient refrigerium: Sed aiae eoꝝ mox ut de corpore exierint: in tenebras deducerentur: ubi cum Iuda/& Achitophel in perpetuo torquebūtur: qui post in alias impietates sibimet ipsis manus inferre/ausi fuere. Nullus ergo ex bene intelligentibus: uel deum timentibus hoibus/mortis causas sibi debet inuenire: nō debet semetipsum iterficere: neq; oino ullus deum timentium/debet sibimet ipsi mortē optare. Quod si uerbo oino mors optanda non est: multo magis mortē factis nullus sibi debet inferre: ne cum praefatis apud inferos aeternis tradatur tormentis. Ob hoc ergo dicit Iob ad diabolū q mortis illi blasphemiam suadebat. Quare tanq̄ una ex insipientibus mulieribus locuta es! Ac ueluti diceret. Quare tanq̄ una ex insipientibus aiabus/fatuis/scelleratis/impiis/deo odibilibus/deo resistētibus: ita locuta es! Quia nec deum times: nec uirū uereris: neq; teipsam confusionem indueris: neq; uehementioribus (ait) meis doloribus compateris. Super haec aūt oia/neq; hic consyderasti: ne forte post blasphemiam (si blasphemauerimus) deteriora pati incipiamus. Quare tanq̄ una ex insipientibus mulieribus locuta es! Ego patior: & tu me blasphemare compellis: Ego affligor: & tu/ut mortem ꝑtam: me cogis: Ego tales dolores sustineo: & tu me creatorē blasphemare doces/ut mala malis/atq; dolores doloribus meis adiicias/o mulier: uel potius qui in te/uel per te loquitur inimicus diabolus. Quare ergo tanq̄ una ex insipiētibus mulieribus locuta es! Sic locuta est post haec & ait Hiezabel ad Achab. Sic locuta est & Haerodias ad Haerodem: cum illa sane Haeliam interficere: ista uero Ioannem occidere suaderet: & caeteras oēs impietates eos doceret. Sic (inqt) & tu (o mulier) mortem mihi/atq; iternectionē/per dei blasphemiam ꝑsuades: ut cū hoc quod male morior: cum hoc ipso iniuste blasphemem. Sed uigilo (inquit) in praelio qd' aduersum te gero/o diabole: sed non obdormio in stadio quod circa te habeo/o nequissime aduersari. Nō enim me obdormitātem inuenies: quēadmodum neq; dormientē: sicut illos in quibus post hoc facile zizanias inseminasti. Te (inquit) o inimice per uxoris ꝑsonā increpo. Tu enim insipiens/atq; totius impietatis author/& pater. Te ēt pro hoc sancti uelut insipientem arguētes dicent. Dixit insipiens in corde suo. Nō est deus. Tu (inquit) o diabole/& in antiquissima illa muliere maximā insipientiam inseminasti: & in ista nūc muliere ipiam insipiētiam produxisti: Merito ergo dico ad illam. Quare tanq̄ una ex ex insipientibus mulieribus locuta es! Te recolentes o mulier post hoc prophetae: & malū/atq; insipiens tuū consilium duriter detestantes/dixere. A coniuge tua te obserua: ne quid dixeris illi: Et alia plurima his similia: per quae uniuersa adiecit/dicens. Si bona suscaepimus de manu dñi: mala aūt quare non toleremus! Aduerte (inquit) o insipiens: cōsydera/deposita stultitia/o mulier. Si bona suscaepimus de manu dñi: mala quare nō toleremus! Gloria/delitiae/iucūditas/diuitiae/sublimitas/honor regni sedes/principatus/& potestates/natoꝝ gaudium/atq; amicoꝝ multitudo: Haec fuerunt quae de manu dñi accepimus: quae de manu dñi data sunt nobis. Mala autē fuere rei familiaris perditio: liberoꝝ amissio/putredinis abundātia/uermium multitudo/poena insupportabilis/irrationabiles dolores/seductio ac subuersio maligni/insidiae atq; tentationes inimici. Haec uniuersa/mala uidentur: & mala dicuntur: atq; mala ab hoibus aestimātur: non q̄ mala sint haec: sed sint aeterna bona ꝓcurantia: perpetuo nihilominus gloriae in regno/haereditatem praeparantia. Hoc sciebat Iob: merito cum gratiaꝝ actiōibus ea sustinere/operam dabat. Hoc scierunt ꝓphetae/& apostoli/atq; cūcti martyres: ꝓpterea & amarā uitam in hoc mundo transierūt: propterea omnia tormēta ignis/ac gladii cum cōfessione supportauere. Sed iterum beatus Iob humana usus cōsuetudine: bona & mala ea appellat: dicens. Si bona accepimus de manu dñi: mala autē quare nō toleremus! Cum bñ (inquit) esset tibi humiliter: cum gloria laetareris: cum in delitiis degeres: cū multitudo ante & retro/utpote de palatio exeun/

tem/& itidētidem illo reuertētem cū honore exultās circūdaret:cū filii aū oculos gaudio replerent:Tunc nō dixisti o mulier.Dic aliquod uerbum in dñm:& morere:Tunc mortē oīno nec nominare:nec audire passa es:Nunc autem quia res familiaris iteriit:& filii perierunt:quia gloria fugit:& diuitiæ abierunt:quia mala nos inuenere:& dolores apphendere:merito nos blasphemare compellis.Ob hoc nos rephendere doces:propterea nos mortem petere cogis:& hoc nō iuste/sed iniuste per dei blasphemiam? Et(quod est maximum)non tibi amaram mortem poscis:sed mihi:ut possis post obitum meum in regem uiuere:sicut tu speras:nesciens neq; credens dei bonis promissionibus quæ de longe uidet eius æternitas.Si bona accæpimus de manu dñi:mala autem quare non toleremus? Si bonoꝝ eius fastidium nunq̄ accæpimus:neq; finem eoꝝ unq̄ fieri uoluimus:mala autē quare nō toleremus:tribulationes cum grāꝝ actionibus cur nō sustineamus:ꝓsertim cum nouerimus quia sicut bonoꝝ finis erit? Et qđ est bonoꝝ? Hoc est diuitiarum atq; opulentiæ finis inutilis erit:nisi aliquis propter iustitiam atq; eleemosynam pauperum iuste ea expenderit:tribulationum autē tolerantia in fide/atq; dolorum supportatio cum grārum actionibus æternæ gloriæ hæreditatem ꝑparant in regno cœloꝝ.Si bona accæpimus de manu dñi:mala autem quare nō toleremus? Nunquid fastidium passa es bonoꝝ/o mulier:nunqđ consternāter tulisti regem/& gloriam o fœmina? Quod si illorum plurimo tpe fastidium non cœpisti:quō nunc modicæ tribulationes te deficere fecerūt:quō uberes dolores te nunc defatigauerunt:qui me atterunt:& non te? Me cōmedunt uermes:& tu delassata es:meæ carnes putrescūt:& tu debilitata es? Si bona accæpimus de manu dñi:mala autem quare nō toleremus? Sic putas(inquit)o mulier:quod non a deo nobis sit hæc pœna:sed ab alio aliquo? Si igitur non est a deo/sed ab alio:quid ulciscar in deum:ut blasphemē illum:cum alius sit qui me tribulauerit? Quod si a deo est certum est qđ forsitan pro peccatis nostris est.Quid itaq; est melius:orare/ac dep̄cari terribilem faciē dei:an blasphemare/& criminari/ac detrahere:ut uehementiorem iram/atq; idignationem in nobis excitemus? Si igitur ipse est qui nobis hanc pœnam ingessit:satisfaciamus illi tanq̄ misericordi.Si autem alius aliquis est:qui hoc bellum aduersum nos excitauit:etiam sic dep̄cemur illum pro auxiliatore/atq; pro pugnatore utpote fortissimum/ac potentissimum. Si enim bona accæpimus de manu dñi:mala autem quare non toleremus? Vbi enim fuerint lætitiæ:illic etiam tribulationis expectatio:Vbi iucūditas:illic ēt miseriæ sperātur.Nam quid obueniet nobis(o mulier)ex his quæ in hoc sæculo nō fuerint gesta:Nonne oīs caro aliqñ quidem sana est:aliqñ autem infirmatur:Nōne oēs hoīes in mundo aliqñ qdem paupertatem patiuntur:aliqñ autem diuitias hñt? Quæ igitur sunt apud oēs hoīes in mundo:hæc(inquit) etiam apud nos gesta sunt:Et nō solum in oībus hominibus:sed & in omnibus mundi huius elementis fiunt:Aliquando sic/aliqñ uero sic.Aliqñ æstus/aliquādo hyems.Aliqñ frigus/aliqñ autem æstus.Aliquando uiriditas/aliqñ uero siccitas.Si ergo ita est apud oēs corruptibiles:qđ magnum:ut & nos(sicut oīa corruptibilia)floruimus pridē sane diuitiis/& cæteris bonis:Nūc uero aruimus inopia/atq; cōcaluimus in infirmitate.Sicut igitur in illis delectati sumus:ita & ista sustineamus.Sicut illa libenter accæpimus:ita & ista cum grārum actionibus supportemus.Si bona suscæpimus de manu dñi:mala autem quare non toleremus? Non quod de manu domini ꝓcedāt bona/& mala:sed oīa bona.Ex bono enim oīa bona ꝓcedunt.Nam sicut sol tenebras nunq̄ ꝓfert:sic similiter bonus deus mala nunq̄ ꝓducit:sed oīa bona atq; optima.Quāq̄ enim ab impiis/atq; indisciplinatis hoībus ea/pro uindicta/& cōuersione/atq; pœnitentiæ cōmemoratione:quæ a deo ingeruntur non bona:sed mala existimantur.Sed tñ bona sunt uere:qa cum ad pœnitentiam conuerterint:æterna bona in regno cœloꝝ procurare reperiūtur. Sic nāq; & oīs doctrina/atq; disciplina ab irrationabilibus infantibus non in bonū/sed in malum æstimatur/uel dicitur:Sed re uera cognoscent in ultimo:quia totius boni/atq; gratiæ illis causa extitit disciplina q̄ in primordio fuit execrabilis.Humano itaq; more/atq; consuetudine:& humano Iob usus,puerbio:mala & bona memorat:dicens.Si bona accæpimus de manu dñi:mala autē quare non toleremus? Post quæ uniuersa/ꝓcipuam/atq; ꝑfectam gloriæ coronam conferens Moyses beato Iob:dicit in subsequentibus.In his oībus quæ illi acciderūt:nihil peccauit Iob in labiis suis:neq; in conspectu dñi.O laus o honor/o gloria/& suffragiū/o delectatio/atq; prælatio beati Iob.Quid primum magnificetur iusti illius? Iusta/ac pia uita eius ab initio/& misericors/atq; bona:An post hoc tolerantia uehemētium doloꝝ/cum grārum actionibus:aut etiā hoc quod cum callide seduceretur a diabolo per os uxoris:sapienter restitit:& in his oībus iustum/ac bonum deum existimauit:q hæc ei uniuersa bene ingessit? Hæc itaq; demonstrans dicit.In his oībus quæ ei acciderunt:nihil peccauit Iob/neq; in labiis suis/neq; in conspectu dñi.In his(inquit)oībus plurimis/magnis/ac mirabilibus/atq; terribilibus/lamētabilibus quoq;/ac miserabilibus:qbus similia gesta non sunt in miseriis/atq; infœlicitatibus:In oībus quæ a sæculo facta sūt:& fient usq; in æternum:qbus similia uisa non sunt/neq; audita sub sole/ab initio sæculi/& usq; in cōsumationem sæculoꝝ.In istis ergo oībus nihil peccauit Iob/neq; in uerbis labiorū/neq; in oris eloquiis/neq; in cordis cogitationibus/neq; in animi meditationibus.Quod autem ita sit:ostendit mox in subsequentibus:dicens.Neq; in labiis suis/neq; in conspectu dñi.Et non suffecerat:ut diceret:Neq; in conspectu dñi:sed & hoc.Neq; in labiis suis.Quid est hoc:

neq; in labiis

neq; in labiis:uel quid est hoc:neq; in cõspectu dñi!
Audite o amici ueridicam expositionem. Quod di/
cit in cõspectu dñi:hoc est cordis cogitationes/& ani
mæ/ex ꝓfundo tractatuum aduersus deum cogita/
tas/in repræhensionem/& in blasphemiam/atq; in
crimina in conspectu dñi deprimit: qui inquirit re/
nes/& corda:qui nouit occulta cordis:sicut dicit scri
ptura. Verba autem labioꝝ aliqñ qdem ex corde di/
cuntur: aliqñ autem inconsyderanter/ꝓferuntur/ex
incautela/& non ex iniqtate/neq; ex maliuolentia:
Sed frequenter ore loquitur homo:quod oino cor/
de nec cogitauit/nec cogitat. Ergo quia admirabilis/
ac patientissimus Iob/cum tantas tribulationes tran
siret:& tantos dolores nefandos sustineret: tantasq;
seductiones superaret: neq; in corde malum de deo:
neq; aduersus deum cogitauit:neq; in labiis suis/per
incuriam ullum prauum sermonem ꝓtulit. Propte/
rea magnificans illum/& laudans/atq; ꝑferens: dicit.
In his oibus q̃ acciderunt ei:nihil peccauit Iob/neq;
in labiis suis/neq; in conspectu dñi. Ac si diceret. O
magna/atq; uehemens admiratio/o magna/atq; in/
gens uiri patiẽtia:ut in oibus tam ualidis doloribus/
atq; in oibus iugibus poenis: ita se beatus ille obser/
uaretur oino/nec in labiis suis/neq; in corde suo/cir
ca deum delinqueret. Ná sicut cordis sui cogitatio/
nes/atq; animi meditationes castas oẽs/atq; mũdas
conseruauit: & non praue circa deum cogitauit: ita
& in uerbis labioꝝ/atq; oris eloqis obseruauit:ut nõ
corde delinqueret:neq; in sermone peccaret. Sed to/
tum semetipsum/& cordis consilia/& sermonis elo/
quia/& uerba labioꝝ:cuncta in grãtiarum actionem/
atq; in dei confessionem conuerteret. Euidenter im/
pleuit beatus ille hoc quod post hoc ab Apostolo
dictum est. Glorificate deum in corpore uestro/& in
spiritu uestro. Ergo qa a uerbis labioꝝ/usq; ad cor/
dis cogitationes/imaculatum se/& inuiolatum/atq;
incontaminatum conseruauit in conspectu dñi:me/
rito dicit. Neq; in labiis suis/neq; in conspectu dñi.
Tanq̃ si diceret. Neq; hoc gessit quod plurimis acci/
dit:ut labascant a uerbo/& non ex corde. Non enim
lapsus est in sermõe labioꝝ:Iuxta hoc quod dcm̃ est
quodam in loco in scriptura. Est qui labascit ex uer/
bo/uel ex ore:& non ex corde. Ergo quia beatus Iob
nullo modo lapsus est/neq; in ore/neq; in sermone/
neq; in labiis/neq; in corde: Propterea magnificans
illum magnus ille hõ dei Moyses:admirans quoq;/
ac laudans eum:dicit. In his oibus quæ acciderũt ei/
non peccauit Iob in labiis suis/neq; in cõspectu dñi.
Sic (inquit) transiuit admirabilis Iob seuissimum il
lum dolorum pelagus:sic supauit inexplorabilem il
lam tẽtationum multitudinẽ:ut nihil peccaret/neq;
in labiis suis/neq; in conspectu dñi. Ante tẽtationes
non peccauit:In tentationibus nõ peccauit. O bea/
te Iob/qs similis gloriabitur tibi! Propter iustitiam
mortuus est Abel:Sed semel syncæriter ẽ mortuus.
Admirabilis uero Iob/cum mille mortes sustineret:
mortem supauit: mortem uicit in morte uictoriam
sumpsit. Solus ex oibus antiquis/cum mortuum se/
metipsum inspiceret:a morte non trepidauit: quod
uidit effici mortuos. Hoc timuit:cum uidit semetip/
sum fieri putredinem/& uermes. Sed non a deo ante
mortem expauit:sed mortẽ in fugam uertit:cum oi/
bus eius argumẽtis/atq; uersutiis/& cum oibus ini/
quis eius exercitibus. Nam cum oẽm potestatem in
eum acciperet mors/hoc est diabolus: absq; aia sola:
& ut percuteret:& ut exulceraret: & ut torqueret:&
ut seduceret:cum cuncta sm̃ uirtutem suam insatiabi
lis mors exerceret:nec qcq̃ iustitiæ in illo beato mori
potuit:Idcirco mors apud Iob mortua est/cum oi/
bus efficentiis suis. Iustitia uero/quæ pridem in eo ui
gebat:magis ac magis in illo diuinis uisionibus/atq;
diuino colloquio reuixit. O beate Iob uiuẽs in ꝑpe/
tuo apud deum:& uictor ꝑmanens in conspectu re/
gis dñi:ora pro nobis miseris:ut ẽt nos terribilis dei
misericordia ꝓtegat in oibus tribulatiõibus:& eruat
ab omnibus oppressionibus maligni:& cõnumeret
nos iustis:& conscribat nos cum his qui salui fiunt:
& requiescere nos faciat cum illis in regno suo: ubi in
perpetuo cum sanctis magnificemus illum.

¶ Explicit Liber secundus.

¶ INCIPIT LIBER TERTIVS EIVS/DEM ORIGENIS IN IOB.

m AGNOS/Ac plurimos/stu/
pẽdos quoq; atq; terribiles Iob
dolores in præfatis demonstra/
uimus:non iuxta meritum iusti
illius: sed iuxta uirtutẽ nr̃æ hu/
militatis/& sm̃ donũ dei. Quis
enim poterit iuxta meritum iu/
stum illum magnificare: quem ipse deus qui corda
cognoscit:magnificans/dicit. Non est similis illi qsq̃
super terram! Si igitur ante passionem nõ fuit illi si/
milis quisq̃ super terram: multo magis post passio/
nem/non fuit similis ei quisq̃ super terram. Si autem
nec ante nec postea fuit illi similis quisq̃ sup terram:
quis ex his qui sunt sup terram: iuxta meritum nar/
rationem/uel laudem illi exhibere potest! Nõ solum
enim oẽs hoies:Sed puto (quod non audeam dice/
re) etiam ipsos angelos/atq; oẽs dæmones ꝑterruit
Iob tolerantia/& constantia/atq; fides: cum terra &
lutum supauerit uniuersam uirtutẽ/ac fortitudinem/
atq; oẽm uersutiam malignissimi diaboli: Qui cum
acciperet in eum ptãtem:cuncta in eo exercuit: quæ
oia corda in pauorem deducũt:& oẽm aiam stupere
faciunt. Cuius enim alterius potestatem accepit ali/
quando diabolus: nisi solius Iob! Si enim alterius
cuiuslibet potestatem accepisset diabolus: profecto
nõ lateret. Sed ille in eo hoc quod etiam in Iob exer/
cuit:ꝑfecisset:Cuius rem familiarem ꝑdidit:cuius na
tos consumpsit:cuius corpus putredine/ac uermi/
bus repleuit:Cuius reliquias pro consolatione non
dereliquit:cuius spem salutis non dimisit:nisi solam

uxorem pro supplantatione illi reliquit: Per quam
nouissimam / ac saeuissimam illam sagittā seductio/
nis/atq; supplātationis in eum dimisit:Sed queād/
modum qui ad petram sagittauerit:petrae qdem ni/
hil facit:oēs uero sagittas in semetipsum cōuertit:ita
neqssimus diabolus / cum iuiolabilem petram Iob/
atq; intaminatum sagittaret adamantē: semetipsum
uulnerauit/ac deiecit:Iob uero nihil fecit:Haec audiē
tes cuncti credentes : obseruent se diligenter a malis
colloquiis:quia corrūpunt mores bonos colloquia
mala. Sicut post haec praedixit Apostolus. Obseruēt
se caute/ & ab amicis/ & a sodalibus / & a domesticis/
& a psuasionibus/atq; cōcitationibus eorum:quia ois
amicus supplantat/ & fallaciter incedit. Maxime aūt
obseruate uos:atq; attendite aiabus uestris o uiri ab
uxorum cōcitationibus/atq; malis instigationibus.
Per hanc enim ut ultimo supplantare Iob nixus est
diabolus:per hanc superare sperauit illum:quem plu/
rimo/atq; ingenti dolore superare nō potuit. Per istas
etiam nunc plurimos subuertit per istas etiam nunc
plurimos ad mala psuadet. Alios ad calūnias alios
ad rapinas:alios ad alias iniqtates:alios nihilominus
adhuc ad odium aduersus inuicē/ad contentionem
quoq;/ & iurgium. Si enim cum inuicem litigauerint:
in hoc se defensurae sunt:ut uiros suos aduersus inui
cem cōcitent ad bellum/ad inimicitiam quoq; / atq;
iniqtatem. Hoc nimirum operatus per eas malignissi/
mus diabolus:succendens/atq; inflāmans corda ea/
rū zelo/ & ira:& ita foelices uiros suos/ & circa deum/
& circa inuicem odibiles reddunt:ut & dei iram acq
rant:& circa inuicem inimici pmaneant:Et(quod est
maximum)cum debuerāt unanimiter pro inuicem
aduersus inimicos suos/atq; aduersarios stare:siue i/
tus/siue foris/siue in bello/siue in proeliis & siue in/
uicem intendere / atq; inuicem adiuuare: & mutuo
amore terga defendere:reperiuntur sibi inuicem ini/
mici/ac proditores / atq; in ppriis ruinis gaudentes.
Haec nimirum uniuersa oriuntur ex malignarum/atq;
cōtrariarum uxorū instigatione/ac psuasione:Quas
non debēt audire illi qui bñ intelligūt uiri: Sicut nec
btūs Iob audiuit. Propterea deo factus est acceptabi
lis:& ideo iter choros scōrum magnificat in ppetuum.
Vt autem audierunt tres amici eius oīa mala quae ei
acciderunt. Vt audierunt:inquit. A quo audierunt?
Primum qdem a transeuntibus:Quis enim erat qui
non praedicaret ea quae Iob acciderunt? Puto quod/
& ipsum pelagus/ & aer/uētorum nihilominus spi/
rantium flabra miserabilem illam famam atq; lamē/
tabile illud nuncium per oēs prouincias uentilaue/
rint. Super haec autem oēs hoies qui uiderunt hanc
rem:& qui audiere : audientibus haec diuulgabant:
haec noiabant. De his loquebātur:de his sciscitaban/
tur:de his interrogabāt/ & in uicis/ & in triuiis / & in
plateis ciuitatis/ & in portis domorum:& qui iter age/
bant:atq; oēs qui sibi ubiq; inuicem occurrebāt:Haec
ad alterutrum loquebātur : de his secum adinuicem
colloquium statuebant, De his se inuicem interroga/

bant:maxime hi qui de longinquo ueniebāt : & ali/
bi proficiscebantur:oēs quibus occurrebant : de his
interrogabāt:dicentes. Si uerum est (o uiri)hoc qd
de Iob dicitur:si uerum est hoc quod de iusto illo p/
dicat? Cuius iustitiis coelum/ & terra / atq; oēs hoies
attestantur:q̄ amare miseriis afflictus sit:q̄ miserabili/
ter pcussus sit. Haec/atq; his similia cum loquuntur:
ac ueritatem ab eis de his quae peruenerunt / audiunt:
in lōginquo/ in oēm regionem atq; puincias depor
tauere. Qui cum ita peruenirent:& oēs regiones:ac p/
uincias / ciuitates quoq; / atq; castella miserabili hoc
nuncio/ac lamentabili fama replerentur : audierunt
tres sodales/uel amici eius hoc quod iam oībus erat
certum/atq; cognitum:audierunt etiam isti. Nā nihil
est ita praedicabile:sicut magni hois ruina. Cū enim
quilibet ex humilibus / ad sublimitatem peruenerint:
non ita longinqua eius auditio fit:Sicut cum qs ex
sublimibus humiliatus fuerit:sicut cum quis ex ma/
gnis interierit. Tunc q̄ totius uētorum flabris fama
eius oēm regionem/atq; oēm auditum penetrat. Er/
go quia ita peruenit de iusto Iob:ideoq; cum oēs pro/
pe/ & qui longe erant:audissent:audiere ēt tres amici
eius oīa mala quae ei acciderunt. Voluerunt nōnulli
dicere:quod daemōes eis praedicauerint:Quod nul/
lus ex sapiētibus recipit:Blasphemiae enim sermo est
hic. Nam illi uiri dei cultores fuerunt:utpote sodales
Iob atq; amici/pii/ac deo credentes : Non enim am/
plectebatur Iob iustus iniustos / uel ipios uiros ami/
cos ac sodales habere. Idcirco ita pcipiamus nos:nō
quidem mentiemur:qd sancti angeli ad eos uenien/
tes: siue in sōno/ siue in uigiliis/admonuerūt eos : ut
celeriter uenirēt:& iustum illum aium cōsolarentur.
Venientibus autē illis illic:&(ut putabant)pro deo
stare incipientibus:inuenta occasione : nequissimus
daemon ad blasphemiā iusti Iob/illos cōuertit. Nam
sicut uxorem eius pridem/cum esset religiosa/atq; in
oībus iustitiis ei cōsentiens:in blasphemiam immuta/
uit : sic & memoratos uiros/de qbus dicit istic : Au/
dientes tres amici eius oīa quae accidere ei:filiorum in/
teritum/rei familiaris pditionem : corporis putredi/
nem/uermium cōmestionem/liberorum iniquam cō/
sumptionem:non mediocriter/sed miserabili/atq; la/
mentabili modo : ut iam supius demonstratum est.
Haec itaq; uniuersa audientes tres sodales eius:obsti/
puerunt:& putauere inquiētes. Haec uniuersa obue
nerunt:& utrum sit nobis grauius(o uiri)hoccine:
ut amicus noster tales ptulerit miserias : an ut domi/
ni amicus talia sustineat mala : Cuius iustificationi/
bus/ac misericordiis coelum & terra attestātur? Haec
scilicet uniuersa ut audierūt:atq; haec adinuicem bo/
ni illi sodales locuti sunt. Venerūt statim simul ad eū
ut consolarentur eum:& uisitarent illum. A priori/
bus(aiunt)patribus nostris audiuimus(o uiri) qd
antiquus ille frater aui nostri Esau / Iacob. xii. habuerit
filios & unam filiam. Cum unum ex omnibus(ut
putabat)pdidisset: tantum illum unum lugit:ut oēs
filii eius/ & filia proculdubio qd & aliorum amicorum

conuenientes propter unum filium consolati sunt eum: Et noluit consolari/etiam incolumi re familiari: & cæteris oībus uiuētibus liberis: atq; sanitate corporis pmanente. Et cum nulla res esset alia quæ eum contristaret: nō potuit exhilarari. Si autem ille Iacob ita grauiter tulit unius filii desperationem: quō sustineat Iob oium filioꝝ suoꝝ lamētabilem / ac miserabilem pditionē quæ sub uno ictu oium facta est pariter. Quomō sustineat rei familiaris ꝑcædentem iacturam: Quomō sustineat terribilem / atq; seuissimā corporis plagam! Pro his (inquiunt) oibus (o uiri) iustum est requirere dolentem: iustum est uisitare patientem: iustum est consolari consolationem non habentem: nisi solum in deum: non habentem spem. Hæc itaq; uniuersa adinuicem loquentes/siue p nuncios/siue per scripturā/boni ac religiosi uiri: Venerūt simul ad eum: unusquisq; ex ciuitate sua: ut consolarentur: & uisitarent illum. O inquiunt ille qui in oibus iustitiis testimonium habuit: tanq̄ unus specialiter ex iniustis. Ille sine querela/uerus/misericors: tanq̄ unus ex impiis pcussus affligitur. Ille qui erat dei cultor: atq; filioꝝ suorum sollicitus circa deū sacerdos: tanq̄ unus ex iniustis torquetur. Venerunt simul ad eum. Quomō! Statuerunt tp̄s: Dimensi sunt diem: quō simul pariter uenerunt: Et non unusquisq; a se: neq; per semetipsum: Sed per dei prouidentiam/atq; dei opationem/ita disponentes/ita puidentes: ut nō singuli post tp̄s uenirent/uel ad tp̄s: Sed statim oēs pariter uno tp̄e/una die/una hora: utpote unanimes/ utpote unum sentientes/utpote concordes: sic uenere ad eum simul/subito/tanq̄ unum deum colentes: tanq̄ creatori seruientes: tanq̄ unum Iob plenissime diligentes. Sic itaq; uenere pariter ad eum. Vnde autem uenerunt! Non ex una ciuitate / neq; ex uno loco/neq; ex una puincia/uel regiōe: sed unusqsq; ex ciuitate sua/atq; ex sua puincia/uel regione una: sed ex suo nihilominus regno. Venere simul ad eum. Cum oībus enim miraculis est etiam hoc ingens miraculum: ut cum ita longe/ac late abinuicem morarētur: pariter ad beatum Iob unusqsq; ex sua ciuitate uenire potuerit. Vnusquisq; ex sua ciuitate in qua morabat: in qua regnabat: in qua dominabatur. Vnusqsq; ergo ex sua ciuitate uenit: hoc est ex ciuitate regni sui. Et ob quam rem uenerunt! Ad cōsolandum/atq; ad uisitandum illum. Et uere quia ipsi quidem ob hoc uenere/ut cōsolarentur/ac uisitarent illum. Sed nequissimus diabolus bonoꝝ/ac iustorum inimicus/odio habens oia quæ diligit dn̄s: accepta occasiōe/quod deum defenderent/atq; dei iustitiam: & Iob de iniustitiis/& peccatis accusarent: tn̄ illos imutauit/atq; præuertit: ut amplius exulceraret cor Iob p hæc quæ locuti sunt q̄ per oēs dolores quos pridem exercuit in eum. Nam qd esset castissimæ Iob aiæ crudelius: q̄ ut ab amicis de peccatis fuisset criminatus: cum minime deliquisset: & de impietatibus rep̄hensus: qui erat ab oibus impietatibus alienus: & quod pro peccatis sustinuisset oēs illos dolores: & quod pro iniustitia obuenerint illi hæc uniuersa mala. Quod autē ad tantam blasphemiam aduersus Iob puenerint isti uiri: & non timuerint: diaboli liuore atq; zelo succensi: ex ppriis eorum sermonibus cōprobatur: quēadmodum dicunt blasphemantes: atq; detrahentes illi. Tu quis es: quia dicis. Non peccaui factis! Quod si non peccasti o Iob: Memento quia nemo iustus periit/aut qn̄ uerus dei seruus eradicabitur! Hoc est sicut tu. Deinde uide cum ingenti improperio/& increpatione/atq; cōuicio. Quousq; loqueris. Spūs multiloquax in ore tuo. Nunquid deus iniuste iudicat! hoc est/sicut te nō peccantem: Aut is qui oia creauit: perturbauit iustitiam! Hoc est si iustitia in te fuisset: non utiq; pturbaret iustus iudex iudicium tuū / atq; uitam tuam. Nam spes impii periet: sicut & tua: quia impius es. Inhabitabilis aūt erit ea quæ sub coelo est domus eius: Hoc ē/sicut tua. Aliaq; inumera/his grauiora/atq; amariora blasphemantes / de iusto illo locuti sūt. Propter quod & duriter in nouissimo a deo rep̄hēsi sunt: utpote qui nihil ueritatis locuti fuerint de Iob. Sic itaq; cum uisitarent: atq; cōsolari eum uenissent: ad inimicitiam conuersi sunt: ad criminationem/& ad rep̄hēsionem/ad maledictum quoq;/ad blasphemiam. Postq̄ uero oia tentauit nequissimus aduersarius: etiam ad hoc puenit: ut amicos in inimicos cōuerteret: atq; syncæros sodales/aduersarios efficeret: callide tractans apud semetipsum dicens. Si p os uxoris eum seducere non ualui: per ora amicoꝝ ad inimicitiam imutatoꝝ perficiam irritem/exaggerem/exacerbem/succendam: ut supra modum inflāmatus/atq; exaggeratus/ad dei blasphemiam cōuertatur: Nouē rn̄siones / blasphemiæ plenas aduersus Iob dicere eos compulit: unūquēq; eorum tres. Sed beatus Iob nullatenus ante eos titubauit: Sed totidē rn̄sionibus: qnimo potius pluriorib⁹/ac maioribus oibus illis rn̄dens: & dei iustitiam ac bonitatem manifestauit: & eoꝝ iniustam causationem confutauit: per alia quidem plurima/necnon & per ea quæ in faciem dixit ad eos. Vos estis medici iniusti/& sanatores pessimi cuncti: quia cum curare dolores eius uenissent: & consolari aiam eius: in amaritudinē/atq; malitiam circa Iob cōuersi sunt: Merito iniustos medicos iuste eos appellat. Sic (inq̄) uenerunt ad eum: ut consolarentur/atq; uisitarent illum. Illi suo pposito ob hoc uenere: Sed nequissimus inimicus / malignusq; aduersarius/per cūcta pmansit inimicus: atq; per oia sua exercuit odia: & per uxorem / & per amicos/& per sodales. Propterea uisitationis/atq; cōsolationis aduentus/totius tristitiæ/ac meroris beatissimo Iob est factus. Post quæ uniuersa dicit. Videntes autem illum de longe non agnouerunt. Sed an̄ istorum mētionem per paucos sermones inquiramus: ob quam rem duriter circa Iob/uel potius aduersum Iob insurrexerint. Audi mala opinione succēsi: & iniuste æmulantes deum: ut ipsi putabāt: quod deum emularentur/atq; defenderent: obcæcati sunt ab inimico: ut iudicia dei non inquirerent. Hoc scilicet at/

bitrati funt: & hoc dixere uiri illi: Quia cum fit iuftus deus/ac bonus: iuftis/atq; innocentibus non ingerit mala. Quod fi innocentibus mala ingerit: quo/uel bonus/uel iuftus comprobabitur: cum huiufcemodi mala Iob ingefferit iufto? Oportet (inquiunt) aut Iob ꝓpter iniuftitiam paffum fuiffe: aut certe deum iniufte mala ei irrogaffe: Vt repiatur: aut Iob pro peccatis fuiffe paffus: aut deus iniufte ei mala ingeffiffe. Hanc fcilicet cogitationem malam/atq; illicitam in iftis uiris oriri faciens diabolus: fuccendit cor eorum ad oēm iram atq; indignationē aduerfum Iob: cum ftudent confirmare: quod deus iuftus fuerit: Iob uero iniuftus/& impius/atq; peccator. Aduerfus quos fortiter ftans Iob: non ꝑmifit fe audire uaniloquos illos a diabolo fuccenfos: fed & deum bonum oñdit: & fe abfq; culpa uniuerfa hæc pati demōftrauit: Non enim deus illi hæc mala īgeffit: fed diaboli zelus/& liuor/atq; inuidia: neq; Iob pro peccatis fuftinuit oīa quæ fuftinuit: Sed quia cum effet iuftus: diabolus ille inuidit: ficut & oībus iuftis inuidet: & tribulationes aduerfus eos excitat. Multæ tribulatiōes non iniuftoꝝ/fed iuftorum. Teftis ergo iuftitiæ Iob/ipfe deus oftenditur dicens. Iuftus/uerax/dei cultor. Quod autem diaboli fuerit hæc inflāmatio/atq; ꝑturbatio: ex his quæ nunc fiunt apparet: Frequenter nāq; etiam nunc idem ipfe diabolus unanimes fodales cōmifcet/atq; conturbat/per quālibet modicam rōnem: & ad imenfam inimicitiam aduerfum inuicē īmutat: ita ut efficiantur fibi ex amicis inimici: ex fyncæris crudeles aduerfarii. Hæc nāq; eft operatio maligni: beati qui declinauerint: & reftiterint calliditati/atq; uerfutiæ eius/ac maledictis perfuafionibus eius. Poft quæ uniuerfa ad ꝓpofitum reuertamur. Videntes (inquit) illum delonge. Qui? Tres fodales eius: nec dum adhuc imutati: nec dū ꝑuaricati: Sed cum adhuc effent puri: uidentes eum delonge. Delonge enim refpexerūt/& contēplati funt/atq; uidere eum. Nam mox ut ipfam ciuitatem uiderūt: mox nihilominus ficubi ipm uiderēt/ambierunt. Totum nāq; cor eorum dolore/atq; anguftia plenum pendebat: ubi nam Iob confpicerent. Merito delonge uiderūt eum: quia delonge cogitabant de eo: atq; delonge follicitri erant pro illo: Idcirco delonge confpexerūt eum. Nam amicus amicum fuum delonge uidet/fiue corporis uifione/fiue aīæ fyncæritate: Cum memor eft eius in donis/& muneribus/atq; in fuæ grāæ ꝑfectione. Videntes illum delonge. Vbi? Super aceruum ftercoris/fup maranam in uia publica. Vidētes eum delonge repleti funt dolore/& gemitu/plāctu quoq;/atq; lamētatione: Sicut inferius demonftrabitur. Videntes eum delonge nō agnouere. Nam uere nō erat/per quod agnofceretur: regale folium: nō erat diadema: & non erat gloria: ueftis regia nō erat: miniftri qui undiq; circūdarent nō fuere. Ergo q̄a nihil horum in illo uiderūt: quæ pridem in eo eē fciebant: quæ antea in illo uidere foliti fuerant: merito uidentes illum: non agnouerunt. In quo eum agnofcerent? Coma capitis nō erat illi: Nam tondens comam/& diabolo eam iactans: terra caput fuum repleuit. In quo agnofcerēt? In facie/atq; uultu gloria nō erat: nec ipfa fpecies priftina inerat: Nam putredo faciem exterminauerat: & uermes uultū imutauerant. Pro his ergo oībus uidentes/illum non agnouerūt: uultum non agnouerunt: fed confciam agnouerūt: Faciem nō agnouere: fed fyncæritatem agnouerūt. Nam cum ita miferabilem/atq; lamentabilem illum uiderent non contēpferunt/neq; fpreuerunt. Sed imenfam fyncæritatem oftēderunt: ficut inferius demonftrabit. Non enim erāt tales beati illi uiri: quales nūc ꝑfecere: uel funt hoīes maliuoli/ingrati: Cum bene eft cuilibet: tunc illi amici funt: & fyncæri/atq; puri effe uidentur: Cum autem cuilibet tribulatio peruenerit: tunc uidelicet illi difcedunt/defpiciunt/obliuifcuntur/derelinquunt: obliuionem/atq; ingratificentiam/oñdentes oīum priorum. Sed olim hoīes nō fuere tales: fed fyncæritatem/atq; dilectionem cuftodiere circa fe: ac pro fe inuicem/ufq; ad mortem certantes: Sicut euidenter oñdit ille qui ait. Sodalis amico compatitur ufq; ad mortem: & in tp̄e belli accipit arma. Tales fuere illi beati uiri/fyncæres/abfq; fallacia Iob amici qui ad inimicitiam circa Iob/nunq̄ fūt immutati: neq; ad hoc ut renunciarent illi/uel derelinquerent eum: nifi ꝑ uerborum controuerfia/ac eloquiorum certamine: ut putabant: q̄d dei iuftitiā defenderēt. Sed uere diabolus inflāmauerat corda eorum: quo magis Iob moleftiam irrogarent: quo magis multipliciores tentationes iufto illi ingererēt. Videntes (inquit) eum non agnouere. Talem q̄lis pridem fuerat: non agnouere: Talem uero qualis tunc fuiffet: agnouerunt: miferabilem/lamētabilem/infœlicem/malis oībus refertum. Idcirco fcindentes finguli ueftimenta fua: & fpargentes terram fuper capita fua: affederunt illi feptem diebus/& feptem noctibus. Admirantes uiri illi/atq; ftupentes in uehementem/ac terribilē/atq; lamētabilem eius imutationem: ueftimēta fua confciderunt: & terram fup capita fua fparferunt. Quæ fecifti (inquiunt) o Iob facimus: & quæ geffifti gerimus: ueftimēta noftra fcindimus: & terram fup capita noftra fpargimus. Sicut nāq; & tu fecifti ante paululum: Vtinam (inquiunt) o Iob/& cæteros dolores tuos tecum diuidere poffimus: ut tū apprahendentis te pœnæ releuatio fiat. Scindentes unufqfq; ueftimenta fua: & fpargentes terram fup capita fua. Cōfuetudo erat oībus antiqs ubiq;: ut cum graue aliquid/atq; lamētabile/uel ꝑiculofum audiffent/uel fuftinuiffent: cōtinuo ueftimēta fua fcinderent: & cinerem/atq; terrā capiti fuo afꝑgerent: Cilicium nihilominus continuo fe induentes. Sic fcidit olim Iacob ueftimēta fua: & cilicium impofuit corpori fuo: q̄n nunciatum eft ei Iofeph internectio. Et (ut de q̄ plurimis fileā) Sic fcidit Dauid cum Sicelech ab amalechitis captiuam inuenerit. Et itē q̄n Saul & Ionathæ mortē audiuit. Sic fcidit Ezechias q̄n minas/ac blafphemias Sennacherib Errapfacis audiuit.

audiuit. Sic sedit Niniuita uestiméta sua: & cilicio indutus in cinere sedit: quãdo a Iona propheta de Niniuæ subuersione audiuit. Sic sedit ultimus in lege iudæorum priceps sacerdotum: cum aduersum dominum blasphemiam quæreret. Ex quo iudæorum sacerdotium/ & omnis eorum/ atq; legis ritus cõscissus/ atq; destructus penitus interiit. Iuxta hanc ergo antiquos consuetudinem: etiam uiri illi amici Iob: cum terribiles Iob conspexissent dolores: scindentes uestimenta sua: & spargentes terram super capita sua: assedere illi septem diebus/ & septem noctibus. Assederunt illi sicut medici ad infirmum: sed sanitatis medicamina inuenire non potuerunt ægroto: Assederunt illi tanq̃ consolatores dolenti. Sed consolationem inuenire non potuere miserabili. Assedere illi. Vbi assederunt? Foris in murana/ atq; in aceruo stercoris: & in strata? Non absit: Non enim tanta multitudo dolorum inundauerat Iob: ut ille honorem ad se uenientium nõ intelligeret: ut dignitatem præsentium non cõsyderaret. Quãdiu ergo uenirẽt uiri illi: illo usq; sedit foris in murana/ in strata: omnibus euidenter ostendens passionem suam: & quia cum esse fusus: uehementes sustinuerit dolores. Postq̃ uero memorati uiri uenere: deferens synceritati eorum: & honorificans psonas illorum/ introiuit in ciuitatem: & sedit in domo. Et ita uenerabiles isti uiri sederunt apud eum septem diebus/ & septem noctibus hebdomadã dierum assederunt ei. Ex qua hebdomada totum hoc consumatur sæculum. Assederunt ei septem diebus/ & septem noctibus indiuulsi insepa rati atq; indissociati. Assederunt ei septem diebus & septem noctibus: nunq̃ discedẽtes: nusq̃ recedentes: nusquam deferentes: neq; ad escam neq; ad potum/ neq; ad lectum/ neq; ad aliud refrigerium. Sed forsitan dicit aliquis. Et quomodo sustinuerunt non mãducare neq; bibere/ septem diebus? Primum qdem diuina erant uirtute confortati/ tam pro Iob/ q̃ etiam pro sua synceritate: Nam iusti erant uiri isti: atq; religiosi merito & dei colloquio post hoc digni habiti sunt. Dei itaq; uirtute/ atq; prouidentia/ confortati sustinuere. Item adhuc etiam aliter. Venerunt uiri isti/ & uidentes obstipuerunt: & imenso dolore/ ac tristitia/ atq; gemitu/ repleti sunt. Assederũt ei septem diebus/ & septem noctibus: Ipsa tristitia atq; ipso dolore saturati/ ipsis uocibus satiati: ipsis lachrymis debriati: Hæc recordantes post hæc/ sanctis ea dixerunt uerbis: quæ illi perfecerunt factis. Fuere mihi lachrymæ meæ panis die/ ac nocte. Et oblitus sum edere panem meum/ a uoce gemituum meorum. Et potasti nos lachrymis in mensura. Tanta ergo tristitia: ac dolore/ atq; gemitibus/ suspiriis quoq;/ & lachrymis/ atq; lamentatione repleti sunt uiri illi: ut omnium carnalium/ atq; præsentium obliuiscerentur/ & alleuarentur: & saturabantur/ atq; potabantur ipsa tristitia/ & luctu. Nam sicut Iob saturabatur uehementioribus doloribus: sic similiter beati illi uiri saturabantur immensa tristitia/ atq; ululatibus. Sic (inquit) assedere illi septem diebus/ & septem noctibus. Mortui lu ctum apud uiuentem Iob impleuere: Luctus enim mortui/ septem diebus/ & septem noctibus. O sollicitudinem beatorũ illorum/ atq; deuotionem quam circa Iob habuerunt: O uirtutem/ & constantiam/ O patientiam/ atq; animi fortitudinem/ Cõmortui sũt iusto illo Iob: non manducãdo/ neq; bibendo/ neq; loquendo: Quæ uniuersa mortem significat. Nam sicut non manducauere/ neq; biberunt: sic nec locuti sunt. Et sicut non sunt locuti septem diebus: ita nec manducauerunt/ nec biberunt. Quod autem non manducauerint ipsi septem diebus: ostendit in subsequentibus dicens. Assederunt ei septem diebus & septem noctibus: & nemo illorũ locutus est ad eum/ uerbum. Quare? Quia uidere plagam eius sæuissimam esse: & magnam ualde. Septem diebus/ & septem noctibus non aperire os: non loqui uerbum: non proferre sermonem: magnum est/ & maius humana conditione. Sed interim/ impleuere illud beati uiri: non discedentes/ neq; auertentes faciem/ neq; locum deserentes: Sed iugiter permanentes: atq; assidentes illi septem diebus/ & septem noctibus: & nemo illorum locutus est ad eum uerbum. Stupor enim/ atq; pauor occupauerat illos: uidentes talia pati uirum sanctum/ ac iustum/ a deo testimonium cõsecutum. Certum est quod non solum pro Iob: sed etiam pro se unusquisq; eorum sollicitus erat: metuens quid etiam de illo gereretur: uel quid eum expectaret. Nam si iustum istum talia inuenere mala: nos (inquiunt) qui longe sumus ab huius iustificatiõibus: quid expectabimus: uel quid sustinebimus? Hæc recordantes posteri dixere. Si iustus uix saluabitur: peccator/ & impius ubi apparebunt? Immensa ergo tristitia/ atq; dolor cordis non permisit eos reminiscine q; potuum: neq; ciborum: neq; alicuius humani recordari potuerunt. Propterea ieiuni/ & sine potu: & sine sermone assederunt ei septem diebus/ & septem noctibus. Quomodo omnino reminisci poterant alicuius rei: cum tam sæuam: atq; terribilem uiderent plagam illius iusti? Quomodo uidelicet consolari illum poterant: uel quid ad eum dixissent? Hoccine/ si rem amisisti: reparant eam tibi filii? An illud. Si liberi sublati sunt tibi: transiges de re familiari? Sed non poterant hæc dicere. Omnia enim subito uno tempore interierunt. An hoc dixissent: Corporis incolumitas/ & membrorum fortitudo/ atq; brachiorum uirtus recompensabit tibi omnia: atq; restituet. Sed hoc præsertim dicere non possumus. Ipsi enim uidemus corpus humore cõsumptum/ & omnia membra comesta a multitudine uermiũ. Pro istis ergo omnibus quomodo (inquiunt) te consolemur: uel quomodo os aperiamus: uel quid dicamus: non inuenimus. An antiquas historias proferimus? Sed a sæculo talia nõ acciderunt: Sed ab initio/ talia non prouenerunt. Antiquos dolores/ atq; passiones proferẽtes ac cõmonefacientes illum/ cõsolabimur eum? Ergo quia nec

quicq̃ erat:nec in factis/neq; in uerbis:per quod consolari illum possent: idcirco sedentes taciturnitatem suam ipsi uehementiæ dolorum eius attestantur. Nam discedere non poterant: præsentes/loqui nõ audebant. Propterea assederũt illi septem diebus: & septem noctibus:inclinatis deorsum ad terram faciebus: aliquando autem intendentes in illum: & uisionem plagæ illius stupentes:continuo identidem deiiciebant facies: Aliquando genibus imponentes: aliquando autem super manus incumbentes: non in lectulis/neq; in grabatis/neq; in stratibus requiescentes:Sed proculdubio in cinere: & cilicio/in terra sedentes/atq; in Iob intendentes:q̃n sedebat/sedebant:Si tamẽ oĩno aliq̃n præ doloribus iacere poterat:Sic itaq; in gemitibus/atq; suspiriis/istos septem dies pagentes assederũt illi:os nõ apientes: neq; uerbum loquẽtes:nisi tm̃ grauiter suspirãtes/atq; ingemiscẽtes. Verũtñ ne de hoc sileamus q fuerint hi uiri: uel quales/uel unde:Nõ fuerũt minimi/neq; cõtemptibiles:sed egregii fuerũt: & principes regionũ/atq; ꝓuinciarum suarũ dñi/ac duces gentis suæ. Et cũ ita magni atq; potẽtes fuissent: tãtum hũiliauere se/atq; afflixere:ut in cinere/ & cilicio sederẽt septem diebus pp synceritatẽ/ac dilectionẽ quã circa illum habuerũt. Quod hoium nemo nũc facit:neq; amicus/neq; frater/neq; fili⁹:ut assideat ieiunus/aut sine potu/uel una die:nõ dicam septẽ diebus/& septem noctibus. Quæ aũt fuerũt noia uiroꝝ horum? Eliphaz themanorum/Baldach sauceoꝝ tyrãnus: Sophar Nomadoꝝ rex. Et quæ fuere gẽtes q̃bus isti regnabant/atq; dominabantur? Genus fuerũt Esau/filii Isaac fratris Iacob/genus/tribus/ꝓgenies/prouinciæ/regiones. Nam sicut Iacob multitudinẽ genuit gentis israelitarum/& iudæoꝝ:ita & Esau multitudinem genuit gẽtium q appellabãtur Idumæi. Sed in Israel siue iudex unus erat:q totum Israel iudicabat:siue rex unus erat:q uniuerso israeli impabat:q̃diu illi sm̃ cõsilium dei ambulauere. In Idumæis autẽ/hoc est in genere Esau:sm̃ cõsuetudinem oium gẽtium p singulas ciuitates/& regiones/reges fuerũt/atq; duces ꝓuinciarum:& singuli in regione sua regnabant/atq; impabant. Ergo q̃a tũc ꝓximi erãt:adhuc memoriam Habraam/& Isaac/iustoꝝ illorum:& q̃a & ipse Esau dei cultor erat. Quanq̃ enim in nõnullis uiolauerit:attñ eandem dei culturam filiis suis tradidit. Merito pletiq; Idumæoꝝ dei cultores fuere: & aliquanti ualde religiosi: Sicut Iob:uel amici eius q uenere ad eum. Cognominatæ nãq; sunt quædam Idumæorũ regiones/Arabia:In cuius arabiæ finib⁹ manebat Iob. Nam & uxorem de Arabia accæpit:utpote eiusdem generis existentibus arabis. Nisi enim unius generis essent nunq̃ Iob ex alienigena gẽte uxorem se accipe passus fuisset. Nũc sane pũt Idumæorũ & nomen & lingua:& oẽs Arabi appellãtur: atq; oẽs siricatim loquuntur. Quod aũt Iob ex gñe fuerit Esau demonstrat/dicẽs. Erat aũt q̃ntus ab Habraam/filiorũ Esau filius. Similiter & amici eius q uenerũt ad eum religiosi/dei cultores fuerunt. Verũtñ oẽs ex genere fuerunt Esau/eiusdẽ generis atq; lingua:ut Iob. Idcirco unanimes illi fuerũt:& cõcordes. Similiter ẽt ipæ ꝓuinciæ/ac regiones/quibus ipsi regnabãt/atq; impabant:etiam hæ oẽs ex genere fuere Esau:& in contribulibus suis regnabãt/atq; impabãt. Siue enim Themannitæ:q̃bus Eliphaz regnabat:siue Saucei: q̃bus Baldach principatum gerebat:siue Nomadæ: q̃bus Sophar impabat/Oẽs genus Esau/atq; tribus fuere. Hoc nimirum ostenditur ex libro Paralipomenon: ubi dicit. Venere autem cum illis/& Nomadæ genus Esau. Cũ ita ergo gloriosi eẽnt uiri illi/reges/ac principes/atq; ꝓuinciarum duces:assedere illi septem diebus/& septem noctibus. Assederũt tanq̃ religiosi:dei cultores:non quærẽtes neq; maleficia/neq; augurias neq; diuinatiões/neq; phylacteria/neq; lamellas/neq; incantationes dãnabiles. Scire debent nãq; religiosi uiri:q̃a hæc omnia diaboli sunt seductiones:dæmonum sunt irrisiones:Idolatriæ sunt:sex/aiarum infatuatio/atq; cordium scãdalum. Quæ nõ intelligentes pleriq; hoc nunc in tp̃e: mox ut quippiam aliq̃d molestauerit:cõtinuo incantationes/atq; incantatores requirunt:statim phylacteria alligant: ilico maleficiis intendunt:Aut in charta scribunt:aut in stagno: aut in plumbo/& alligant ei qui aliquem dolorẽ sustinuerit. Alii autẽ serpentum incantationes:dæmonum ꝑsuasiones/atq; dei blasphemias incantãt. Item uero alii fascinare dicunt:siue quod fascinẽt:siue q̃d fascinentur:& hoc dæmonis adinuẽtione. Cũ enim insirmite mãducauerint/uel biberint:cum ipsa uiscera nõ sufferẽtia/ꝑturbata fuerint: & in dolorem atq; in ifirmitatem fuerint cõuersa: iuxta hoc quod dictũ est. In escis plurimis fit infirmitas:tunc nimirum dicunt insipiẽtes:q̃d fascinatus sit q̃libet. Quando ieiunamus o uiri:& abstinemus nos ut nõ gustemus: neq; carnes: neq; uinum/neq; superfluas escas: tunc quare nõ fascinamur? Mox aũt ut rursus manducare atq; bibere cœperimus: continuo/& uentris conuumotio/atque uiscerum perturbatio fit: nisi hic solus effugerit:qui ualde sibimet ipsi intenderit: ne gustet quicq̃ superfluum. Sic itaq; non præualent fascinationes quicquam: sed hominum continentia. Est uidelicet,etiam hoc uerum: quia cum mãducamus: uel bibimus: si dei memores fuerimus: si terribile eius nomen inuocauerimus: si nosmet ipsos:uel cibum/& potum nostrũ signo uenerabilis crucis christi signauerimus: si ad cœlum oculos nostros leuantes dicamus: Qui das escam omni carni: da etiam nobis cum benedictione tua/hunc cibum sumere. Si dixerimus ad dominum nostrum cum synceritate. Tu dixisti domine: quia si aliquid mortiferum biberimus/tuum inuocantes nomen: non erit nobis molestum. Tu itaq; domine uirtutis/& gloriæ auertes uniuersam iniqui operationem a nobis:& ab omnibus cibis nostris. Nisi enim tua nos misericordia conseruauerit:quomodo possumus effugere tanta pericula: ciborum sane/ac potuum/quæ

frequenter

frequenter plus repunt/ac reptat: q̄ malignæ/atq; ue/
nenosæ bestiæ? Quidam autem adhuc sternutamē/
ta obseruant: & inuocationes/atq; reuocationes/ &
occursus/atq; uolucrum uoces: nō intelligentes mi/
seri/ & spe uani: quia a dño gressus hominis dirigun/
tur: neq; ualētes dicere ad dñm cū sctis. Gressus meos
dirige sm eloquium tuum: & nō domineť mihi ois
iniqtas. Ná ei q cum fide ad dñm hæc dixerit: imple/
bitur illud qd' dcm̄ est. Dñs erit in oibus uiis tuis: &
gressus tuos in pace deducet. Qui aūt ad uana itende
rint auguria/ac ueneficia/diuinatiōes quoq;/ac phy/
lacteria/atq; incātatiōes: Hoꝝ gressus cōturbabūtur:
Hoꝝ opa impediuntur: ab istis dei uisitatio recædit:
istos sci angeli derelinquūt: cum istis diabolus pma/
net: infatuás mentes eoꝝ: obtūdens corda illorū: ab/
strahens a deo sensus ipsoꝝ. Ad huiuscemodi digne
diceť. O ifœlicia hoium cōsilia/o uanæ ac supuacuæ
terrenoꝝ cogitatiōes: q a deo abstracti: atq; puaricati
de mortuis salutem expectant: ab inaiatis remedium
quærūt: & cum idolatriá declinare uideanť: idoloꝝ
feces/atq; reliqas odorare noscūtur: auguria/& diui/
natiōes/icantationes quoq;/ac maleficia/atq; phyla/
cteria & ab oipotēte ac uiuēte dei misericordia/spem
suam auertūt: & in mortuis/atq; in aiatis sperant: in
phylacteriis/atq; cæteris supius recitatis. Mitte igiť tu
ea in ignem: si ualeát semetipsa adiuuare: si ualeát se/
metipsa de igne eruere: Si aūt se adiuuař nō possunt:
te qualiter adiuuabūt? Quod si se de igne nō ualent
eruere o hō: qualiter eruent te ab ifirmitate? Dico hō
qd' medicamētum melius est panes: q confirmat cor
hois. Sed & panē si collo appēderis: & nō momor/
deris uel mãducaueris: nihil tibi pdest: nihil te iuuat.
Si ergo panis qui est corpis uita/collo appēsus nihil
adiuuat: quomodo adiuuēt phylacteria/uel laminæ
inaiatæ/atq; totius uitæ exortes: uel qualiter adiuuēt
incātationes/& auguria/diuinatiōes quoq;/atq; ma/
leficia: occursus nihilominus/& iuocatiōes/atq; re/
uocationes? Quæ sunt dæmonū seruitus: & dæmo
num illusiones/atq; idolatriæ cōicatio. Infœlix náq;
est/qui in statua inaiata sperat: Infœlicior uero qui in
phylacteria mortua sperat. Nam sicut is q idolis ser/
uierit: interfici pceptus est in lege dei: ita similiter ois
incantator/& augur/ac diuinás/& uētriloquus: atq;
uolucrum uoces obseruás/cū cæteris oibus malefi/
cis iterire/atq; iterfici pceptus est: Post quæ uniuersa:
inferoꝝ ira/atq; tormentum geēnæ supplicia quoq;
æterni iudicii/atq; flāma ignis inextinguibilis: expe/
ctāt huiuscemodi oēs in tpe resurrectiōis. Sed iterim
bonum est/iterrogare istos q auguria obseruant: aut
occursibus/aut uocatiōibus/aut reuocationibus in/
tendunt. Quæ augurii meta occurrerit Pharaoni: cū
filios Israel secutus/dimersus est in rubro mari: ut nec
nuncius inumeri exercitus ægyptioꝝ supesset? Quis
uocauit Senacherib regē assyrioꝝ? uel quæ auis ceci/
nit illi: cum ille a iudæa pfectus: oēm sub una nocte
cētum octuaginta qnq; milium exercitū suoꝝ ami/
serit: & cōfusus/ad regionē suam reuersus: gladio in

domo dei sui ceciderit? Et nō potuerūt eum adiuua/
re/neq; idola eius/neq; incantationes/neq; ueneficia/
neq; auguria. Similiter nec Pharaonem potuit defen
dere multitudo idoloꝝ/atq; oium maleficia/& plu/
rimorum incātationes: quæ fuere in ægypto præ cæ
teris oibus gētibus. Sicut dicit quodá in loco: Fece/
runt aūt & icātatores ægyptioꝝ maleficiis suis. Sed
nō timuit rubrum mare icantationes/atq; maleficia
eoꝝ: sed accipiens dei mádatum: cūctos subito de/
mersit in pfundum. Quid pfuit Sauli/qd' exiturus
ad prœlium: primū a deo discedēs: ad diuinos cōfu/
git: & mulierem de uētre loquētem quæsiuit. Et cū
ad hanc/spem suá cōuerteret/& expectaret: cum mul
tis iterit primus. Aliiq; inumeri similiter icantationi/
bus/& auguriis/atq; maleficiis sperantes: & sup terrá
miseri/ac sine spe facti sunt: & apud iferos in ppetuo
puniti: miserabiliores in æternum pmanebunt. Hæc
itaq; uniuersa declinemus (o amici) hæc fugiamus
tanq̄ flāmá ignis: Hæc relinq̄mus tanq̄ pœnam ge/
ennæ: hæc execremus/utpote societaté dæmonum.
Oēs aūt causas nr̄as/siue doloꝝ/siue láguorum/si/
ue piculoꝝ siue tribulationum/siue uiaꝝ siue itine/
rum/siue igressuum/siue egressuū: cūcta deo cōmen
demus: cūcta deo cōmittamus: ut dn̄s custodiat oēs
ingressus/atq; exitus nr̄os: ut dn̄s fiat nobis coopa/
tor & comes/atq; suffragator in oi tpe: & in oi loco:
ut angelis suis mandet de nobis: ut custodiát nos in
oibus uiis nr̄is: ut cum sctis cōnumerati: consequēter
etiam cū ipsis dicamus. Siue uiuimus siue morimur/
dn̄i sumus. Nō sumus idoloꝝ/neq; icātationū/neq;
augurioꝝ/neq; diuinationū/neq; maleficioꝝ: neq;
phylacterioꝝ/neq; ullius hoꝝ quæ sunt seruitus dæ/
monū/& diaboli seductiones/atq; ifatuationes: Sed
dn̄i sumus: q dn̄atur uitæ/ac morti: q hēt ptatem car
nis & spūs: In cuius manibus est uiuorum spiramē/
tum. Sic náq; & beati illi uiri q uenerūt ad Iob: idest/
amici eius: cū essent religiosi dei cultores: & oēs exe/
crabiles dæmonū seductiōes declinátes. Assederunt
ei septē diebus & septem noctib'. Maleficia & diui/
nationes non reqsierunt: nisi ad solum deū aias suas
leuauere: & pro doloribus Iob gemuerūt: atq; suspi/
rauere. Sederūt apud eum: faciētes hoc qd' in scriptu
ra post hoc traditū est: ante scripturam implētes. Ne
denegaueris te flentibus in cōsolationē: Et flere cum
flentibus: Et melius est ire in domū luctus: q̄ ire in do
mum epulatiōis. Sederūt apud eum tacētes sup im/
mensa eius patiētia/ac tolerátia: atq; cōstantia. Nam
cum a uermib' carnes suas deuorari uideret: gaudēs
sustinuit: Hæc apud semetipm existimans/ac dicens.
Si celeriter omnes carnes meæ consumptæ fuerint:
celeriter in incorruptionem suscipitur [illegible]
perabit anima mea ad deum: quatotius terram ter/
ræ relinquens: & corpus hoc ante sepulchrum in
escam uermibus tradens. Siue enim ante mortem:
siue post mortē: corpus hoc uermibus in comestio/
nem relinqueť. Sicut dicit post hoc. Cum mortuus
fuerit hō: capiet hæreditatē bestias/& reptilia/& uer/

mes. Cũ huiuſcemodi ergo plurima btũs Iob apud
ſemetipſm loquereť ſeptem diebus tacens / ſuſtinuit.
Eadem uidelicet tractãtes & amici eius q ad eum ue/
nere: tacuerunt ẽt ipſi: uelut in ſtuporem deducti: os
apire nõ ualentes: neq; initium locutionis inuenien/
tes. Sed ultra nõ ſuſtinuit conſtãtiſſimus Iob ille ip/
ſam taciturnitatẽ: ſed primus cœpit loq, utpote pri/
mus in ipſa paſſione: utpote ſolus ſuſtinens ipſa uul/
nera/atq; dolores. Dicit enim. Poſt hæc apuit Iob os
ſuũ. Poſt hæc poſtq̃ præcipuã illam paſſionẽ trãſiit:
poſtq̃ uehemẽtiſſimũ dolorꝫ impetum ſuſtulit: poſt
q̃ ualidis atq; impetuoſis neq̃ſſimi inundationibus
nõ eſt ſubuerſus. Poſtq̃ pro oĩbus quæ ei acciderant:
dño gratias ægit: atq; nomen dñi bñdixit. Poſtq̃ igiť
p cuncta uictoriam de aduerſario ſumpſit: poſt hæc
nihilominus apuit os ſuũ cum fiducia cum patiẽtia.
Poſt hæc apuit os ſuum: poſtq̃ aduerſus tantos dæ/
mones congreſſus eſt ſolus: quantos ſuſtinebat uer/
mes: q edebãt carnes eius. Nam/ſicut ſuperius aliqñ
in prædones: aliqñ aũt in ignem: nõnunq̃ uero iuen
tum uertebat ſe neq̃ſſimus ſpiritus: ſic & nũc iſtic in
multitudinem ĩnumerabilium uermiũ ſe uertẽs: im/
parcẽter deuorabat carnes Iob. Nã cum aĩam nõ ua/
lerent tangere: oẽm iniqtatem: & oẽm irãm ſuam in
corpore iuſti illius exercebãt: tãtum illum affligẽtes:
quãtum iniqtatis habebãt: atq; exercere permiſſi fue/
rant. Aduerſus ergo tãtos dæmones certabatur Iob:
quãtos uermes habebat in corpe ſuo: Nam dæmo/
nes p uermes comedebãt/atq; pforabãt carnes eius.
De qbus oĩbus uictoriam p tolerãtiam ſumẽs: & de
oĩbus p ſuam cõſtantiam triumphator exiſtens: poſt
hæc uniuerſa apuit os ſuum. Quid dicens? Certũ eſt:
qa hoc dixit: q̄ poſt hoc ſancti in ſcriptura poſuere.
Tempus/ac tẽpus oĩ rei ſub ſole. Tempus tacẽdi: &
tempus loquendi. Tacuimus (inquit) o uiri uſq; ad
tempus: loquamur nũc in tpe. Hæc ita dicẽs aperuit
Iob os ſuum. Perſarꝫ (inqens) ac Medorꝫ atq; Chal
deorꝫ regna & gẽtes: oẽs pariter puſilli/& magni cũ
manducauerint: non loquũtur: cum biberint nõ ſer
mocinãtur: maximã notam oĩ rõnabili hãc eſſe æſti/
mantes: ſi manducãs qs loquatur: uel bibens cõcio/
netur. Idcirco in eſcis/ac potibus/os nõ apiunt ad lo
quẽdum: neq; qui miniſtrãt: neq; qbus miniſtratur:
ſed nutibus oĩbus miniſtrãtibus præcipiunt. Hãc cõ
ſuetudinẽ pro mãdato a prioribus accipiẽtes: & ue/
lut legem hãc cum ſollicitudine obſeruãtes: Et q hãc
uiolauerint: tanq̃ maxima trãſgrediẽtes iura torquẽ/
tur. Sed Perſæ (inquit) & Medi/atq; oẽs Chaldei ſu
peruacue iſtam obſeruãt taciturnitatem. Nos uero o
uiri (ait) totam hebdomadã in taciturnitate/atq; in
ieiunio pagentes: rõnabiliter nũc loqui incipiamus.
Apuit Iob os ſuum. Perſæ (inqt) atq; aliæ quæcũq;
illæ ſunt gẽtes: cum mãducauerint: nõ loquũtur, &
cum biberint/nõ ſermocinantur. Ego uero a uermi/
bus comeſtus/atq; cõſumptus: & ſanguis meus/atq;
medullæ: cum ab hiſdem uermibus fuerit bibitus: ta
cui/& nõ ſum locutus. Nũc aũt ſaturatis uermibus:
atq; illis q me per uermes edunt, ideſt dæmonibus:
nũc iam loquar/nũc iam ſermociner. Ob quã rem lo
quaris/uel ſermocineris? Ob hoc (inquit) qa imple/
tum eſt tps ſilẽtii/ac taciturnitatis. Et adhuc. Ob quã
rem loqui aggrederis o Iob? Ob hoc (inqt) ne cum
iugiter taceo: arbitrẽtur dæmones qui aduerſum me
certãt: qđ in ipſis uulneribus defecerim, atq; in do/
loribus ſuccubuerim, ne me ſupatum fuiſſe putent:
aut defeciſſe/aut debilitatum eſſe. Sed norint qa uiri/
liter ſto aduerſus neqtiam eorum: & cum fiducia lo/
quẽs: contẽno oẽs malitias/atq; uerſutias illorꝫ. Sed
& adhuc. Ob hoc (inquit) ut aduenientibus amicis
meis: os apiam: atq; loquẽdi illis tps oſtendam. Niſi
enim ego cœpo loqui: nunq̃ iſti os audẽt apire: uehe
mẽtionibus meis doloribus pterriti. Pro his ergo oĩ/
bus/atq; præ horꝫ oĩum cõſumatione, apuit Iob os
ſuum. Et maledicebat diem ſuũ. Hæc audientes qui/
dam ex uertibilibus/& inſipiẽtibus/atq; impiis: ac/
cuſare ac repħendere iuſtum illũ Iob auſi ſunt: quaſi
qui deum blaſphemauerit/& diem ſuũ maledixerit.
Quibus duriter reſtitit ipſe deus in fine huius ſcriptu
ræ: cum ueracem aſtruẽs Iob dicẽs ad Eliphaz. Pec/
caſti tu q de peccato accuſaſti Iob: Iob uero non pec/
cauit. Peccaſti tu/& duo amici tui. Ob quã rem? Ob
hoc (inqt) qa nõ locuti eſtis quicq̃ ueritatis in cõſpe
ctu meo: ſicut famulus meus Iob. Quẽ ergo ipſe de⁹
irrepħenſibilem confeſſus eſt: famulũ ſuum eum ap/
pellãdum: & hoc in finem tolerãtiæ: qs ſanus crimi/
nari audeat: qs ſapiẽs repħendere aggrediatur? Quis
enim accuſabit electos dei: iuſtum maxime quẽ tan/
tus elegit: & ſe dignum teſtificatus eſt: ita ut ẽt ſacer/
dotem illũ delinquẽtium amicorꝫ cõſtitueret: & per
illum pctã eorum illis remittere pmitteret? Iſtum er/
go qui a deo purgatus eſt: qs audeat repħendere/uel
accuſare: quaſi illicite diem ſuũ maledicẽtem? Super
quæ oĩa (o uiri) ſi ob hoc repħenditur Iob/uel accu
ſatur: qđ diem ſuũ maledixerit, repħendatur pariter
cum illo/uel accuſeť ſanctiſſimus Hieremias ꝓpheta.
Nam ſicut Iob maledixit diem natiuitatis ſuæ: ita &
Hieremias deuotauit diem natiuitatis ſuæ: & oĩa cõ/
ſeqnter ſimiliter ut Iob: locutus eſt de die natiuitatis/
atq; de cæteris oĩbus. Si igiť repħendit qs/uel accu/
ſat: utroſq; repħendere/atq; accuſare debet/& Iob/&
Hieremiã. Et ſi de blaſphemia accuſat, utroſq; debet
accuſare/Iob/& Hieremiam. Vterq; enim/& Iob/&
Hieremias ſimilia dixere: ſimilia locuti ſunt: eundem
dieꝫ natiuitatis ſuæ maledixere/atq; deuotauere. Sed
& Iob beatus eſt in conſpectu dei: & Hieremias glo/
rioſus eſt cum ſcis. Væ aũt his qui ſcõs blaſphemaue
rint: q amicos dei accuſauerint: Maxime quos etiam
deus poſt mortẽ memoria honorificauit: ſicut Iob:
de quo dicit. Si autem ſteterint Iob/Noe/& Daniel
in conſpectu meo. Aut ſicut Hieremiam quem in
uita plus omnibus magnificans dicit. Antequam
formarem te in utero: noui te, & antequã exires de
uulua: ſanctificaui te: & prophetam in gentibus po/
ſui te. Poſtq̃ autem irreprehenſibiles fuiſſe ſanctos
oſtendimus:

ostendimus:non nos/sed ipse deus: etiam beati Iob
sermonum cômemoremur:qui bene a sancto illo di
cti sunt. Male aût ab impiis in blasphemiam sunt uer
si. Aperuit(inqt)Iob os suum:& maledicebat diem
natiuitatis suæ. Primum hoc aduertamus(o uiri pi/
tiæ)qđ Iob diem suum maledicebat/nô diem dei/
nô côditiones/neq; creaturæ diem:Sed diem suum.
Quem diem? Qui nô fuit:Quem nô habuit: quem
nô possedit. Quem ergo non habuit/neq; possedit/
neq; uidit/neq; in eius ptãte fuit:hûc cum maledice/
ret:nihil maledixit:Quod non fuit:qđ non habuit:
qđ non uidit. Item adhuc. Maledicebat(inqt)diem
suum. Siue suum diem maledixerit/siue alienum:ni/
hil maledixit:hoc qđ non fuit:maledixit. Dies enim
nô est in natura:nô est in substãtia:neq; in ppria po/
testate. Lux uidetur:substãtia aût non uidetur:natura
uero nô tenetur neq; apphenditur: qa dies non hêt
naturam:neq; substãtiam. Nomen hêt:naturam ue/
ro non hêt. Sicut hora nomê hêt:substãtiam autem
non habet:Sic & dies nomen habet:sed substãtiam/
uel naturam nô hêt. Quid ergo est dies? Lucis tps/lu
cis trãsitus/solis ortus/& ab oriente usq; ad occasum
decursus. Solis ergo lux/dies appellatur:solis transi/
tus/dies estimat̃: Nã & uere ita est:Solis enim decur/
sus diei tps demetitur:diei terminum ponit: siue ad
breuiãdum diem/siue prolongãdum. Quod aût ita
est:et scriptura demôstrat dicês. Ois lux diei ex sole:
Ac si diceret. Omne tps a sole. Nã sicut qlibet alicu/
bi in tenebris cum lucerna trãsierit:usq;quo lucerna
non est:Illo usq; & lux est:neq; substãtiam hñs/neq;
naturam:sed splendorem tñ:Sic ergo q maledixerit
splêdorem lucernæ:nihil maledicit:nisi trãsitum ina
nem/atq; decursum nô manêtem:ita & iob/cû lumi
nis/atq; splêdoris malediceret:hoc qđ nô erat:male/
dixit. Nam dies cum solis decursu trãsiens transibit:
& ultra idem ipse nô reuertitur. Cum identidê ortus
fuerit sol:alius orietur dies eius nois:ut ille:sed nô ip
se/q ille:Ille ergo trãsiens trãsiuit:& amplius nô ue/
niet:qa ultra nô est. Nam sicut hô q mortuus fuerit:
trãsiuit/& ultra nô ueniet:neq; amplius nô reuertet̃:
& alius nascit̃/& eodem noie appellat̃:& cognomi/
nalis illi uocitatur:Sed nô idem ipse est:sed alius: ita
& dies eiusdem nois ueniet:& idem ipse uero nunq̃
ueniet. Nã sicut spûs exiês denuo nô reuertet̃/& nô
reuocatur aia sublata:sic similiter trãsiês dies denuo
nô reuertetur:neq; ultra in pñti hoc sæculo reuocat̃.
Na sicut oi hoi ordinatum est tps: atq; demetitum
uitæ spaciû uniuscuiusq;:sic similiter singulis dieb⁹
tps ordinatum est: atq; dimêsus solis transitus quo
trãseunte:ultra nô est dies ille qui trãsactus est. Et ad/
huc. Sicut oibus hoibus a sæculo/& usq; in sæculû/
numerus supputatus est coram deo:ita & oium die/
rum a sæculo/& usq; in sæculum numerus/& côpu
tus in côspectu præsciêtiæ dei est supputatus. Et oês
aiæ hoium p singulas gentes/& linguas/p genera/
tiôes/ac per oês tribus terræ: unaquaq; aia de totius
uitæ suæ ætate reddditura est in iudicio rônem: si qd
per unãquãq; diem uel gesserit/uel locuta fuerit/uel
cogitauerit. Oia enim pponentur in iudicio:oia de/
ducentur in inqsitionem:non resurgêtibus diebus:
qui neq; naturam/neq; substantiã hñt:Sed factis om
nium hoium demôstratis in natura aiaɏ/& corpoɏ
in icorruptionem resurgêtium:exigetur in die resur/
rectionis/ac iudicii ab oi aia xpiana/oium dieɏ uitæ
eius ois seruitus quam deo erat exhibitura: & omne
opus scitatis:qđ per singulos dies erat pfectura/siue
in gfaɏ actionibus/& côfessionibus/siue in oratio/
nibus ac depcationibus/matutinis/& uespertinis/siue
in oibus bonis opibus:quæ in noie dñi nři Iesu xpi
pficiuntur. Hoc scilicet ignorãt pleriq; isipientium/
atq; irreligiosoɏ: q admonêtur festinare ad têplum
dei:q uocãtur ad ecclesiã dei accelerare:& terribilem
gloriã dei adorare:& aut pro neglecto hñt:aut in ua/
cuitatem ducût:aut alias excusatiôes inueniût dicen/
tes. Hæsterna fui:crastino ibo. Et nô dicunt de cibo/
& de uêtre. Hæsterna mãducaui:crastina nô mandu
cem. Sed quotidie/& oi tpe indifferêter studêt rep/
perire/atq; exhibere corpori cûcta quæ côsuetudinis
sunt:Deo aût/uel aiæ suæ tpa statuunt/ac metiuntur:
& dies supputãt:ignorãtes:qa irridêt semetipsos/&
aias suas. Nã(sicut supius diximus)oium dieɏ uitæ
suæ rônem reddituri sunt pro opibus scitatis per sin
gulos dies ætatis suæ/uel hic sup terram/uel illic in iu
dicio:Pagani enim/atq; oês ifideles in iudicio nô ue
nient:Sed iam ex hoc dãnati sunt pp ifidelitatem:&
inexcusabiles/in poenas inferoɏ expellentur. Hi ue/
ro q in fide esse uidentur:& xpiano noie censent̃:isti
(inquã)oês/in terribili illa iudicii die in inqsitionê
oium dierû uitæ suæ uniuscuiusq; diei reddêt rônê:
qûo impleuerint dei seruitutem/atq; opus scitatis p
unumquêq; diem. Hæc uidelicet uniuersa foris nos
deuiãs hic sermo:per occasionem memorati diei di/
cere admonuit bene/ac necessarie:utpote pro bono/
rum cômemoratione/his qui salui fieri desyderant.
Sed rursus ad ppositum reuertamur. Maledicebat
(inquit)Iob diem suum. Non maledicebat deum/
non repħendebat/nô blasphemabat/non accusabat/
non murmurabat de deo/nô ingratus existebat deo:
sed diem maledicebat: qui non erat. Nam deo grãs
agebat/cô fitebatur:inuocabat bñdicebat. Sit(inqt)
nomen dñi bñdictum in sæcula. Sic itaq; bñdicêdo:
ac gratias agendo deo: diem qui nec uisionem/nec
naturam/nec substantiam habet:maledicebat:uel po
tius eum qui non erat: sicut superius ostensum est.
Et hoc ut tantum loqueretur. Sed fortassis dicit ali/
quis. Cur omnino hoc dixit:uel cur hoc locutus est?
Audi/o homo. Ob hoc locutus est/& dixit:quia ua/
lidiores dolores eum apphenderunt:magis q̃ nunc
tu arbitrari possis: quia lamentabiliores sustinebat
miserias: magis q̃ tu cogitare ualeas. Nam ille susti/
nebat quæ si tu nûc uideres:nec ad uidendum oino
sufferres/& quomodo pati uel sustinere posses: ac
pateretur quis:foratis ossibus/& liquescentibus car/
nibus:atq; neruis consumptis? Hæc uniuersa susti/

passioné hét in semetipsa : neq; dies/neq; nox. Hæc
itaq; sciēs beatus Iob:miseriam uentilás/& dolorem
deflens:eis quæ nō sunt maledixit:atq; doloré opta/
uit/dicens. Pereat dies ille/in quo natus sum : & nox
illa/in qua dictum est. Ecce masculus. Quare? Quia
tenebrosorum dolo℞ mihi auspicium est factus : qa
obscurissimorum supplicio℞ mihi extitit introitus:
quia cum re familiari / atq; filiorum pditione / etiam
amicos/in inimicos cōuertit: & corpus meū uermi/
bus cōsumpsit:& mēbrorum meo℞ neruos humo/
re uulneris liquefecit. Pro his ergo oibus dies ille sit
in tenebris:& tanq̄ errans circūeat in tenebris: & rur/
sus ad me accessum nō inueniat:neq; appropinqua/
re ualeat:neq; uulnera mea identidem renouet : neq;
maligni diaboli zelo denuo me submittet. Ob hoc
ergo dies ille sit in tenebris. Dies ille qui plurimos
delusit:qui plurimos seducit:qui plurimis æternas
tenebras procurat:oibus illis qui carnalem quæsie/
rint uitam:spūalis uero memores non sunt:oibus q
delectationem putant carnales delitias:oibus qui uo
luptati/ac uentri deseruiunt super terram. Oibus istis
obscurus efficiatur:quia in tenebras prodient: quia
in tenebras ibunt:qa tenebræ contegent nomé eo℞.
Dies ille sit in tenebris. Ille in quo malignus / atq; te/
nebrosus diabolus suam pfecit uolūtatem. Nam &
uere nisi primum obscurauerit diabolus corda ho/
minum:nisi primum ifatuauerit aias eorum:nisi pri
mum obliuioné dederit timoris dei/atq; terribilium
iudicio℞ eius:nō utiq; ualebit unq̄ petōrum semen
seminare in cordibus eo℞. Postq̄ uero obscurauerit
aiam : & a deo auerterit:tunc scilicet ad oia mala / ad
impudicitiam/ad ifidelitatem/atq; ad oia carnis desy/
deria:tanq̄ eos qui in tenebris sunt / facile conuertit.
Istis ergo talibus efficitur dies ille/hoc est dies natiui/
tatis/dies tenebrarum:Et non solum dies natiuitatis
tenebræ illis efficitur : sed insuper dies mortis / æter/
narum tenebra℞ itroitus efficitur illis. Dies enim te/
nebrosus circūdabit hos tales. Hæc nāq; uniuersa si/
gnificans dicit. Dies ille sit in tenebris. Dies impio℞/
Dies infidelium/lasciuorum/impudico℞ / eorum q
neq; in die natiuitatis pietatem custodiunt : neq; in
die mortis poenitentiam ōdunt. Istis ergo talibus
dies ille sit in tenebris:qui in tota uita sua tanq̄ in te/
nebris pambulant:qui palpant : uelut cæci iuxta pa/
rietem. Iustis autem lux est semp/& in die natiuitatis:
sicut Hieremiæ/& oibus sanctis:& in die mortis:si/
cut Lazaro/qui deportatus est ab angelis in sinu Ha/
brææ/Isaac/& Iacob/in sæcula sæculo℞ amen. Dies
ille sit in tenebris : & non inqrat illum dñs desuper:
identidem ad supiora se conuertit:& non inquirat il
lum dñs. Ne inqsitus iterum ad me perueniat:ne in/
uentus identidem me inueniat. Non inquirat illum
dñs desuper:nō recordetur/nō reputetur : Nō enim
est dignus/neq; ipse dies/neq; qui in ipso die amaris/
sima mihi ingessit tormenta. Diem enim natiuitatis
memorat : & lamētabilium supplicio℞ diem signi/
ficat. Quinimo ipsa supplicia:uel potius diabolum
qui ingessit ea:Quem de supioribus cadentem non
requiret dñs unq̄. Non requirat eum dñs desuper.
Quid dicis o beate Iob? Ergo alios dies inquiret:ut
de isto solo dicas uelut intermināš : non inquirat il/
lum dñs desup. Vtiq; ait oés dies sæculi inquirentur
oia tpa & momenta/atq; sæcula requirentur / & pdu/
centur in iudicium. Producentur nimirum/nō dies
sæculi:qui naturam nō hñt:neq; substātiam:sed uer/
ba/& facta q in illis diebus sunt gesta/uel dicta. Sed
& cogitationes & consilia/atq; tractatus:qui in mo
mento huius sæculi tractati sunt : atq; cogitati. Hæc
igitur oia in oibus gentibus/& in oi lingua / inqsita
in iudicio:manifestabūtur in tpe inquisitionis. Non
enim mentitur is qui ait. Memor sum ea quæ a sæcu
lo sunt:dinumerare. Non solum tpa / & momēta/&
dies/& annos:sed qn potius oium hoium cordium
occulta. Iuxta hoc quod dcm̄ est. Qui fingit singilla
tim corda eo℞:qui itelligit in opa eorum. Et adhuc
alibi. Ipse nouit occulta cordis. Apostolus uero his
incōsonanter dicit. In die qua iudicabit deus occul/
ta hoium. Ille enim dies manifestabit oia:in igne re/
uelans cuncta. Scientes itaq; nos (o uiri) qui aduer/
sum tam terribilem habemus iudicem:sancte conuer
sari & in factis/& in uerbis studeamus:ut nō pro cō/
dēnatione in iudicio/sed pro gloria/atq; requie æter
na inquiramur. Deinde. Nō sit inquit in diebus an/
ni:neq; numeretur in diebus mēsium. Quis maledi
ctus/atq; pditus ille dies? Iste non sit in diebus anni:
neq; numeretur in diebus mensium. Nunc ōdisti
euidenter o beate Iob:qa non diem creaturæ maledi
xisti:quia nō diem anni uel mensium deuotasti:Sed
illum qui non est:neq; in substātia/neq; in numero/
neq; in cōputo. Ois enim dies/anno & mensibus/
circūdantur:uel cōputantur. Extra annum autem &
menses/nullus est dies. Ergo si dies qui istic maledi/
ctus est:ac pditus/non est in āno/ut dicis. Non sit in
diebus anni. Non est in mensibus/ut dicis: Non nu/
meretur in diebus mensium. Nihil est:nusq̄ est. Hoc
quod non est:maledicis:eum q non est:pire uolens.
Et merito irrephensibilis in oibus pmanebis beatissi
me dei amice Iob. Aut etiam aliter intelligamus ma/
ledictum huuc/atq; pditum diem:de quo dicit. Dies
ille sit in tenebris:& non inqrat illum dñs desup:fu/
tura significat per hæc:isoclicem illum Iudam p ista
delōge ōdit:qui debuerat esse dies serenus/& splen
didus/ac perspicuus/& sibi luminosus/& aliis luci/
dus:factus est tenebrosus per semetipsum/atq; obscu
rus. Hunc ergo significans dicit:Dies ille sit in tene/
bris:qui lucem dereliquit:qui a luce discessit:qui lu/
cem in mortem tradidit:& non inqrat illum dñs de/
super. Cum inqsierit Petrum / & cæteros apostolos
resurgens a mortuis. Non sit in diebus anni. In eccle
siæ festiuitatibus/atq; scificationibus:non sit in uni/
tate ecclesiæ:Non numeretur inter dies mēsium:In
numero.xii.apostolo℞:tanq̄.xii.mēsium. Sed delea
tur de libro uiuētium:& cum iustis nō scribatur. His
consonāter iferius uniuersum populum iudæorum
designans/

designans/atq; increpans:noctéq; eum nuncupans/
dicit. Obscurẽtur sydera noctis illius. Cuius noctis?
Illius de qua dicit Apostolus. Nox præcessit. Quæ
sydera obscurentur? Sacerdotes/& scribæ/atq; phari
sei. Nam hi qui debuerãt in domo stellarum modo
fulgere/atq; lucere in lege:tanq̃ in nocte/effecti sũt te/
nebrosi/atq; obscuri. Sustineat (inquit) nox illa/iu/
dæorum tenebrosus populus:qui sustineat resurre/
ctionem dñi:Sed nõ ueniat in lucẽ uultus eius:Neq;
uideat luciferum oriẽtem. Spiritum scm̃ paraclitum
de excelsis ad apostolos missum. Aliaq; plurima de/
monstrantur ex ipsis beati Iob sermonibus : quæ in
resurrectione/atq; in iudicio præuenient impiis atq;
iniustis: Tanq̃ aborsum exiens de uẽtre matris suæ.
Illic (inquit) requieuerũt ab ira idignationis: Illic re/
quieuerũt dolentes corpore. Illic (inquit) in resurre/
ctione/in inqsitione/in iudicio. Illic enim requiescit
eatenus indignatio/atq; furor impiorũ: Cum digna
acquirere: quia unusquisque nostrum nõ est unus: sed multi. Intuere n. illius uultum nunc irati: nunc iterum tristis: paulopost rursum gaudentis: & iterum turbati: & rursum lenis: In alio tpe de rebus diuinis & de uitæ æternæ actibus cõsulentis: paulopost uero uel quæ ad auaritiam uel quæ ad gloriam sæculi pertinent molientis. Vides quõ ille qui putatur unus eẽ non est unus: sed tot in eo psonæ uidentur esse: quot mores: quia & s̃m scripturas. Insipiens sicut luna mutatur. Vñ & luna cum uideatur una esse per substantiæ imutationem: tñ a semetipsa semper ipsa alia est: semperq; diuersa: & sic etiam in ipsa constat q; unæ multæ sint. Sic ergo etiam nos qui adhuc insipiẽtes & impfecti sumus: qa semp mutamus snias: & semp diuersa cupimus: & sentimus: unus nõ possumus dici. De iustis autem non solum per singulos unus dicitur: uerum & oẽs competenter unus dicuntur. Et cur non oẽs unus dicantur: quorũ cor: & aĩa una esse describitur? unam semp oẽs sapientiam meditantur: unum sapiunt: unum sentiunt: unum deum uenerantur: unum Iesum xp̃m dñm confitentur: uno spiritu dei replentur? Vnde merito & ipsi oẽs non solum unum: sed & unus dicuntur: sicut & Apostolus designauit dicens. Oẽs quidem currunt: sed unus accipit palmam. Vides manifeste quia oẽs iusti unus est: qui accipit palmam? Vere enim imitatur iustus: qui talis est: unum deum. Nam (ut ego arbitror) etiam illud q; per prophetam dicitur. Audi Israel: dñs deus tuus deus unus est: non tñ numero unus designatur: uerũ qui supra oẽm numerum esse credẽdus est. Sed per hoc magis unus dici itelligendus est: q; nũq̃ a semetipso alter efficitur: hoc est nunq̃ mutat: nunq̃ in aliud uertitur: sicut de eo Dauid ptestatur: dicẽs. Tu autem idem ipse es: & anni tui non deficiẽt. Sed & illud in hũc sensum respicit scriptum est. Ego sum dñs deus uester: & non mutor. Immutabilis ergo est deus: & per hoc unus dicitur: q; nõ mutatur: Sic ergo & imitator dei iustus: q ad imaginem eius factus est: unus etiam ipse cum ad pfectum uenerit appellatur: quia & ipse cum in uirtutis sũma constiterit: non mutatur: sed unus pmanet semper. Nam dum in malitia est: unusquisq; per multa diuiditur: & in diuersa dispgitur. Et dum in multis est malitiæ generibus: dici non potest unus. Igitur quia s̃m mirabilem hanc imitatẽ unus est iustus: imo & plures iusti unus sũt: ideo & sanctus Apostolus oẽm cohortat ecclesiam dicens. Vt idem dicatis oẽs: & non sint in uobis scismata: sitis autem pfecti in eodem sensu: & in eadem sciẽtia. Propterea etiam in actibus apostoloꝝ cor: & aĩa credentium una esse dicitur. Si autem etiam subtilius aliqd consyderare uelimus: inuenire possumus: & aliam unitatem. Verbi gratia. Si ita mortificauero membra mea ut iam nõ concupiscat caro aduersus spiritum: neq; spiritus aduersus carnem: si iam nõ sit alia lex in mẽbris meis: q repugnet legi mentis meæ: & captiuum me ducat in legem peccati. Si oĩa quæ intra me sunt in uno atq; eodem sensu perfecta sint & una atq; eadem snia moueantur: tunc ero ẽt ego uir unus. Hic igit unus laudabilis duaꝝ uxorũ uir primo oĩum uñ sit uideamus. De mõte (inquit) Effraim. Ergo nõ est iustus de uallibus: nec de campis: nec de ullis iferioribus locis: sed nec de collibus quidem: sed de monte est. Et de quo monte? de Effrem: qui interptatur fructificatio. Est ergo de monte frugifero: & locus ei⁹ est frugifer. Vide & scriptura quã laudem mõtium dicit. Deus (inquit) deus mõtium est: & non est conuallium. Sed & nomen iusti huius est Helchana: quod iterptatur possessio dei. Certum est: quia ille de quo dictum est q; unus esset uir: possessio dei est: & non possessio dæmonum. Quem enĩ possident dæmones: nõ est unus: sed multi. Sicut & ipsi dæmones: de eo quem possidebãt / rñderunt dicentes: quia legio nomẽ est ei. Vnus uero est Helchana qui est possessio dei: qui & habet patriam mõtem Effrem mõtem frugiferum. Iste ergo tam laudabilis uir habuit duas uxores: nomen uni Anna: & nomẽ secundæ Fenẽna. Habebat autem filios de secunda Fenenna: sterilis uero erat prior illa: quæ & nobilior erat. Similia inuenies etiam in Genesi. Cognata qppe sibi est diuina scriptura. Inuenies ibi primã uxorem Habraæ Sarram nobiliorem: Secundam uero Aegyptiã Agar ignobilem fuisse: & ante patrem effectum Habraam de ignobili q̃ de nobili: Fit tamẽ postmodum etiam de nobili coniuge pater. Ita ergo etiam nunc Helchana hic qui est possessio dei: prius de secunda uxore efficitur pater: qñ quidem concluserat deus uuluam Annæ: sicut & prius concluserat deus uuluam Sarræ: Post plurimos uero partus Fenennæ: etiam Annæ uulua orõnibus & pcibus aperitur: & efficitur etiam ipsa mater filii eius: quem obtulit deo. Quid ergo hæc in se sacramẽti contineãt uideamus. Fenẽna interptatur conuersio. Anna aũt interptatur gratia. Vnusquisq; ergo nostrum q uult effici possessio dei: istas sibi duas iũgat uxores: & cũ ipsis sibi nuptias celebret. Primam sibi iungat quæ nobilior est: & generosior: gratiã. Hæc enim nobis per fidem prima cõiungitur. Sicut & Apostolus dicit. Gratia salui facti estis per fidẽ. Secundæ uero cõiungimur Fenẽnæ: idest conuersioni: quia post gratiam credulitatis emendatio fit morum & uitæ cõuersio. Sed cum iste sit ordo nuptiaꝝ: alius ordo procreationis efficitur: prima nãq; nobis filios parit Fenenna: quia primos fructus de conuersione proferimus: & prima iustitiæ germina de actibus & opibus procreamus. Primum nãq; iustitiæ opus est: cõuerti a peccatis: quia nisi ante cõuertamur: & declinemus a malo: non poterimus de Anna effici patres: nec de gratia filios generare. Videamus ergo nunc uniuscuiusq; differentias. Fenenna filios habet: sed qui non assistunt deo. Neq; enim tales filii possunt esse cõuersionis: ut assistant: & adhæreant deo. Nec tñ inanes & penitus alieni sunt a rebus dei. Accipiũt nãq; partes de sacrificiis diuinis: & edũt de hostiis dei. Vnusquisq; ergo nostrum primo cõuertitur a peccato: &

ex conuersione generat opera iustitiæ. Postea uero
excitata in nobis Anna per zelum/& æmulationem
boni:precem fundit ad dñm:ut & ipsa filios generet.
Quales ergo Anna/quæ est gratia filios generat:qui
assideant deo? Gratia enim & ueritas per Iesum chri/
stum facta est. Hic ergo est filius gratiæ : q deo uacat/
& uerbo dei. Vis autem euidentiorem tibi ostẽdam/
& in euãgeliis huiusmodi intelligẽtiæ formam:quæ
in lege quidem adumbratur per uxores. In euãgeliis
uero iam prius describit̃ p sorores? Vide Martham/
& Mariam:ex quibus Martha quidem cõturbatur/
& satagit circa multum ministerium:& explet opera
conuersionis: & per hæc uelut conuersionis filios
generat. Maria uero secus pedes uerbi dei optimam
partem dicitur elegisse: & per hæc intelligitur uelut
gratiæ gemina ꝓcreare. Sic ergo & nunc Anna ge/
nerat filium. Quem filium? Samuel (inqt) qui deo
assistat:de quo in psalmis dicitur. Moyses & Aaron
in sacerdotibus eius: & Samuel in his qui inuocant
nomen eius. Sed & Hieremias dicit. Si steterit Moy/
ses/ & Samuel in conspectu meo non remittam eis.
Si ergo tantus & talis est filius gratiæ:& nos festine/
mus quidem ad Annæ nuptias. Sed patienter aga/
mus/ ut prius nobis filii de conuersione nascantur:
prius in bonis operibus placeamus:tunc demum ẽt
de gr̃a & dono spiritus/filium procreamus. Et qua/
lis hic filius est? Samuel inquit: qui interp̃tatur: ubi
ipse deus. Vides quales filios generat gratia? Sic enĩ
scriptum est de his qui spiritus gratiam cõsecuti sũt/
dicẽte Apostolo. Si uero ꝓphetetis oẽs:intret autem
imperitus/aut idiota in conuentum nostrum discer/
nitur ab oĩbus:diiudicatur ab oĩbus: occulta quoq;
cordis eius manifesta fient:& tũc cadens in faciẽ ado/
rabit deũ dicẽs. Quia uere deus in nobis est. Hoc est
ergo q interp̃tatur Samuel:ubi ipse deus. Vbi enim
spiritus gratiæ est:ibi ipse esse dicit̃ deus. Sed iste no/
bis talis filius nõ potest nasci:nisi præcesserint prius
filii Fenẽnæ. Nisi enim præcedant opera conuersio/
nis:nõ merebimur spiritus gratiam: nec ex ipsa pos/
sumus domum spiritus generare. Videamus autem
& ad quem locum conueniebat Helchana cum uxo/
ribus suis. Immolare (inqt) dño in Sylo. Et ibi Heli
& duo filii eius:Ophni & Phinees/sacerdotes domi/
ni. Sylo nomen est loci/in quo sacrificia dño offere/
bãtur:priusq̃ templum ædificaretur in Hierusalem.
In hoc ergo loco qui appellat̃ Sylo:hostiæ pro pec/
catis offerebãtur:& ibi fiebat purgatio peccatorum:
Sylo autem iterpretatur auulsio/uel excaltiatio/hoc
est calciamenti resolutio: & uterq; sensus cõuenien/
ter aptatur:locus enim in quo peccata purgant̃/recte
auulsio noiatur:ubi auellitur cor lapideum & inseri/
tur cor carneum. Vel excaltiatio:quia omnes donec
ad locum sãctum ueniamus/calciati sumus. Quum
autem ꝑuenerimus ad eum:discalciari iubemur. Si/
cut dicitur ad Moysen. Solue corrigiam calciamenti
tui:locus enim in quo tu stas:terra sancta est. Nunqd
putamus q in his nõ aliquid mysterii obtectum sit,

Sed quia deus execrabatur calciamenta Moysi cor/
poralia:ideo hæc iubebat? Aut illud magis putan/
dum est:q cum exiret de terra ægypti/habebat calcia
menta de pellibus mortuis:& erat uelut quadã mor
talitate cõstrictus. Cum uero cœpit proficere ad uir/
tutem/& ascendere in montem dei/atq; ibi imortali/
bus ministrare mysteriis:tunc dicitur ad eum/ut indi
tia mortalitatis obiiceret:quæ in calciamẽtis pelliceis
designãtur? Ego puto/quia ꝓpterea etiam apostolis
suis saluator præcepit:ne habeãt calciamẽta in pedi/
bus suis:ut & ipsorum pedes qui currebãt ad ãnun/
ciandam uitam æternam:omni carerẽt mortalitatis
inditio:quippe qui illam uiam incederent/quæ di/
cit. Ego sum uia/& ueritas/& uita. Nemo enim uiam
uitæ cum inditio mortalitatis incedit. Talis est ergo
locus iste Sylo:ubi est Heli uir minus laudabilis. Pro
peccato enim retrorsum corruens expirauit. Et non
putemus/q ille solus retrorsum corruens/exspirauit:
sed & nunc siquis retrorsum corruit:siqs retro con/
uertitur a fide & ueritate:necesse est ut cadat:& ut cõ/
tinuo moriat̃. Sed & in deuteronomio cõminatio
peccatoribus intẽtatur:cum dicit̃ οπισθοτονοσ
Opisthothonos.i.isanabilis. Opisthothonos autem
tergi ægritudinem & posteriorum ꝑtium significat:
ut utiq; non sine causa cum tot genera languoris ha
beantur:humani hoc potissimum languoris genus
ãscribit̃ peccatori. Nam & in Genesi/uxor Loth qa
retrorsum conuersa est: diuinum dicitur transgressa
præceptum quo ei mandatum fuerat: ne retrorsum
respiceret/neue staret in omni regione:& ideo effecta
est in staticulum salis. Dominus quoq; noster & sal/
uator in euãgelio. Nemo (inquit) mittens manum
in aratrum/ & retro respiciẽs:aptus est regno dei. In/
sup quoq; cum de plurimis docuisset/addit & hoc/
dicens. Memores estote uxoris Loth. Optimum igi/
tur est/obliuisci priora:obliuisci præterita:uti ne cõ/
ꝓhendat nos Opisthothon isanabilis languor: neq;
cadamus retrorsum sicut Heli/& moriamur. Ibi au/
tem erant duo filii Heli. Heli interpretatur Arabs/si/
ue extratorius:Extratorius quippe a deo est:qui non
tenet disciplinam:qui delinquentem filium non ca/
stigat:non corripit ut emendet: qui indulget uitiis:
qui delicta non punit: Sicut & Apostolus dicit.
Quod si extra disciplinam estis/cuius ꝑticipes facti
sunt omnes:ergo adulterini:& non filii estis. Iste est
igitur Heli qui propter hæc punitur a deo. Videa/
mus autem qui sint etiam filii eius. Ophni (inquit)
& Phinees. Interpretatur autem Ophni:excelsus cõ/
uersionis. De Fenenna pauloante diximus: q esset
cõuersio:hic autem qui excedit:& longe efficitur ab
emendatione:nec conuerti uult ad dñm: propterea
impius ꝑmanet:Sed & quicũq; est/quem uidemus
post peccatum non conuerti ad pœnitentiam: non
recipere metum futuri iudicii:& uerbi diuini præci/
pientis:Nunquid qui cadit:nõ adiiciet/ut resurgat:
aut qui auersus est non reuertetur? Recte etiam de ip
so dicimus/quia sit Ophni excedens a conuersione.

Sed &

Sed & alius eius filius dr̃ Phinees. Duos nouimus
in scripturis/hoc noīe cōpellatos. Phineē illū iustum
filium Aaron: & hūc iniustum filiū Heli. Vñ & com
petēter duas huius noīs īterp̄tationes īuenio. Signifi
cat eni Phinees in lingua nr̃a: oris obturatio: uel ori
parcēs: Pctōr ergo & q fiduciam nō hēt ad loquen/
dum: obturatū hēt os. Iustus uero p̄cit ori suo. Ho/
dieq; in sacerdotib⁹ dñi hētur uterq; Phinees: hētur
& Eleazar: q ī scripturis primus ep̄s noiatus est: sicut
& in numeris scriptū est. Sūt ergo hodie quoq; in sa
cerdotibus dñi Phinees: qcūq; parcūt ori suo: & ois
sermo malus nequaq̄ de ore eoꝝ ꝓcedit. Sūt ergo sa
cerdotes: ex quoꝝ ore/nullū scādalum/nullū mēda/
ciū: nullus dolus: neq; falsitas ulla depromit̃: & isti
merito Phineæ illi Aaron filio/comparant̃. Sūt aūt
aliq/ & f̃m istū Phineem Heli filiū sacerdotis: q obtu
ratū os hñt/siue impitiæ uitio: siue cōsciētia pctōꝝ.
Sed hoc est q̄ desp̄co: ut siqs est: q se in sacerdotalem
ordinē adscitum uidet: satis agat eruditioni/uel emē
datiōi opam dare: & festinet effici de illo nūero btō/
rū: ne forte inueniat̃ ex istis sacerdotibus: q & repro/
bant̃/& puniūtur a deo. Sed tp̄s est iam ēt de oōne
Annæ/quā ꝓfudit offerēs deo Samuelē: quē a lacte
depulerat: pauca memorare. In qua primo qdē hoc
dicimus: q̄ is q deo offertur puer/offerri añ non po/
tuit/quā depelleret̃ a lacte. In quo oñditur cōsecrati
deo neminē posse: q adhuc lacte alitur: & puer est sen
sibus: atq; exp̄s est sermonis iustitiæ. Nec sacerdota/
lia pōt ꝓcurare sacramenta: nisi desistat a puerilibus:
& in maius ascēdat: ab his qbus Apostolus dicit. Lac
uobis potū dedi/nō escā: nōdum. n. poteratis. Alio/
qn f̃m lr̃am/qd uidet̃ opæ p̄cii puerulū nup a lacte
deuulsum/deo offerri: ubi nō mater iterit nō nutri/
ces fouebūt: neq; educādi pueri aderūt ulla subsidia?
Sed uide qa scripturæ sermo ita aptat⁹ est: ut figurali/
ter doceat: q̄ ois q primo ad fidē cōuertitur: lacte &
nō cibo forti alitur: de qbus in alio loco dr̃. Et effecti
estis/q lacte idigeatis: & nō cibo forti: qm̃ oīs q lacte
alitur/alienus est a sermōe iustitiæ. Paruulus. n. est: p/
fectoꝝ uero est cibus solidus: q ꝓ possibilitate sumē/
di/exercitatos hñt sensus/ad discretionē boni ac ma/
li. Igit̃ qcūq; nōdū a lacte depellit̃/sed puulus est: nō
pōt ascēdere ad tēplū dñi: nō pōt ascēdere ad myste/
ria sacerdotū: nec sacrificiis interesse. Sed nec mr̃ qdē
eius ascēdit: cū posset ascēdere. Gr̃a. n. est mr̃ eius An
na: quæ seruat/& custodit eū/& enutrit: ut tp̄e opor/
tuno/cū ipso pariter ascēdat: Quæ cū uiderit ei adesse
tp̄s: ut iā recedēs a lacte/solidis/& fortibus cibis uta/
tur. Vt possit & sacerdotib⁹ ītersse: & de altaris edere
sacrificiis: tūc cū deo cōsecrat. Vide si in alio loco/in
scripturis scīs/iuenis signari aliquē a lacte depulsum.
Ego tñ quantū ad p̄sens memoria suggerit Isaac me/
mini: de quo & scriptū est: qa conuiuiū magnū fecit
Habraā ea die/q̄ a lacte depulsus est Isaac filius suus.
Apud hoies qdē sæculi huius: parentes solēt natalis
diē celebrare filioꝝ. Habraā uero nō celebrat natalē
diem Isaac filii sui: sed illū diē festum agit/& lætitiæ
deputat/& conuiuia celebrat: cum eum a lacte depel/
lit: & ad cibos fortes/& solidos applicat: quasi p hæc
diceret Isaac: Cum factus sum uir/deposui quæ erant
p̄uuli. Oportebat ergo talem esse hunc qui offertur
domino: ut habitet in sanctis: q possit uesci carnibus
sanctis: de qbus scriptum est. Sāctificamini ut mādu
cetis carnes. Sed uideamus quali eum p̄ce Anna. i.
gr̃a cōsecrat dño. Nouum qppe aliqd ex ip̄sis princi
piis obseruabimus. Ait. n. Et orauit Anna & dixit: Et
nusq̄ eam quasi ad deū orātem iuenio/uel loquētē:
nisi per duo tm̃ uerba/ubi dicit. Lætata sū in saluta/
ri tuo. Et aliud. Quia nō est præter te. Initium aūt sic
hēt. Exultauit cor meū in dño. Nō dixit exultauit cor
meū in te. Si. n. esset oōo: ita dici cōsequens erat. Exul
tauit cor meū in te. Et iteꝝ in sequēti uersu dicit. Exal
tatū est cornu meū in deo meo: non dixit: Et exaltatū
est cornu meū in te: sed in deo. Dilatatū est sup inimi/
cos meos os meū. Lætata sum in salutari tuo. Vnus
(ut dixi) sermo cōtinet/lætata sum in salutari tuo. Et
in cōsequentibus nō dicit: qa non est sanctus nisi tu.
Sed nō est (inquit) sanctus/sicut dñs: & nō est præ/
ter te. Hic sermo uidet̃ seruasse oōnis ordinē. In no/
uissimis autem longe a supplicationis sp̄ē: etiam cō/
monitiones quasdam ītroducit/dicens. Nolite mul/
tiplicare loqui mala: neq; exeat magniloquacitas de
ore uestro: qa fortis in sciētia dñs. In quo iam nec ui/
detur ad dñm loq. Quid ergo dicemus de his? Ego
cum legerem aliqñ apud Apostolum qd⁹ dixit: Sine
intermissiōe orate: quærebā si præceptum hoc pos/
sibile eēt impleri. Quis. n. pōt nūq̄ desinere ab ora/
tione: ita ut neq; cibū/aut potū sumendi tp̄s habeat?
Quippe ut hæc fiant intermittenda uidetur oratio.
Sed ne dormire qdē: aut aliqd aliud hūani usus age/
re f̃m istud præceptū: oratio cōiter ītellecta/cōcedit.
Videamus ergo ne forte oēs actus eius/qui in diui/
no uersat̃ officio: & oīa gesta/uel dicta: quæ f̃m deū
gerit: & dicit/ad orationem reportētur. Si. n. oratio
hoc solum intelligat̃: q̄ cōiter scimus: neq; Anna in
his uerbis orasse uidebit̃: neq; ullus iustoꝝ scd̃m apo
stoli mādatum: sine itermissione orare docebitur. Si
uero oēs actus iusti quos f̃m deum agit/& f̃m man/
datum diuinum/oratio reputatur. Quia iustus sine
intermissione/quæ iusta sunt/agit: per hoc sine inter/
missione iustus orauit: nec unq̄ ab oratione cessauit:
nisi iustus esse desistat: cum enim iniustum aliquid
agimus: aut delinquimus/certum est/q̄ eo tp̄e/etiam
ab oratione cessamus. Puto q̄ hæc edocemur/& in
psalmis/cum dicitur. Eleuatio manuum mearum/sa
crificium uespertinum. Non enim puto q̄ siquis ele
uauerit uel extenderit manus ad coelum (ut habitus
esse orantium solet) continuo sacrificium obtulerit
deo. Sed uideamus ne forte/hoc est/q̄ ibi indicat ser
mo dei: qa per manus/opa/intelliguntur. Eleuet ma/
nus ille qui eleuat actus suos a terra: & conuersatio
eius adhuc in terra ambulātis/in coelis est. Excelsi er/
go actus/& sublimes: quos uidētes hoies/magnifi/
cant patrem coelestem: eleuatio manuum dr̃: sacrifi/

cium uespţinű. Aut nõ hoc/& in lege p misteriű do/
cebať:cum Moyse eleuãte manus:uincebat Israel:Di
mittẽte uero:& deiiciẽte deorsum:uicebat Amalech.
Et si oia hæc figuraliter contingebãt illis:scripta sunt
uero pp nos ĩ quos fines sæculorꝝ deuẽnerũt. Intelli
gere debemꝰ:qa donec famulus dei eleuat actus suos
ad deũ/uincit gens dei:cum aũt deiecerit/& dimiserit
manus.i. actus suos : uincit Amalech inimicus dei.
Aut qd uideť? Volo.n.paululum imorari cum his q
nolũt hæc spũaliter:sed sm lfam itelligi. Nũqdnam
putãdum est : q oipotens deus ad manus respiceret
Moysi:& siqdem uideret eas sursum eleuatas : Israel
uictoriã daret. Si uero deorsum deiectas / Amalechi/
tis? Siccine dignũ est dei sci spũs sentire sermonibus?
An illud potius putãdum est:q futura in his myste/
ria præformabat:quæ qdem de crucis sacramẽto/&
affixione manuũ saluatoris intelligi:tritum iam/& a
multis sæpe disertũ est? Sed qm inouari semp iubeť
his/q sm euãgelium uiuit:& nouũ testamentũ semp
debet nouis sensibus illustrari : & cantari dño iubeť
cãticum nouũ:& interior hõ nr/nõ dixit Paulus:qa
renouatur/& stat:sed renouať de die/in diem. Opor/
tebat ẽt nos/& de orõnis mõ:qualiter sine intermis/
sione orãdum sit:& de eleuatione manuũ:qd' sacri/
ficium dř uespţinũ:nõ solum usitatis/& attritis : sed
aliquãtulum ẽt inouatis disertionibus/explanare. Vi
deamus ergo/qd sibi uult rõ ista orõnis Annæ: quã
si didicerimus:similiter fortassis & nos orare poteri/
mus. Exultauit inqt/cor meũ in dño : necessarie ad/
didit/in dño. Est.n.exultatio/quæ nõ est in dño : Si/
cut & illud dř. Gaudete in dño. Potest.n.qs gaude/
re in carnalibus:& nõ in dño. Si.n.gaudeam q iue/
ni thesaurũ uisibilẽ:istud gaudium carnis est:& non
est in dño. Si gaudeã q me hoies laudãt:& forte nõ
pro merito: nõ est hoc gaudere in dño. Si gaudeam
in rebus fragilibꝰ & caducis. Hæc oia nõ hñt lauda/
bile gaudium. Si uero gaudeã : qm dignus habitus
sum pro noie dñi iniuriã pati:istud gaudium in dño
est. Quia ipse dixit/super his gaudete/& exultate:qa
merces ura/multa in cœlis est. Si gaudeã cum odia
in me exerceanť iniustitia:Et si gaudeã/cum ĩpugnor
ppter uerbum dei:si gaudeã cum castigor in lãguo/
ribus/in pſecutionibus:in angustiis:si hæc oia lætus
excipiam:istud gaudium in dño est. Et iõ nos docet
scriptura:ut abiicientes gaudia terrena/fragilia/& ca/
duca:de æternis gaudiis exultemus in dño:ut meri/
to dicamꝰ:q Anna dixit. Exultauit cor meũ in dño.
Et qm cum hæc dicũtur:qdam de astãtibus/supple/
tus est spũ imundo:& exclamauit/ita ut fieret popu/
li cõcursus. Dicamus & nos/qa Anna dicẽte. Exulta/
uit cor meum in dño:cõtrarius spũs exultationẽ no
stram in dño ferre nõ potuit:sed uult eam mutare:ut
ablata ea/itroducat tristitiam : & phibeat nos dicere:
Exultauit cor meum in dño. Verũ nos nõ impedia/
mur/sed magis/ac magis dicamꝰ: Exultauit cor meũ
in dño. Et pro hoc ipso / q uidemus ĩmundos spũs
flagellari. Et qa per hæc multi cõuertuntur ad deum:
multi emũdantur:multi ad fidem ueniunt : nihil est
q sine cã faciat deus:nec aliqd frustra fieri permittat.
Nam qm multi sunt q uerbo nõ credũt : nec rõnem
doctrinæ suscipiũt:in hos cum dæmon ĩsiluerit:tũc
cõuertuntur:ut ubi abũdauit pctm:supabundet grã:
Et ubi maligna uirtus opata est : ibi plus postmodũ
dñi grã opetur:qa cum expulerit dñi grã malignum
spm:ĩtroducit spm scm:Et anima quæ repleta fuerat
spũ imundo:repleť postmodum spũ sancto. Ideo p
his oibus/exultauit cor meum in dño: Exaltatum est
cornu meũ in deo meo. Sunt quædam cornua iu/
storum:qbus utunť uel agentes aliqd uel loquẽtes.
Sicut enim dicũt. In te inimicos nros uentilauimus
cornu in græco dicit κερατιουμεν dicit:q est cum
cornu petimus/uel cornu uentilauimus. Sic & alibi
dicit. Quia exaltabuntur cornua iusti. Oportet ergo
nos habere ista cornua:quæ iustis de crucis xpi api/
cibus cõferunť:ut in his destruamus / & deiiciamus
aduersarias uirtutes de aĩa nra:qbus prostratis / & ex/
pulsis / possit in nobis plãtari uinea:quia uinea facta
est dilecto:in cornu/in loco uberi. Exaltatum est ergo
cornu iustæ huius gratiæ:& ois iusti in dño. Dilata/
tum est os meum sup inimicos meos scriptũ est : Di/
lata os tuum/& adimplebo illud : & nunc dicit hæc
iusta. Dilatatũ est os meum. Si idoneus/& fortis fa/
ctus fuero in uerbo:& ualidus in sapiã : ita ut nõ an/
gustis assertionibus:sed dilatatis affluẽtibus/cõfuta/
re possem oẽm sciam extollentẽ se/aduersum fidem/
& ueritatem xpi:uel cum incredulitatẽ / uel pfidiam
arguens iudæorum ex lege & pphetis rõne deprom
pta/oñdero esse xpm Iesum:& in oibus potuero re/
darguere ueritatis inimicos:tũc digne possum etiam
ego dicere. Dilatatum est os meũ sup inimicos me/
os. Si mihi certamen moueat Basilides:& eum uehe
menter obtriuero. Si Valentini discipulus occurrat
qõnibus:& de hoc certamine/uictor exiero. Si his p/
stratis/Marcion occurrat:& discesserit/ẽt ipse supera/
tus. Dilatatũ est os meum sup inimicos meos. Si istis
cõfutatis/occurrãt philosophi mulctãtes ĩplicitati fi/
dei nræ:& idiotas nos ipsosq; clamitãtes : cõuertar
ẽt ad ipsos & ueræ sapiæ uiribus / falsæ ac fucatæ sa/
piẽtiæ nebulas obturbauero:& nõ solũ huius mun
di/sed & principũ huiꝰ mũdi sapiam destruxero:tũc
plenius dilatatũ est os meũ/sup inimicos meos. Scĩ
est ergo uox ista/& pfecti:q rebꝰ ipsis/& ueritate sub/
nexum huiuscemodi possit pferre sermonẽ:& dice/
re. Dilatatũ est os meũ sup inimicos meos. Oportet
ergo nos primo dilatare os nrm:ut ĩpleat illud deus.
Quõ aũt os primo dilatamus? p meditationẽ uerbi
diuini:ut possimꝰ eousq; pficere:ut a dilatatiõe oris/
ẽt ad cordis dilatationem ueniamus:& cũ Apostolo
dicere. Cor meum dilatatũ est ad uos o Corinthii. Ex
latitudine.n.cordis:abundantia ori sapiæ ministrať.
Quia lætata sum in salutari tuo. Si lætatus fuero in
salutare dei:tũc dilatať os meum sup inimicos meos.
Nõ est sanctus/sicut dñs. Si scriptum esset:nõ est san
ctus/nisi dñs:cõsequens erat/oẽs nos renunciare no
bismet ipsis

bismet ipsis ab hac spe: ut sancti efficeremur. Núc autem necessaria distinctione utitur: & dicit. Nõ est sanctus sicut dñs: hoc est: etiam si sint multi sancti: sed nullus ita sanctus est: ut dñs. Possunt ergo multi sancti fieri: sicut & mãdatum dei dicit. Sancti estote: qm̃ & ego sanctus sum. Sed quantúcũq; quis in sanctitate proficiat: quantúlibet puritatis / & syncaeritatis acquirat: ita esse sanctus homo non potest / sicut dominus: quia ille sanctitatis largitor est: iste susceptor. Ille sãctitatis fons est: hic aũt sancti fontis potator est. Ille sanctitatis lux est: hic sãctae lucis inspector: & ideo non est sanctus sicut dñs: Et non est p̃ter te. Quid est q̃ dixit non est p̃ter te? non aduerto si dixisset / non est deus praeter te: uel non est creator praeter te: aut tale aliquid addidisset: nihil requirendum uidebatur. Nunc autem quia dicit: nõ est praeter te: mihi hoc uidetur in loco designari: nihil eorũ quae sunt proprie esse: hoc ipsum quod sunt: naturaliter non hñt: tu solus autem es: qui qd' es a nullo datum est. Nos enim oẽs idest uniuersa creatura nõ eramus / anteq̃ crearemur: & ideo q̃ sumus uolũtas est creatoris. Et quia aliqñ nõ fuimus: non est integrum / si dicatur de nobis: quia sumus: quãtum ad illud expectat cum non essemus: sed solus est deus: qui qd' est semper habuit: & nõ accepit ut esset initium. Deniq; Moyses cum discere uellet a deo / quod ei nomen esset: docens eum deus dicit. Ego sum / qui sum: & hoc mihi nomẽ est. Si ergo aliud aliquid in creatoris hoc noie uel hac significantia appellari posset: nunq̃ diceret dñs / hoc sibi nomen esse. Sciebat enim se solum esse: creaturas uero a se accepisse / ut essent. Nam & umbra ad comparationem corporis non est. Et fumus ad comparationem ignis: ignis non est. Sic ergo & quae in coelis sunt / & quae in terra: uisibilia / & inuisibilia: quantum ad naturam dei p̃tinent: non sunt: quantum ad uoluntatem creatoris sunt: hoc quod ea esse uoluit / ille qui fecit. Ideo ergo dicitur quia praeter te non est: Nõ est potentia: sicut deus noster / simile est hoc illi / quod superius dctm̃ est: quia nõ est sanctus / sicut dominus. Sicut enim ibi nõ dixit: quia non est sanctus quisq̃: sed nõ est sanctus sicut dñs: ut õnderet: q̃a & si sunt sancti: sed nemo ita est sanctus / ut est dñs. Ita & in hoc loco / etiam si sit aliquis potẽs: non est (inq̃t) potẽtia sicut deus noster. Nolite multiplicare loqui excelsa. Cur non dixit nolite loqui excelsa? Ergo licet mihi aliqua loqui excelsa: multiplicare autem excelsa / & ardua non mihi licet. Hoc enim uidetur designari / per id q̃ dctm̃ est. Nolite multiplicare loq̃ excelsa. Quid ergo per hoc indicetur consyderemus. Non p̃mittitur hũanae naturae multa excelsa loqui: neq; multa excelsa intelligere: nã & Salomon dicit. Altiora te ne quaesieris: & fortiora te ne scruteris: de quibus praeceptum tibi est: haec intellige. Ergo & in hoc loco dr̃ excelsa / nõ ut oĩno non quaeras: sed ne de his multiplices q̃ões. Respicienti quippe ad imbecillitatem hũanae cõditionis: sufficiat tibi ea de excelsis / & arduis / uel inq̃sisse / uel p̃loqui: quae uitam uel ingredientibus / uel loquentibus tribuant: quae aũt sunt in q̃bus excelsa me loqui necesse est? Quãdo de oĩpotentia dei loquor: de inuisibilitate & sempiternitate eius: excelsa loquor qñ de unigeniti eius coaeternitate / caeterisq; mysteriis p̃nũcio: excelsa loquor qñ de sp̃us sc̃i magnificẽtia dissero: excelsa loquor. In his nobis tñ cõcedere loq̃ excelsa: post haec tria iam nihil loquar excelsum. Oĩa enim humilia sũt / & deiecta: quantum ad trinitatis huius caelsitudinem spectat. Nolite ergo multiplicare loqui excelsa: nisi de patre / & filio & spiritu scõ. Et ut plenius manifestum fiat qd' loq̃mur: utamur adhuc (si uidet̃) exẽplis: uerbi gr̃a. Gentes multos itroducunt deos. Isti multiplicant loqui excelsa. Haereticorũ q̃dam derelinq̃ntes creatorẽ mũdi & filium eius: fingunt sibi aliũ nescio quẽ excelsiorẽ deum: & alios similiter introducũt: quos deas / siue deos appellant. Et isti ergo multiplicãt loq̃ excelsa. Non exeat magniloquium de ore uřo. Vere q̃ dctm̃ est ab Apostolo. Miser ego hõ / q̃s me liberabit de corp̃e mortis huius? Cõuenienter dici põt de oĩ hoĩe. Miserũ nãq; est mortaliũ genus. Siq̃dem nõ solum in malis / sed & in bonis periclitamur. Verbi gr̃a. Visiones quasdã uidi bonas: factae sunt mihi reuelatiões: signa / p̃digia p̃ me ipleta sunt: effectus sum bonus: Seruo iustitiã / cõtinẽtiam / ueritatem: & in his p̃iclitor. Quãdo enĩ nihil aliud fuerit: zabulus pro his oĩbus suscitat mihi sup̃biam: ita ut opus hẽam angelo sathanae / q̃ me colaphizet / ut ne extollar / & exeat magniloquium de ore meo. i. ut ne magna de meipso loq̃r. Quoniã q̃dẽ exterminat dñs labia dolosa: & linguã magniloquacẽ: q̃ dixerũt linguã nr̃am magnificauimus. Nõ ergo exeat magniloquium de ore uřo: q̃a fortis sciarũ dñs: & nõ emẽdauerunt occasiones: sicut & ibi dctm̃ est. Nõ declines cor tuũ in uerba mala: ad excusandas excusatiões in p̃ctis: cũ hoĩbus op̃antib' iniq̃tatẽ: & in p̃uerbiis dr̃. Occasiones accipit piger: & dicit. Leo est in uiis: in plateis aũt homicidae. Inuenimus ergo tales eẽ p̃ctõres / accusantes oĩa magis q̃ semetipsos: & occasiões sibimet excusationũ fingẽtes: cũ dicũt. Zabulus me supplantauit: Mulier me seduxit. Illa mihi occasionẽ p̃stitit / ut peccarẽ: cũ utiq; oportet meminisse p̃cepti dictis. Dic tu p̃ctã tua prior ut iustificeris: nõ enĩ emẽdant excusatiões. Sed & illud in excursu cõtingere / necessariũ uidet̃. Miq; q̃ppe cõtinet sensum q̃ scriptũ est. Iustus aũt ipse / sui accusator fit in p̃ricipio sermõis sui. Ergo iniustus nõ fit sui accusator / sed aliorũ. Sic & zabulus accusator q̃dẽ est: accusator aũt nõ sui: sed fratrũ. Interim oẽs necesse est accusari. Sed siq̃dẽ iustus fuero: nõ expecto ut alius me accuset: sed ipse mei accusator existo. Plenius tñ uelim discutere: q̃uo potest iustus sui accusator esse. Certum est q̃a donec q̃s peccat: & permanet in delictis: neq; iustus est: neq; accusator est sui: non enim accusat q̃ agit: cum uero poenituerit a delictis: tunc iustus efficitur: & nõ alterius / sed sui accusator existit. Arcus potẽtium infirmatus est. Iacula maligni / quae dicũtur ignita: per arcus po

tentium emittuntur: potētes autem uirtutes dicun/
tur aduersæ:de quibus dicitur. Quia ecce peccatores
intenderunt arcum:& in ipso pauerunt uasa mortis.
Et iterum. Sagittas suas ardētibus effecit. Sed nunc
dicitur:quia arcus potētium infirmatus est. Si enim
tu indutus es armis dei:si scuto fidei sis munitus:&
galea salutis obtectus: & lorica charitatis: & gladio
spiritus accinctus:arcus cōtra te potentium pro mu/
nimētis talibus infirmabitur. Si enim iaculatum fue
rit contra te/unum aliquod iaculum ignitum:id ex/
ceptum scuto fidei/cōtinuo extinguet. Iecit & aliud
iaculum:repulsum id quoq; thorace iustitiæ est. Iecit
& tertium:etiam id gladio spiritus detruncatum est.
Emittit fortassis & quartum: quod similiter per ga/
leam salutis abiectum est. Cumq; per hæc omnia ho
mo dei penitus inuulnerabilis manserit: tunc arcus
potentium:tum directis spiculis infirmabitur. Et in/
firmi accincti sunt fortitudine. Si uideas quomodo
quæ stulta sunt mundi/eligit deus: ut confundat sa/
pientes:& quæ infirma sunt mundi eligit:ut cōfun/
dat fortia. Intelligis quomodo infirmi accincti sunt
fortitudine? Infirmus erat gentilis populus:quippe
qui alienus erat a testamēto dei:hic adeptus est forti/
tudinem. Quam fortitudinem? Fortitudo mea:&
laudatio mea dominus:& factus est mihi in salutem.
Fortitudo ergo ipse est Christus dominus: qua ac/
cincti sumus nos: qui eramus aliquando alieni a te/
stamento/& sine deo in hoc mundo. Saturati pani/
bus:deducti sunt ad seruitutem. Culpabile ostendit
esse saturari panibus. Quia Iacob māducauit/& bi/
bit:& repletus est/& incrassatus est/& recalcitrauit di
lectus. Esurientes dereliquerunt. Illos dicit qui satu/
rati fuerant panibus:quia reliquerunt esurientes. Ve/
nit enim fames:non fames panis/neq; sitis aquæ:sed
audiendi uerbum dei: Propterea ergo esurientes de/
reliquerūt. Vsquequo sterilis peperit septē:& fœcun
da in filiis ifirmata est. Multi enim filii desertæ:ma/
gis q̄ eius quæ habet uirū. Sterilis mater nostra Ec/
clesia est/hæc pepit septem. Septenario numero re/
quies ascripta est: & fœcunda in filiis infirmata est.
Patroni litteræ iudei uelim uidere/quomodo asse/
runt/ꝙ fœcunda in filiis infirmatur:& sterilis quo/
modo peperit septem. Sed illorum fabulis spretis/
nos consyderemus:ne forte unusquisq; nostrum/ha
beat intra se sterilem quæ parit septem:habeat & fœ/
cundam in filiis quæ infirmatur. Fœcunda in pro/
genie erat caro nostra: habens plurimos carnis fru/
ctus:fornicationem/imūditiam impudicitiam/ido/
latriam/ueneficia inimicitias contentiones/æmula/
tiones/incitationes/dissensiones. Hæc erat carnis no
stræ numerosa progenies. Sed cum uenimus ad fi/
dem crucis Christi: & mortificationem Iesu/inci/
pimus circunferre in corpore nostro: & mortificare
mēbra nostra quæ sunt super terram: & exhibere ea
seruire Iustitiæ/& sobrietati:tunc fœcūditas probro/
sæ huius generationis/exclusa est: & hoc modo fœ/
cunda in filiis/infirmata est. Quomō autem sterilis
septem pariat:uideamus. Sterilis in me erat aīa mea:
nō afferebat fructus iustitiæ:nūc autem ubi p̄ fidem
Christi/meruit gratiā spiritus sancti: & repleuit eam
spiritus sapientiæ/& intellectus: spiritus consilii/&
fortitudinis:spiritus iustitiæ/& misericordiæ: & re/
pleuit eam spiritus timoris dei. Certum est/quia ste/
rilis peperit septem: & fœcūda in filiis infirmata est
Dominus mortificat & uiuificat. Quem mortificat
dominus: & quem uiuificat? Me ipsum uiuificat:
cum me facit mortuum esse peccato:& me ipsum ui/
uificat:cum me facit uiuere deo. Peccator eram: &
in delictis uiuebam:mortificauit me a peccatis:mori
me fecit uitæ priori:& uiuificauit me:ut ī timore suo
uiuam:ut in fide sua stem:ut ultra non uiuam pecca
to:sed deo:qui me a mortuis suscitauit:ut in nouita/
te uitæ ambulem in xp̄o Iesu dn̄o nostro:Cui est glo
ria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Explicit Homilia unica Origenis
super Canticum Annæ.

¶ INCIPIT Prologus Beati Hieronymi præ/
sbyteri ad Damasum papam/in expositione cantici
Epithalamii canticorum/sm̄ Origenem/cuius do/
ctrinam/& eloquentiam/laudibus effert.

b EATISSIMO Papæ Da/
maso Hieronym⁹. Origenes cū
in cæteris libris omnes uicerit:in
Cantico canticorum ipse se uicit.
Nam decem uoluminibus expli
citis/quæ ad uiginti usq; uersu/
um milia pene peruenerūt: pri/
mum.lxx.interpraetes:deinde Aquilam & Symma/
cum & Theodotionē: & ad extremum qntam edi/
tionem:quā in actio littore inuenisse se scribit:ita ma
gnifice aperteq; disseruit:ut inde mihi uideatur in eo
completum esse:quod dicitur: Introduxit me rex in
cubiculum suum. Itaq; illo opere prætermisso: quia
ingentis est ocii laboris/& sumptuum:tātas res:tam
dignum opus/in latinum transferre sermonem:hos
duos tractatus quos in morem quotidiani eloquii
paruulis adhuc lactentibus/composuit:fideliter/ma
gis q̄ ornate iterpraetatus sum:gustum tibi sensuum
eius non cibum offerens. Tu animaduertas/quanti
sint illa æstimāda quæ magna sunt: cum sic possint
placere quæ parua sunt.

¶ Translatio duarum Homiliarū Origenis in can/
tico canticorum e Græco/in Latinum. Vbi primo
ponitur ipsius Origenis præfatio de Cantico ipso
canticorum.

d E cantico cāticorū dicturus: q̄mo didicimus
per Moysen/q̄dam esse:quæ nō solum sctā:
sed & sancta sanctorū:& alia non tm̄ sabba/
ta:sed & sabbata sabbatorū:sic nūc doceamur/scriben
te Salomone/esse quædā nō solum cātica:sed & can
tica canticorū. Beatus quidem is:qui ingreditur san/
cta: sed beatior qui ingreditur sancta sanctorum.
Beatus qui sabbata sabbatizat:sed beatior qui sabba/
tizat sabbatorum

tizat sabbatorum sabbata. Beatus similiter/& is qui
intelligit cantica & canit ea: Nemo quippe nisi in so
lénitatibus canit: sed multo beatior ille qui canit can
tica canticorų. Et sicut is qui ingreditur in sancta plu
ribus adhuc indiget: ut ualeat introire in sancta san/
ctorum. Et qui sabbatum celebrat: quod a dño po/
pulo cōstitutum est: multa adhuc necessaria habet: ut
agat sabbata sabbatorų. Eodem modo difficile repe/
rit: qui oia quæ in scripturis cōtinentur cantica pera/
grans: ualeat ascēdere ad cantica canticorų. Egredi te
oportet ex ægypto: & egressum de terra ægypti per/
transire mare rubrum: ut possis primum canticum
canere dicēs. Cantemus dño: gloriose enim magni/
ficatus est. Licet aūt primum dixeris cāticum: adhuc
longe es a cantico canticorų. Perambula terram de/
serti spiritaliter: donec uenias ad puteum quem fode
runt reges: & ibi scḋm canticū canas. Post hæc ueni
ad uiciniam sanctæ terræ: & sup Iordanis ripam cō/
stitutus: cantes canticum Moysi dicens. Attende cœ
lū & loquar: & audiat terra uerba oris mei. Rursum
habes necessarium ut milites: & terrā sanctam hære/
ditate possideas: & apis tibi ꝓpheret: & apis te iudi/
cet: Delbora qppe apis interꝑtatur: ut possis & illud
carmen qḋ in libro iudicum cōtinetur edicere: ad re/
gnorų deinceps uolumen ascendens: ueni ad canti/
cum qñ Dauid fugit de manibus oium inimicorum
suorų: & de manu Saul: & dixit: Dñs firmamentum
meum: & fortitudo mea: & refugium meum: & libe
rator meus. Perueniendū tibi est ad Hesaiam: ut cum
illo dicas: Cantabo canticum dilectæ uineæ meæ. Et
cum uniuersa trāsieris: ad altiora conscende: ut pos/
sis aia decora cum sponso/& hoc canere canticū can
ticorų: quod quot ex personis constet: incertus sum.
Orantibus autem uobis: & reuelante dño: quattuor
mihi in his uideor inuenisse ꝑsonas/uirum & spon/
sam: cum sponsa adolescentulas: cum sponso soda/
lium greges. Alia dicuntur a sponsa: alia a sponso:
nōnulla a iuuenculis: quædam a sodalibus sponsi.
Congruum qppe est: ut in nuptiis adolescentularų
sit multitudo cum sponsa: iuuenum turba cum spō/
so. Hæc oīa noli foris quærere. Noli extra eos qui ꝑ/
dicatione euangelii saluati sunt. Christum sponsum
intellige: Ecclesiam sponsam sine macula & ruga de
qua scriptum est: ubi exhiberet sibi gloriosam eccle/
siam: non hñtem maculam neq; rugam: aut aliquid
eorų: sed ut sit sancta & imaculata. Eos uero qui cum
sint fideles non sunt tñ istiusmodi: quales sermo ꝑ/
fatus est: sed iuxta modum quēdam adepti uidentur
salutem: aīaduerte credentium aīas: & adolescētulas
esse cum sponsa. Angelos uero & eos qui peruene/
runt in uirum ꝑfectum: intellige uiros esse cum spon
so. Inde igitur mihi uident quattuor ordines: unum
& unam: duos choros inter se continentes: sponsam
canere cum iuuenculis: sponsum canere cum sociis.
Et cum intellexeris: audi cāticum canticorų: & festina
intelligere illud: & cum sponsa dicere ea quæ sponsa
dicit: ut audias quæ audiuit & spōsa. Si autem non

potueris dicere cum sponsa quæ dixit: ut audias ea
quæ dicta sunt sponsæ: festina uel cum sponsi soda/
libus fieri. Porro si & illis inferior es: esto cum adole
scentulis: quæ in sponsæ delitiis cōmorant. Hæ qp/
pe in hoc libro/fabula pariter/& epithalamium/sunt
personæ: ex quo & gentiles sibi Epithalamium uen/
dicarūt: & istius generis carmen assumptum est. Epi/
thalamium siqdem canticum canticorum: primum
sponsa orat: & statim in mediis precibus auditur. Vi/
det præsentem sponsum: uidet adolescētulas suo co
mitatui copulatas. Deinde respondet ei sponsus: &
post sponsi eloquia/dum ille pro eius patitur salute/
respondent sodales: donec sponsus sit in recubitu:
& a passione consurgat: se quædam sponsæ ornamē
ta facturus. Verum iam ipsa uerba ponenda sunt/in
quibus prius uox sponsæ deprecantis/auditur.

¶ HOMILIA PRIMA.

Sculetur me / ab osculis oris sui. Quorų iste
o sensus est. Quousq; spōsus meus mittit os/
cula per Moysem/mittit oscula per prophe/
tas: iam ipsius cupio ora contingere: ipse ueniat: ipse
descendat. Orat igitur spōsi patrem/& dicit ad eum.
Osculetur me/ab osculis oris sui. Et quia talis est: ut
compleatur super eam propheticum illud: in quo di
citur: Adhuc te loquente dicam: Ecce adsum: spon/
sam sponsi pater exaudit: mittit filium suum. Videns
illa eum cuius depræcabatur aduentum: orare desti/
tit: & ad eum cominus loquitur. Quoniam bona
ubera tua super uinum: & odor unguentorum tuo/
rum/super omnia aromata. Sponsus igitur christus
missus a patre: uenit unctus ad spōsam: & dicitur ad
eum. Dilexisti iustitiam: & odisti iniqtatem: propte/
rea unxit te deus/deus tuus oleo exultationis/ꝑ par/
ticib⁹ tuis. Si me tetigerit spōsus/& ego boni odoris
ero: & ego liniar unguētis: & ad me usq; eius unguē
ta peruenient: ut possim cum apostolis dicere: Chri/
sti bonus odor sumus in omni loco. Nos autē cum
hæc audimus: adhuc peccatis uitiisq; fetemus: de q/
bus propheta pœnitens loquitur. Putruerunt/&
corruptæ sunt cicatrices meæ/a facie isipiētiæ meæ.
Peccatum odoris est putridi: uirtus inspirat unguē/
ta: quorum typos repies in Exodo. Inuenies quoq;
ibi stacten: onica: galbanem & reliqua. Hæc quidem
ad incensum. Deinde ad opus unguentarii/uaria su/
mūtur unguenta: in quibus est nardus/& stacten: &
deus qui fecit coelum & terram: loqtur ad Moysem
dicens: Ego impleui eos spiritu sapientiæ/& intelle/
ctus: ut faciant opera artis unguentariæ: & unguen/
tarios deus docet. Hæc si spiritaliter non intelligan/
tur: nonne fabulæ sunt? nisi aliquid habeant secreti;
nonne indigna sunt deo? Necesse est igitur eum qui
audire scripturas spiritaliter nouit: aut qui certe non
nouit: & desyderat nosse: omni labore contendere:
quo possit dignus spiritalium fieri secretorum: & ut
aliquid audentius dicam spiritali cupidine/uel amo/
re. Siqdem est & spiritalis amor. Et quomodo est q/
dam carnalis cibus: & alius spiritalis: & alia carnalis

potio:alia spiritalis: Sic est quidam amor carnalis a
sathana ueniēs:alius amor spiritus a deo exordium
habēs:& nemo pōt duobus amoribus possideri. Si
carnis amator es:amorem spūs nō capis. Si oia cor/
poralia despexisti nō dico carnem aut sanguinē: sed
argētum/& possessiones:sed ipsam terram/ipsumq;
coelum. Hæc quippe pertrāsibunt. Si ista oia cōtem
psisti:& ad nullum horum/aia tua obligata est:neq;
quoq; uitiorum amore retineris:potes amorē capere
spiritalem. Ista locuti sumus:quia euenit occasio: ut
de amore spiritali aliqua diceremus. Expedit autem
nobis Salomonis custodire præceptum:& magis il/
lius:qui per Salomonem loquebatur de sapiētia:ita
dicēs. Ama illam/& seruabit te:circūda illam/& exal/
tabit te:honora illam:ut te amplectatur. Est qdem spi
ritalis amplexus:atq; utinā cōtingat:ut meam spon/
sam altior sponsi amplexus includat: ut ego quoq;
possim dicere:quod in eodem libro scriptum est. Si/
nistra eius sub capite meo:& dextera illius amplexa/
bitur me. Osculetur me ergo/ab osculo oris sui. Mo/
ris est scripturarum impatiuum modum pro optati/
uo ponere: ut ibi. Pater noster q es in coelis/sanctifi/
cetur nomē tuum:pro utinam sanctificetur: & tunc
est in præsenti. Osculetur me/ab osculo oris sui: pro
eo quod est/utinam osculetur. Deinde cōspicit spon
sum:uenit delibutus unguētis: nec aliter ad spōsam
poterat uenire: nec decebat aliter patrem ad nuptias
filium destinare. Variis eum unxit unguētis: fecit il/
lum Christum:uenit diuersis odoribus spirās:& au/
dit:quia bona ubera tua sup uinum. Cōgrue sermo
diuinus eandem rem/pro locorū qualitate/diuersis
uocabulis nūcupat. Quādo hostia effertur in lege:&
uult itellectum ostendere: pectusculum separationis
affatur. Quādo uero recumbit aliqs cum Iesu:& sen
suum eius cōmunione pfruitur: nō pectusculum ut
supra:sed pectus alloqtur. Porro cum sponsa loqtur
ad sponsum:quia nuptiale carmē inducitur: nō pe/
ctusculum ut in sacrificio: nō pectus ut in Ioāne di/
scipulo:sed ubera noiat dicēs: Quia bona ubera tua
sup uinum. Cōmunica ut sponsa cum sensibus spō/
si:& scias quia inebriāt/atq; lætificant istiusmodi co
gitatus. Quomodo autem calix dñi inebrians per q̄
optimus est:sic ubera sponsi/omni meliora sunt ui/
no:quia bona ubera tua/sup uinum. In mediis pci/
bus ad sponsum uerba cōuertit. Et odor unguētorū
tuorum/sup oia aromata:non uino sed oibus:spon/
sus uenit unctus unguētis. Si autem & ad meam ani
mam factam spōsam suam uenire dignabitur:quam
oportet esse formosam:ut illum de coelo ad se trahat
ut descendere faciat ad terras: ut ueniat ad amatam:
Quali pulchritudie decorāda est! Quali debet amo/
re feruere! ut ea loquatur ad illam quæ ad perfectam
locutus est sponsam! Quia ceruix tua:quia oculi tui:
quia genæ tuæ:quia manus tuæ:quia uēter tuus:qa
humeri tui:quia pedes tui:de qbus si concesserit dñs
disputabimus:quō sponsæ membra uariētur:& sin
gularum partium laus diuersa dicatur:ut post dispu
tationem etiam ad nostram dici aiam similiter labo/
remus. Bona igitur ubera tua super uinum: & odor
unguētorum sup oia aromata. Si uideris sponsum/
tunc intelliges uerum esse/ quod dr:qm̄ bona ubera
tua super uinum & odor unguētorum tuorum sup
oia aromata. Multi habuerūt aromata. Regina austri
detulit aromata Salomōi:& plures alii aromata pos/
sederūt:sed habuerit quis quātalibet nō possunt chri
sti odoribus comparari:de quo nūc spōsa ait. Odor
unguētorum tuorum sup omnia aromata. Ego arbi
tror qa:& Moyses habuit aromata:& Aaron & sin/
guli pphetarum:Verum si uidero Christum:& sua/
uitatem odore unguētorum eius percepero:statim sen
tentiam fero/dicēs:Odor unguētorum tuorum sup
oia aromata. Oleum effusum nomen tuum/pphetī/
cum sacramentum est. Tm̄modo nomen Iesu uenit
in mūdum:& unguētum pdicatur effusum. In euā/
gelio quoq; mulier accipiens Alabastrum unguenti
Nardi pistici pciosi:caput Iesu/pedesq; pfudit. Ob/
serua diligēter:quæ de duabus super caput effuderit
saluatoris:siqdem peccatrix sup pedes: & ea quæ dr̄
nō fuisse peccatrix/sup caput eius fudisse mōstratur.
Obserua inq̄:& inuenies in euāgelica lectione nō fa/
bulas/& narrationes ab euangelistis:sed mysteria esse
cōscripta. Impleta est utiq; odore unguenti domus.
Siquid peccatrix habuit:ad pedes referēdum est:& si
quid ea quæ nō peccatrix/ad caput. Nec mirum do/
mum fuisse odore cōpletam:cū hoc odore mundus
cōpletus sit. Scribitur in eodem loco de Simone le/
proso & domo eius. Ego puto leprosū mūdi istius
esse principem:& hunc leprosum Simonem nūcu/
pari:cuius domus ad aduētum Christi suaui odore
cōpleta sit/agente poenitētiam peccatrice: & sancta/
caput Iesu in unguēti odoribus pfundēte. Vnguen/
tum effusum nomē tuum. Quomō unguētum qd
effusione sua odorem lōge/lateq; dispargit:sic Chri/
sti nomē effusum est. In uniuersa terra Christus no/
minat. In oi mūdo prædicat dñs. Vnguētum enim
effusum est nomen eius. Nūc Moysi nomē auditur:
qd prius Iudææ tm̄ claudebatur angustiis. Neq;.n.
græcorū qspiam meminit eius. Neq; in ulla gētilium
lrarum historia de illis seu cæteris: scriptum aliquid
inuenimus. Statim ut Iesus radiauit in mūdo:eduxit
secum leges & pphetās: & uere completum est un/
guentum effusum nomen tuum. Ipse iuuenculæ di/
lexerūt te. Et quia per spiritum sanctum/charitas dei
diffusa est in corda nostra congrue nomen effusio/
nis infertur:unguētum effusū est nomen tuū. Hæc
dicens sponsa adolescētulas conspicit:qm̄ illa sponsa
patrem rogabat:& ad ipsum sponsum cominus lo/
quebatur:nec dum adolescētulæ aderant. In mediis
uero præcibus ingreditur iuuencularum chorus: &
sponsæ laudatur eloquiis. Propterea iuuenculæ di/
lexerunt te:& attraxerunt te. Adolescētulæq; respon/
dent. Post te in odore unguētorum tuorum curre/
mus:q̄ pulchræ sponsi pedissequæ:quæ nec dū fidu
ciam habent sponsæ. Sponsa nō post tergum sequi/
tur:sed

tur:sed ingreditur iūcta lateri. Apphendit dexteram
sponsi:& manus eius sponsi dextera continetur. Fa/
mulæ uero ingrediūtur post eam. Septuaginta sunt
reginæ & octoginta concubinæ:& iuuenculæ qua/
rum non est numerus. Vna est columba mea: perfe/
cta mea:una est matri suæ:una est ei quæ concepit il/
lam. Post te ergo in odore unguentorꝫ tuorum cur/
remus:cū omni honestate deambulantibus/dictum
est:post te in odore unguentorꝫ tuorꝫ curremus:sm
illud. Cursum consumaui. Et illud qui in stadio cur/
runt:oēs quidem currūt unus aūt accipit brauium.
Brauium xps est:& hæ quidem adolescentulæ:quas
propter amoris exordium foris stare cognoscimus:
iuxta illud exemplum. Amicus autem spōsi stans/&
audiens eum: gaudio gaudet/ppter uocem sponsi.
Tale qddam & adolescentulæ sustinent. Introeunte
sponso foriscus remanent:sponsa uero speciosa/pfe
cta/sine macula:sine ruga in spōsi cubiculum: in re/
gium penetral ingressa: reuertitur ad iuuenculas: &
nunciat eis/quæ sola conspexerit:dicitq;. Introduxit
me rex in cubiculum suum:non ait: introduxit nos
plures in cubiculum suum. Plures foris remanēt. In
cubiculum/sola ingreditur sponsa:ut uideat thesau/
ros absconditos/& tenebrosos:renuncietq; iuuen/
culis. Introduxit me rex in cubiculum suum. Rursus
adolescentulæ.i.sponsarꝫ incipientium turba cōplu/
rima. Ingressa sponsa cubiculum sponsi/& uidēte di
uitias uiri sui:dum illius pstolantur aduentum lætæ
cōcinunt. Exultabimus/& lætabimur in te. Pro spō/
sæ perfectione lætantur. Non est æmulatio in uirtu/
tib⁹. Amor iste mūdus:amor iste sine uitio est. Exul/
tabimus/& lætabimur in te. Diligemus ubera tua. Il
la quæ maior est:iam tuorꝫ uberum lacte pfruitur:&
loquitur exultans:bona ubera tua super uinum. Istæ
uero quæ exultationem/& lætitiam deferunt: ado/
lescentulæ qppe sunt:deferunt charitatem/& dicūt.
Exultabimus/& lætabimur in te. Diligemus ubera
tua/super uinum. Diligemus(inquiunt)nō diligi/
mus. Deinde loquitur ad sponsam: æquitas dilexit
te. Laudat sponsam nomē illi æqtatis:a propriis uir/
tutibus imponentes:æquitas dilexit te. Rursum ad
adolescentulas sponsa respondet:Nigra sum/& spe/
ciosa filiæ Hierusalem:ut tabernacula cedar:ut pelles
Salomonis. Ne intueamini me:quia ego sum deni/
grata:qm̄ despexit me sol. Speciosa qdem est:& pos/
sum inuenire qūo speciosa sit sponsa:quærimus au/
tem qūo nigra/& sine candore/sit pulchra. Pœnitē/
tiam egit a peccatis:speciem ei largita est cōuersatio:
& ideo speciosa cantatur. Quia uero nec dum oi pec
catorꝫ sorde purgata:nec dum lota est in salute:nigra
dicitur:sed in atro colore non pmanet. Fit itaq; can/
dida/qm̄ ad maiora consurgit:& ab humilibus/inci/
pit ad alta conscēdere:diciturq; de ea: Quæ est ista q
ascendit dealbata? Et quo manifestius hoc mysteriū
describatur:non ait ut in plærisq; codicibus legitur:
Innixa super fratruelem suum.i.episitērizomene:sed
ἐπιστηθιζομένη episectizomene.i. sup pectus eius
recumbens. Significanterq; de aīa sponsæ/& sermo/
ne dicitur/super pectus illius recumbens:quia prin/
cipale ibi cordis est nostri. Vnde a carnalibus recedē/
tes:spiritalia sentire debemus:& itelligere:multo me/
lius esse/sic amare/q̄ amare desistere. Ascendit igitur/
recumbens super pectus fratruelis sui:& quæ nūc in
exordio cātici nigra ponitur:in epithalamii fine/de
ea cantatur. Quæ est ista quæ ascendit dealbata? In/
telleximus qūo & nigra & formosa sit sponsa. Si aūt
& tu non egeris pœnitentiam: caue ne aīa tua nigra
dicatur/& turpis/& duplici fœditate turperis: nigra
propter peccata pterita:turpis ppter hoc: quia in eis/
dem uitiis perseueras. Si uero pœnitentiam egeris:ni
gra erit aīa tua propter antiqua delicta: propter pœ/
nitētiam uero habebit aliquid(ut ita dicam):æthio/
pici decoris. Et quia semel æthiopē nominaui: uolo
testem scripturam/super hunc aduocare sermonem.
Aaron & maria murmurāt:quia Moyses æthiopis/
sam habet uxorem/& nunc Moyses æthiopissam du
cit uxorem. Siqdem lex eius/ad hanc nostram æthio
pissam trāsmigrauit. Murmuret Aaron/sacerdotium
iudæorꝫ:murmuret & Maria/synagoga eorꝫ. Moy/
ses de murmuratione non curat: amat æthiopissam
suam:de qua & alibi dicitur per pphetam:Ab extre/
mis fluminum offerent hostias. Et rursum: Aethio/
pia pueniet manus eius deo. Pulchre pueniet/qūo in
euāgelio/mulier illa/quæ sanguinem defluebat:Ar/
chisynagogi filiam curatiōe puenit:sic æthiopia/Is/
rael ægrotante/sanata est. Illorꝫ delicto/salus gentili/
bus facta est/ad æmulandum eos. Nigra sum/& spe/
ciosa filiæ Hierusalem: & tu ecclesiastica aīa ad filias
Israel conuerte sermonem:& dic. Me plus amat spō/
sus/me magis diligit/q̄ uos: quæ multæ filiæ Israel.
Vos foris statis:& sponsam cubiculum uidetis itran
tem. Nemo dubitet nigram/uocatā esse formosam:
q nos sumus:ut cognoscamus deum:ut cantica can
tici pdicemus:ut ab æthiopiæ finib⁹: ut ab extremo
terræ ueniremus/sapiētiam ueri audire Salomonis:
& quando saluatoris uox intonantis auditur:Regi/
na austri ueniet in iudicium: & condemnabit hoīes
generationis huius:quia uenit a finibus terræ/audi/
re sapientiam Salomonis: & ecce plus q̄ Salomon
hic:audi mystice quæ dicātur. Regina austri uenit a
finibus terræ:ecclesia:& condēnat hoīes generatio/
nis huius.i.iudæos carni & sanguini deditos: uenit
a finibus terræ/audire sapientiam Salomonis: non
illius qui in testamēto ueteri pdicatur:sed huius qui
in euāgelio/Salomone maior est. Nigra sum/& spe/
ciosa filiæ Hierusalē:nigra uelut tabernacula cedar:
speciosa ut pelles Salomonis. Ipsa quoq; noīa/cum
sponsæ decore/conueniunt. Aiunt hebræi cedar in/
terptari tenebras. Nigra sum ergo/ut tabernacula ce/
dar:ut æthiopes:speciosa ut pelles Salomonis:quas
eo tpe/in tabernaculi ornamento composuit:quān/
do templum summo studio/& labore/fabricatus est.
Diues quippe Salomon & in omni sapientia/illius
nemo poessit illum. Nigra sum/& speciosa filiæ hie/

rusalem:ut tabernacula cedar : ut pelles Salomonis:
ne intueamini me:quia ego sum denigrata. Satisfecit
de nigrore suo:& per poenitentiam/ad meliora con
uersa/ãnunciat se filiabus Israel/nigram quidem eẽ:
sed pulchram:sm ꝙ supius exposuimus:& dicit. Ne
ĩtueamini me:quia ego sum denigrata. Ne(inquit)
admiremini coloris esse me tetri:sol despexit me:ple/
no quippe radio/in me luminis sui fulgor illuxit : ut
eius sim calore fuscata. Neq; enim ut decuerat:ut so/
lis dignitas expetebat:illius in me lumen accepi:deli/
cto eorum/salus gentilibus facta est:& rursum incre/
dulitate gentium/scientia Israel. Habes utrunq; apud
Apostolum : Filii matris meæ pugnauerunt aduer/
sum me. Cõsyderandum qũo sponsa dicat:filii ma/
tris meæ pugnauerũt aduersum me:& qñ aduersus
eam/fratrum pugna surrexit. Vide Paulum ecclesiæ
ꝑsecutorem : & intelliges qũo filius matris eius pu/
gnauerit aduersus eam. Persecutores ecclesiæ egerũt
poenitẽtiam:& aduersarii eius rursum ad sororis si/
gna conuersi: ꝑdicauerunt fidem / quá ante destrue/
bant. Hoc ꝓphetico spiritu sponsa nunc cantás/ait.
Dimicauerunt in me:posuerunt me custodem in ui/
neis:uineam meam non custodiui. Ego ecclesia:ego
sponsa:ego sine macula:plurimaꝝ custos sum posi/
ta uineaꝝ a filiis matris meæ:qui cõtra me aliqñ pu
gnauerant:qua sollicitudine/curaq; districta:dũ plu/
res custodio uineas:uineam meam non seruaui. In/
tellige mihi hoc de Paulo / & alio quocũq; sanctoꝝ
qui pro oium sit salute sollicitus:& uidebis:qũo ui/
neam suam non custodiens:alioꝝ uineta custodiat.
Quomõ etiam/ut alios lucrifaciat : ipse in qbusdam
dãna sustineat:etenim cum fuerit liber ex oibus:seip/
sum seruum fecit:ut oẽs lucrifaceret. Factus sum(in/
quit)infirmus infirmis:Iudæis Iudæus:iis qui sub
lege erant qsi sub lege & cætera. Dicatq; uineã meam
non custodiui. Deinde conspicit sponsum:qui con/
spectus abscessit. Et frequẽter hoc in toto carmine fa/
cit:quod nisi quis ipse patiatur:nõ potest intelligere:
sæpe deus testis est. Sponsum mihi aduentare cõspe/
xi:& mecum esse ꝙplurimum:quo subito recedente:
inuenire non potui/quod quærebam. Rursus igitur
desydero eius aduentum : & nõnunq̃ iterum uenit:
& cum apparuerit / meisq; manibus fuerit compre/
hẽsus:rursum elabitur:& cum fuerit elapsus:rursum
a me inquiritur:& hoc crebro facit:donec illum uere
teneam:& ascẽdam inuisus super fratruelem meum.
Annuncia mihi/quem dilexit aia mea:ubi pascis:ubi
cubas in meridie. Non quæro alia tpa qñ uespere:qñ
diluculo:qñ in solis pascis occubitu. Illud tps inqui
ro:qñ in florente die/qñ plena luce/in maiestatis tuæ
splendore uersaris. Annuncia mihi/quem dilexit aia
mea:ubi pascis:ubi cubas in meridie. Diligenter ob/
serua meridiẽ legis. Apud Ioseph/meridie/fratres prã
dium celebrant. Angeli/meridie/Habraæ suscipiun/
tur hospitio:& cætera istiusmodi. Quære/& iuenies
scripturam diuinam/nõ frustra/seu fortuitu / unum/
quẽq; usurpare sermonem. Quis putas est dignus e

nobis/ut ad meridiem usq; ꝑueniat & uideat ubi pa/
scat:ubi cubet sponsus. Annuncia mihi/quem dile/
xit aia mea:ubi pascis:ubi cubas in meridie. Nisi eñi
tu mihi annunciaueris:incipio errabunda iactari : &
dum te quæro:in alioꝝ greges incurro. Et qa alioꝝ
erubesco faciẽ/atq; ora cõtingere:faciem meam / atq;
ora mox contego. Sum quippe sponsa formosa : &
aliis nudam faciem meam non ostẽdo:nisi tibi soli:
quem iam pridem deosculata sum. Annuncia mihi/
quẽ dilexit aia mea:ubi pascis : ubi cubas in meridie:
ne qñ fiam sicut cooperta super greges sodaliũ tuo/
rum:ut ista non patiar:ut non fiam cooperta:ut ora
non contegam:& ad alios usq; ꝑueniens : incipiam
forsitan & eos amare/quos nescio. Idcirco annuncia
mihi/ubi te quæram:& inueniam in meridie:ne for/
te fiam quasi coopta super greges sodalium tuoꝝ.
Post hæc uerba sponsus ei cõminatur:& dicit. Aut
cognosces temetipsam:qñ regis es sponsa & formo
sa:& a me facta formosa. Siqdem ego mihi exhibui
gloriosam ecclesiam:non hñtem maculam/neq; ru/
gam. Aut scito:quia si te nõ cognoueris:& tuá scie/
tis dignitatem:patieris hæc quæ sequunť. Quæ ná
ista sunt ? Si non cognoueris temetipsam o pulchra
in mulieribus:egredere tu in uestigiis gregum:& pa
sce non greges ouium:non agnoꝝ/sed hædos tuos:
Statuet quippe oues a dextris : & a sinistris hædos.
Si non cognoueris temetipsam o pulchra in mulie/
ribus:egredere tu in uestigiis gregũ : & pasce hædos
tuos in tabernaculis pastoꝝ:In uestigiis(inquit)pa/
storꝝ nouissima fies:non inter oues:sed inter hædos
tuos:cum qbus habitans/non poteris mecum/idest
cũ bono pastore esse. Eqtatui meo/in curribus Pha/
raonis/assimilaui te. Si uis intelligere o sponsa / qũo
scire te debeas:cognosce/cui te comparauerim:& tũc
uidebis talem te esse / quæ turpari non debeas : cum
tuam speciem cognoueris. Quid est igitur equitatui
meo/in curribus Pharaõis/assimilaui te ? Scio equi/
tem sponsum ꝓpheta dicẽte:& equitatio eius salus.
Assimilata es ergo eqtatui meo/in curribus Pharao/
nis. Quantum differt equitatus meus qui sum dñs:
& dimergo in fluctibus Pharaonẽ:& cristatos eius:
& ascensores eius:& equos/& currus eius : quátum
(inquá)differt equitatus meus/ab equis Pharaõis:
tanto melior es oibus filiabus tu sponsa:tu ecclesia/
stica aia:oibus aiabus quæ nõ sunt ecclesiasticæ. Igi/
tur si ecclesiastica aia es:oibus aiabus es melior:si nõ
es melior:non es ecclesiastica. Equitatui meo/in cur/
ribus Pharaonis/assimilaui te proxima mea. Deinde
pulchritudinem spõsæ/spiritali amore describit. Ge/
næ tuæ ut turturis. Faciem illius laudet:& genarum
rubore succenditur. Pulchritudo quippe mulieris in
genis dicitur esse ꝙplurima. Ita & nos pulchritudinẽ
aiæ intelligamus in genis. Labia uero eius/& linguá/
intelligẽtiam ꝑdicemus. Collum tuũ monile : ut or/
namentum quod solet uirginum collo pendere : &
nũcupatur ormiscos. Itaq; sine hoc decore/& tuum
ipsum collum est ornamentũ. Post hoc/fit sponsus
in recubitu:

in recubitu:requieuit ut leo:ut catulus leonis obdormiuit:ut deinceps posset audire suscitabit eum/ quo interim dormiente/apparent sponsæ sponsi sodales angeli: & his eam sermonibus consolantur. Nos tibi aurea ornaméta facere nõ possumus:non enim tam diuites sumus ut sponsus tuus:qui aureum tibi monile largiatur:nos similitudinem auri faciemus:non enim habemus aurum:& hoc quoq; lætandum est: si similitudines auri:si stigmata faciamus argẽti, Similitudines auri faciemus tibi cũ stigmatibus argenti:uerum non omni tpe:sed donec sponsus tuus surgat a cubitu. Cũ enim ille surrexerit: ipse tibi aurum: ipse faciet argẽtum:ipse tuam mentem/sensumq; decorabit:& eris uere diues in spõsi domo/sponsa formosa:cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ℭ HOMILIA SECVNDA.

B eo loco in quo scriptum est:Nardus mea
a dedit odorem suum:usq; ad eum locum/in
quo/ait:Quia uox tua suauis: & forma tua decora/&cætera:oẽs aiæ motiones uniuersitatis cõditor deus creauit ad bonum: sed pro usu nostro fit sæpe/ut res quæ bonæ sunt per naturam:dum male his abutimur:nos ad peccata deducant. Vnus de aiæ motibus amor est:quo bene utimur ad amandum: si sapientiam amemus & ueritatem. Quando uero amor noster in peiora corruerit amamus carnem/& sanguinẽ. Tu igitur ut spiritalis/audi spiritaliter/amatoria uerba cantari:& disce motum aiæ tuæ:& naturalis amoris incendium ad meliora transferre:sm illud: Ama illam:& seruabit te: circunda illam/& exaltabit te. Viri diligite uxores uestras ait Apostolus:sed non stetit in eo quod dixerat:uiri diligite uxores uestras:uerum sciens esse dilectionem uiroꝝ: in ppriis quoq; uxoribus inhonestam: sciens esse placentem deo:docuit quõ uiri uxores suas amare deberent:inferens. Viri diligite uxores uestras: sicut & Christus ecclesiam:& hoc qdem in pœmio eorum quæ postea differẽda sunt diximus: quia amici sponsi:dum rex in recubitu suo est(requiescẽs enim dormiuit ut leo:& ut catulus leonis)sponsæ pmiserant/donec ille consurgeret/similitudines auri & argenti esse facturos:non hñtes aurum/ut sponsus: & quodámodo aliis uerbis sponsi passio prædicata est: non irrationabiliter ad hæc sponsa rñdit:& ipsa dispẽsationem quãdam passionis intelligens:ad id quod audierat: similitudines auri faciemus tibi cum stigmatibus argenti:donec rex in recubitu suo est/ait. Nardus mea dedit odorẽ suum. Fasciculus guttæ fratruelis meus mihi/in medio uberum meoꝝ demorabitur. Quomodo igitur aptabimus ei/id quod præcessit:donec rex in recubitu suo est:id quod sequitur: Nardus mea dedit odorem suum. Loquitur euangelium:quia uenit mulier hñs alabastrum unguenti nardi pistici pciosi:nõ illa peccatrix:sed sancta:de qua nũc mihi sermo est. Scio qppe Lucam de peccatrice: Mathæum uero/& Ioánem/& Marcum nõ de peccatrice dixisse. Venit ergo non peccatrix illa sed sancta:cui nomen quoq; Ioánes inseruit. Maria quippe erat/hñs alabastrum unguenti nardi pistici pciosi & effudit super caput Iesu. Dein de super hoc indignantibus nõ oibus discipulis:sed Iuda solo dicente:potuit uenũdari trecentis denariis:& dari paupibus:rñdit magister atq; saluator. Semp paupes habebitis uobiscum:me autem nõ semper. Præueniens quippe hæc/in diem sepulturæ meæ fecit. Ideo ubicunq; pdicatum fuerit euangelium istud:dicetur/& qd fecit hæc in memoriam eius. In figura ergo istud quod nunc loquitur: Nardus mea dedit odorẽ suum:illa super caput dñi fudit unguentum: & tu quoq; assume nardum: ut postq̃ caput Iesu suaui odore perfuderis:possis audacter effari. Nardus mea dedit odorem suum:& a Iesu reciprocum audire sermonem:quia ubicũq; prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo: dicetur/& qd fecit hæc in memoriam eius. Tu quoq; faito:in uniuersis gentibus pdicato:qñ autem hoc facies? Si factus fueris ut Apostolus:& dixeris:xpi bonus odor sumus:in oi loco in his qui saluãtur: & in his qui pereunt:bona opa tua/nardus sunt. Si uero peccaueris:peccata tetro odore redolebũt. Dicit qppe pœnitens. Cõputruerunt/ & corruptæ sunt cicatrices meæ/a facie insipientiæ meæ. Nõ de nardo ppositum est nunc spiritui sancto dicere: neq; de hoc quod oculis intueamur Euangelista scribit unguento:sed de nardo spiritali:de nardo quæ dedit odorẽ suum. Fasciculus stactes.i.guttæ siue stillæ fratruelis meus mihi. Guttã unguẽti casiam galbani:in Exodo legimus:pcepto dñi in thymiama.i.in sacerdotale chrisma cõfectum. Si ergo uideris saluatorẽ meũ/ad terrena/aut humilia descendentem:uidebis quõ uirtute magna/ & maiestate diuina/ ad nos modica quædam stilla defluxerit. De hac stilla & ppheta cecinit dicẽs:& erit de stilla populi huius cõgregandus/congregabitur Iacob. Et sicuti sm alium sensum lapis erat pcisus e monte sine manibus:nostri in carne saluatoris aduentus. Neq; enim totus mons fuit qui descendit ad terras: nec poterat humana fragilitas totius montis magnitudinẽ capere. Sed lapis ex monte lapis offensionis:& petra scãdali descendit in mũdum:sic sm alium intellectũ stilla nuncupatur:oportebat quippe:ut quia oẽs gentes in stillam situlæ reputatæ fuerãt:is q pro oium salute/factus est oia:etiam stilla fieret ad eas liberandas. Quid enim pro nostra salute/nõ factus est? Nos inanes:& ille exinaniuit semetipsum formam serui accipiẽs. Nos populus stultus & non sapiens:& ille factus est stultitia pdicationis:ut satuum dei sapientius fieret hominibus. Nos infirmi:infirmũ dei fortius hoibus factum est. Quia igitur uniuersæ gentes/ut stilla situlæ: & ut momẽtum stateræ reputatæ sunt. Idcirco factus est stilla: ut per eum a uestimẽtis nostris odor stillæ procederet: iuxta illud: Myrrha/& stilla/& casia a uestimẽtis tuis: a domibus elephantinis:ex qbus lætificauerunt te filiæ regum in honore tuo. Quæ in.xliiii. psalmo dicuntur ad sponsam. Fasciculus stillæ fratruelis meus

mihi.Cōſyderemus quid ſibi fratruelis nomine/ue/
lit eccleſia:quæ hic loquitur de fratruele:nos ſumus
ex gentibus congregati.Saluator noſter ſororis eius
eſt filius.i.Synagogæ.Duæ quippe ſorores ſunt ec/
cleſia & ſynagoga.Saluator ergo(ut diximus)filius
ſynagogæ ſororis:uir eccleſiæ:ſponſus eccleſiæ/fra/
truelis eſt ſpōſæ ſuæ.Faſciculus ſtillæ fratruelis meus
mihi:in medio uberum meoꝝ cōmorabitur. Quis
ita beatus:ut habeat hoſpitem in principali cordis:in
medio uberum:in pectore ſuo ſermonem dei?Tale
eſt quippe quod canitur. In medio uberꝝ meoꝝ cō/
morabitur.Si nō fuerint factæ mamæ tuæ:in medio
eaꝝ habitabit ſermo diuinus.Decebat in carmine nu/
ptiali/mamas potius appellari q̄ pectus. Et pſpicuū
eſt/cur ad expoſitionē eius quæ dicit.In medio ube/
rum meoꝝ cōmorabitur:ſit aſſumptum:ſi non fue
rint fractæ mamæ tuæ.De Ezechiele in eo quippe lo
co:ubi Hieruſalem dominica corripitur uoce: inter
cætera dicitur ad eam.In ægypto fractæ ſunt mamæ
tuæ.Caſtaꝝ ubera non franguntur:ſed meretricum
ubera laxis pellibus irrugantur. Pudicaꝝ erecta ſunt
ubera:& uirginali robore tumentia. Suſcipiunt ſer/
monem ſponſi:& dicunt.In medio uberum meoꝝ
cōmorabiť.Botrus Cypri fratruelis meus mihi.Ini/
tium eſt ſermonis in germine:& initium Cypri.i.flo
ritionis in uerbo:unde ait Botrus Cypri.i.floritiōis
fratruelis meus mihi. Non oībus eſt Botrus Cypri:
ſed his qui eius flore digni ſunt. Aliis uua uaria eſt:
huic ſoli quæ nigra eſt & formoſa:in floris decore ſe
pbet.Botrus Cypri fratruelis meus mihi.Non ſim/
pliciter ait Botrus Cypri fratruelis meus: ſed cū ad/
ditamento mihi:ut doceret/non oībus eum eſſe Bo/
trum Cypri.Videamus autem in quibus regionibus
Botrus iſte ſit ſponſæ.In uineis Engaddi:quod iter/
pretatur oculus tentationis.In uineis igitur oculi tē/
tationis.Botrus Cypri fratruelis meus mihi. Tenta/
tionis oculus in præſenti eſt. Siqdem in tentatione
moramur in hoc mundo:& tentatio eſt uita huma/
na ſuper terram:dum in hac luce uerſamur:in uineis
ſumus Engaddi.Si autem meruerimus poſtea trāſ/
plantari a noſtro agricola transferemur.Nec dubites
quia poſſis de Engaddi uineis ad loca meliora trāſ/
ferri.Agricola noſter ad trāſferendam uineam crebra
meditatione iam calluit.Vineā enim ex ægypto trā/
ſtuliſti:eieciſti gentes & plantaſti eam:operuit mōtes
umbra eius:& arbuſta eius cedros libani. Et hæc qui/
dem quæ expoſuimus:locuta ſit ſpōſa de ſponſo ſu/
ſignificans amorem ſuum:& ſponſi uenientis hoſ/
pitium:quo in medio uberꝝ/& ſui cordis archano/
ſponſus ueniens cōmoretur.Ruſus ſponſi ad eam
ſermo dirigitur:& dicit.Ecce ſpecioſa proxima mea:
ecce ſpecioſa oculi tui oculi colūbæ. Illa ſic dicit ad
ſponſum:Ecce ſpecioſus fratruelis meus:non adiun
git/& pximus meus.Hic autem qn̄ loquitur ad eam:
ecce ſpecioſa mea:adiungit/& proxima mea. Quare
autem illa non dicit.Ecce ſpecioſus proximus mihi:
ſed tn̄ ecce ſpecioſus?Quare ille non ſolum ſpecio/

ſa es dicit:ſed ſpecioſa es pxima mea?Sponſa ſi lon/
ge fuerit a ſponſo: non eſt ſpecioſa:tunc pulchra fit
qn̄ dei uerbo coniungitur. Et merito nunc docetur
a ſponſo:ut proxima ſit:& a ſuo latere non recedat,
Ecce ſpecioſa pxima mea:ecce ſpecioſa.Incipis qdem
eſſe ſpecioſa ex eo q̄ proxima mihi es.Poſtq̄ eſſe cœ/
peris ſpecioſa:etiam ſine additamento pximæ abſo
lute es ſpecioſa.Ecce ſpecioſa/proxima mea/ecce ſpe/
cioſa.Videamus & aliam laudem ſpecioſæ:ut & nos
æmulemur ſponſæ fieri.Oculi tui columbæ.Qui ui
derit mulierem ad concupiſcēdum eam:iam mœ/
chatus eſt eam:in corde ſuo:oculos non hēt colum/
bæ.Siqs uero oculos columbæ nō habet: domum
fratris ſui ingreditur inſœlix:nō ſeruans illud quod
in prouerbiis eſt pceptum.In domum fratris tui/ne
intres inſœlix. Pro quo.lxx.inſœlix interptati ſunt:
Aquila hebræam exprimens ueritatem Atreonſo.i.
ſtultum poſuit. Qui autem habet oculos colūbæ:
uidet recta:& miſericordiam pmeretur. Videns por/
ro quis/uidet recta:niſi qui caſto conſpectu/& puris
ītuetur oculis?Noli igitur mihi his tn̄ carnis oculis
intelligere: quæ dicta ſunt:licet & de his intellexiſſe
non inutile ſit: ſed igrediens ad interiora cordis tui:
& alios oculos mente pquirens:qui & a dei manda
to illuminantur(mandatum quippe dei illuminās
oculos)illud enitere:labora:contende:ut ſancte itelli
gas uniuerſa quæ dicta ſunt:& ſimilis ſpiritui qui in
ſpecie deſcendit columbæ:audias:quia oculi tui co/
lumbæ.Si intelligas legem ſpiritaliter:oculi tui colū/
bæ ſunt.Si intelligas euangelium:ut ſe uult intelligi
euangelium/& pdicari:uidens Ieſum oēm languo/
rem/& infirmitatem:non ſolum eo tpe quo carnali/
ter facta ſunt:fuiſſe meditatum:ſed hodieq; meditan
tem/& non tn̄ tunc ad hoies deſcēdiſſe:ſed hodieq;
deſcendere:& eſſe pſentem.Ecce enim uobiſcū ſum/
uſq; ad conſumationem ſæculi.Oculi tui columbæ
ſunt.Ecce ſpecioſa/proxima mea:ecce ſpecioſa:oculi
tui columbæ.Has de ſe ſponſa audiens laudes:ſpon
ſo uicem in laudibus tribuit:non quo ei qđ non ha/
bet:ſuo pconio largiatur:ſed intelligens decorē/atq;
conſpiciens/ait.Ecce ſponſus fratruelis meus eqdem
pulcher:lectus noſter umbroſus. Quæro lectum in
quo ſponſus cum ſponſa requieſcat:& ni fallor cor/
pus humanum eſt.Siqdem ille in euangelio paraly/
ticus/qui iacebat in lecto:& abire in domū ſuaʒ ſub/
lato grabato/uoce iuſſus eſt ſaluatoris:anteq̄ ſanareť
ſuper debile membroꝝ ſuoꝝ corpus iacebat: quod
poſtea dei uirtute ſolidatum eſt:ſic ego intelligo tol/
le grabatum tuum:& uade in domum tuam. Neq;
eniʒ ad hoc filius dei de cœleſtibus/ad terrena deſcē
derat:ut de lectulis impararet:& cōſurgētem ab ægro/
tatione ſua/ſine lectulo/nō pateretur abſcedere. Tol/
le(inquiens)grabatū tuum:& uade in domū tuam.
Et tu igitur a ſaluatoř ſanatus:tolle grabatum tuum:
& uade in domum tuam: ut cum ad te uelut ſpōn/
ſam uenerit ſponſus:& in eo tecum fuerit reclinatus
dicas.Ecce ſponſus fratruelis meus/eqdem pulcher:

acclinatuo

acclinatio nostra umbrosa: ecce speciosus fratruelis meus: ipse & speciosus est/ & umbrosus. Per diẽ quippe sol non uret te: neq; luna per noctem. Trabes domuum nrãrum cædri multitudinis uerba sunt. Vidẽtur autem mihi/ uiri hæc dicere: qui cum spõso sunt: de qbus superius sermo pfatus est: domos cædrinas trabibus intextas: & cypressis contignatas. Siqdem pro stibe/ ascendit cypressus: & pro coniza/ ascendit myrtus. Reqrens igitur cuius naturæ ista sunt ligna: & cædrum imputribile: & cypressum odoris optimi depræhendens: labora & tu ita contignare domum tuam: ut de te quoq; possit dici. Trabes domuũ nrãrum/ cædri: & cõtignatiões nostræ/ cypssi. Post hæc sponsus loquitur. Ego flos campi & lilium conuallium: ppter me qui in ualle eram: descẽdit in uallem: & in uallem ueniens fit lilium: pro ligno uitæ quod plantatum est in paradiso dei: totius campi. i. totius mundi/ & uniuersæ terræ flos factus est. Quid enim sic potest esse flos mundi: ut uocabulum xp̃i? Vnguẽtum effusum nomẽ eius. Aliter idipsum dicitur: ego flos campi & lilium conuallium: & hæc quidem de semetipso. Deinde sponsam laudans ait. Vt lilium in medio spinaꝝ: sic proxima mea in medio filiaꝝ. Sicut lilium non potest spinis cõparari: inter quas semper exoritur: eodem modo pxima mea/ super oẽs filias: lilium est in medio spinaꝝ. Ista audiens spõsa uicem reddit sponso: & sentiens illius etiã suauitatem/ in uocem laudantis erumpit. Vnguẽtorum quippe odor licet suauiter spiret: & sensum odorẽ demulceat: non tñ eiusmodi est: ut suaue sit ad edẽdum. Est aũt aliud quod optimi saporis sit/ & odoris. i. ut fauces dulcore delectet: & spiritum mulceat odoratu. Tale est malũ/ & istiusmodi est naturæ: ut in se utraq; possideat: iccirco uolens non solum bene olentiam sermonis: sed & dulcorẽ eius sponsa laudare/ ait. Vt malum in lignis syluæ: ita fratruelis meus in medio filioꝝ. Oia ligna: oẽs syluæ arbores/ ad cõparationem sermonis dei/ syluæ inferaces existimantur. Ad xp̃m saltus est/ omne quod dixeris: & ifructuosa sunt oia. Quæ enim possunt dici ad eum comparata/ fructifera? Etiam ligna quæ uidebantur fructibus incuruari: ad collationem aduentus eius/ infructuosa mõstrata sunt. Ideo ut malũ in lignis syluæ: ita fratruelis meus in medio filioꝝ. In umbra eius concupiui/ & sedi. Quã pulchre/ non ait in umbra illius concupisco: sed in umbra eius concupiui: & non sedeo: sed sedi. Siquidem in principio/ nõ possumus cum eo proprium conferre sermonem: ueꝝ in principio (ut ita dicam) quadam maiestatis illius umbra pfruimur. Vnde & in prophetis legitur. Spiritus faciei nostræ xp̃s dñs: cui diximus. In umbra eius uiuemus in gentibus: & ab umbra/ ad umbram aliam trãsmigramus. Sedentibus enim in regione/ & umbra mortis: lux orta est eis: & transeamus ab umbra mortis/ ad umbram uitæ. Semper istiusmodi sunt profectus: ut in exordio desyderet quispiam saltem in uirtutum umbra consistere: Ego puto ideo & natiuitatem Iesu ab umbra coepisse: & nõ in umbra: sed in ueritate finitam. Spiritus (inquit) sanctus ueniet in te: & uirtus altissimi obũbrabit tibi. Natiuitas Christi ab umbra sumpsit exordium: nõ solum autem in Maria/ ab umbra eius natiuitas coepit: sed & in te: si dignatus fueris: nascitũr sermo dei: fac igitur ut possis capere umbram eius: & cũ umbra fueris dignus effectus: ueniat ad te (ut ita dicam) corpus eius: ex quo umbra nascitur. Nam in modico fidelis: & in maiorib9 erit fidelis. In umbra eius cõcupiui: & sedi. Vides quia non semper in umbra stetit: sed inde ad meliora transierit dicens. Et fructus eius dulcis in gutture meo. Ego (inquit) desyderaui in umbra eius requiescere: sed postq̃ me sua protexit umbra: etiam fructu illius saturatus sum: & fructus eius dulcis in gutture meo. Introducite me in domum uini. Foris stetit sponsus: & ab sponsa susceptus est. In medio quippe uberꝝ illius requieuit: proxime iuuenculæ non sunt istiusmodi: ut spõsum hospitem habere mereantur. Multitudini foris in parabolis loquitur: q̃ uereor ne multæ adolescẽtulæ/ forte nos simus. Introducite me in domum uini. Cur tam diu foris maneo? Ecce sto ante ostium: & pulso. Si quis mihi aperuerit: ingrediar ad eum: & coenabo cum eo: & ipse mecum. Introducite me: & nunc eadem dicit sermo diuinus. Ecce xp̃s loquitur: introducite me. Vobis quoq; cathecuminis loquitur. Introducite me non simpliciter in domũ: sed in domum uini. Impleatur uino lætitiæ: uino spiritus sancti aĩa uestra. Et sic introducite in domũ uestram sponsum: uerbum: sapiẽtiam: ueritatem. Potest aũt & ad eos dici: qui nondum perfecti sunt. Introducite me in domum uini. Ordinate in me charitatem. Eleganter locutus est ordinate. Plurimoꝝ quippe inordinata est charitas. Quod in primo loco debent diligere: diligunt in secundo: quod in secundo: diligunt in primo: & quod oportet amare quarto: amant tertio: & rursus tertium/ in quarto: & est in plærisq; charitatis ordo peruersus. Sanctoꝝ uero charitas ordinata est. Volo ad intelligendum hoc qd' dictum est: ordinate in me charitatem: aliqua exempla replicare. Te uult diuinus sermo/ diligere patrem: filium: filiam: uult te sermo diuinus: diligere xp̃m: nec dicit tibi/ ne diligas liberos: ne parentibus charitate iungaris. Sed qd dicit tibi? ne inordinatã habeas charitatem: ne primum patrem/ aut matrem: deinde me diligas: ne filii/ & filiæ/ plus q̃ mei charitate, tenearis. Qui amat patrem/ aut matrem super me/ non est me dignus. Qui amat filium/ aut filiam sup me: non est me dignus. Recole cõsciam tuam de patris/ matris/ fratris ue affectu. Cõsydera qualem circa sermonẽ dei/ & Iesu habeas charitatem: statim dephendes magis/ te filium/ & filiam diligere q̃ uerbum: magis te parentes amare/ q̃ xp̃m. Quis putas ita pficit in nobis: ut præcipuam/ & primam inter oẽs sermones dei habeat charitatem? qui in secundo loco liberos ponat? Iuxta hũc modum. Ama uxorẽ tuam. Nullus quippe aliqñ suã carnem odio habuit: sed amat ut carnem: & erunt (inquit)

duo in carne una:& nō in uno spiritu. Ama & deū:
sed ama illum:non ut carnem/& sanguinem: sed ut
spiritum. Qui enim adhæret deo:unus spiritus est.
Igitur ordinata est charitas in perfectis. Vt autē post
deum/etiam inter nos ordo ponatur. Primum man
datum est:ut diligamus parentes:secūdum filios:ter
tium ut domesticos nostros. Si autem filius malus
est:& domesticus bonus:domesticus in charitate fi/
lii collocetur. Et ita fiet:ut sc̄dm ordinata sit charitas.
Magister quoq;/& dn̄s noster in euāgelio p̄cepta de
charitate constituens: ad uniuscuiusq; dilectionem/
proprium aliquid apposuit:& dedit intelligentiam
ordinis his:q possunt audire scripturam dicentem.
Ordinate in me charitatē. Diliges dn̄m deum tuum/
ex toto corde tuo:& ex tota mente tua: & ex tota aīa
tua:& ex tota uirtute tua:& diliges p̄ximum tuum/
sicut teipsum:non proximum ex toto corde:ex tota
aīa/& ex tota uirtute:& ex tota mēte. Rursus inquit.
Diligite inimicos uestros:& nō apposuit ex toto cor/
de. Non est inordinatus sermo diuinus: nec impos/
sibilia p̄cipit. Nec diligite inimicos uſos ut uosmet
ipsos. Sufficit eis q̄ diligimus:& odio nō habemus.
Proximum uero/ut teip̄m. Porro deum ex toto cor/
de:& ex tota mente:& ex tota uirtute. Si hæc intelle
xeris/& intellecta cōpleueris: fecisti quod sponsi ser/
mone p̄cipitur. Introducite me in domum uini. Or/
dinate in me charitatem. Quis putas e nobis/chari/
tatis est ordinator? Cōfirmate me in unguētis. Vnus
de interp̄tibus posuit oinanon/alias

Hæc autem sponsa loquitur. Stipate me in ma
lis. In quibus malis? Vt malum/in lignis syluæ:ita fra
truelis meus in medio filiorum. Icciрco in malis eius sti
pate me:quia uulneratæ charitatis ego. Quam pul/
chrū est q̄ decorum/a charitate uulnus accipere. Alius
iaculum carneī amoris excepit:alius terreno cupidi/
ne uulneratus est: tu nuda membra tua: & præbe te
iaculo electo:iaculo formoso: siqdē deus sagittarius
est. Audi scripturam de hoc eodē iaculo loquentem:
imo ut amplius admireris:audi ipsum iaculum/qd
loquatur. Posuit me in sagittam electam: & in pha/
retra sua seruauit me:& dixit mihi. Magnum est tibi
hoc uocari puerum meum. Intellige saginam quid
dicat:& qūo a deo sit electa:q̄ beatum est hoc iaculo
uulnerari. Hac sagitta uulnerati fuerunt illi: qui inter
se inuicem conferebant. Cor nostrum ardens erat in
uia:cum aperiret nobis scripturas. Siqs sermone no/
stro:si quis scripturæ diuino magisterio uulneratur:
& potest dicere quia uulneratæ charitatis ego:hūc &
illud forsitan sequitur/qd forsitan dico? manifestam
promo sentētiam. Sinistra ei sub capite meo: & dex/
tera illius amplexabitur me. Habet & in sinistra/& in
dextera sermo dei sapientiam:cum pro intellectus ua
rietate sit multiplex:in subiacenti una est. Ipse Salo/
mon de leua/& dextera sapientiæ docuit:dicens. Lō/
gitudo enim/& āni uitæ in dextera eius: i sinistra aūt
ipsius diuitiæ/& gloria. Igitur leua eius sub capite
meo:ut me faciat requiescere: & brachium spōsi fiat
ceruical meum:& reclinetur aīæ principale super ser/
monem dei. Leua eius sub capite meo. Non expedit
tibi habere ceruicalia:quæ lamētatio sequitur. In Eze
chiele scriptum est. Væ his qui cōsuunt ceruicalia sub
oi cubito manus:noli consuere ceruicalia:noli capiti
aliunde requiem quærere:habe sponsi leuam sub ca
pite tuo:& dic. Leua eius sub capite meo:quam cum
habueris:oia tibi/quæ sunt in leua/tribuuntur. Dicis
quippe:in sinistra eius diuitiæ/& gloria: & dextera
eius cōplexabitur me. Totum te spōsi dextera com/
plectatur. Longitudo quippe/& anni uitæ in dexte/
ra eius: & ob id longæ uitæ & multorum dierum eris
super terram bonam: quam dn̄s deus tuus dat tibi.
Adiuraui uos filiæ Hierusalem in uirtutib⁹/& in ui/
ribus agri. Quid adiurat sponsa filias Hierusalem? Si
leuaueritis/& suscitaueritis charitatem:q̄diu charitas
dormit in uobis o filiæ Hierusalem:o adolescētulæ:
quæ in me nō dormiuit:qa uulnerata sum charitate:
in uobis aūt quæ plures estis:& adolescentulæ & fi
liæ Hierusalem dormit charitas sponsi. Adiuraui er/
go uos filiæ Hierusalem si leuaueritis:& non solum
leuaueritis:sed & suscitaueritis quæ in uobis est cha/
ritatem. Creator uniuersitatis cum uos conderet:in/
seruit in cordibus uestris semina charitatis nunc au/
tem sicut alibi dicitur:iustitia dormiuit in ea:sic dile/
ctiō dormitat in uobis: iuxta quod & alibi sponsus
requieuit ut leo:& ut catulus leonis. Adhuc in infide/
libus/& in his qui corde sūt dubio:dormitat sermo
diuinus:uigilat in sanctis:dormitat in iis qui tempe/
statibus fluctuant. Suscitatur uero eorum uocibus:qui
cupiunt spōso uigilante saluari:statim fit eo uigilan/
te tranquillitas:statim undarum moles conquiescunt:
spiritibus cōtrariis increpatur:fluctuum rabies silet.
Illo dormiēte:tēpestas/mors/& desperatio est. Adiu
ro ergo uos filiæ Hierusalem in uirtutib⁹/& in uiri/
bus agri:cuius agri? nēpe illius agri pleni/quem bn̄/
dixit dn̄s. Si leuaueritis/& suscitaueritis charitatem:
quoadusq; uelit uox fratruelis mei. Ecce hic uenit sa/
liens super montes. Hic adhuc loqtur ecclesia exhor
tans adolescentulas: ut ad sponsi p̄parentur aduen/
tum (si tn̄ uenire uoluerit)& suum illis præbere col
loquium. Adhuc igitur loquente ea:uenit sponsus:
quem digito monstrat:& dicit. Ecce hic uenit saliens
sup montes. Intellige sponsæ aiam beatā atq; p̄fectā:
quæ citius uideat:citius sermonis cōtemplet aduen
tum: quæ sibi sapientiam uenisse sentiat/& dei cha/
ritatem/& dicat non uidentibus. Ecce hic uenit:ora/
te ut & ego possim dicere:ecce hic uenit. Si enim po/
tuero dei differere sermonem: quodāmodo & ego
dicā. Ecce hic uenit. Quo? Non utiq; ubi uallis:non
ubi humilia loca. Quo uenit? saliens super montes:
transiliens super colles. Si fueris mons:salit in te ser/
mo dei. Si nō ualueris esse mons:sed fueris collis:se/
cundus a mōte trāsiliet sup te. Quam uero pulchra/
& cōuenientia rebus uocabula. Salit super montes:
quia maiores sunt:transilit sup colles:quia minores
sunt:nō transilit super montes: non salit sup colles.

Ecce hic uenit saliens super montes: transiliens super colles. Similis est fratruelis meus capreae/aut hinulo ceruorum/in montibus Bethel. Haec duo aialia in scripturis frequentius noiantur: & quo amplius admireris: saepius iuncta ponuntur. Et haec sunt (ait) quae manducabis: post paululum inferés capream/& ceruum. In praesenti quoq; libro/pariter appellatur ceruus/& caprea. Quodámodo enim cognita sibi/& uicina sunt ista aialia. Caprea.i.dorcas acutissime uidet. Ceruus interfector serpentum est. Quis putas est dignus e nobis: qui iuxta dignitatem loci atq; mysterii plenam possit explicare rationem? Oremus dñm: ut nobis largiatur sensum ad percipiédas scripturas: & possimus dicere: qũo aperiet nobis Iesus scripturas? Quid igitur dicimus? qa dorcas/hoc est caprea/ſm eorum physiologiam/qui de naturis omnium aialium disputant: ex insita sibi ui/nomé acceperit. Ab eo eni q acutius uideat: idest απο του οξεως δερκειν dorcas appellata est. Ceruus uero serpétum inimicus/ac debellator est: ita ut spiritu narium eos extrahat de cauernis: & superata pnitie ueneni/eorum pabulo delectetur. Forsitan saluator meus caprea sit iuxta θεωριαν: ceruus iuxta opa. Quaenam ista sunt opera? Interficit ipse serpentes: contrarias fortitudines iugulat. Ideo dicam ei: tu cótriuisti capita draconum super aquam: tu contriuisti caput draconis. Similis est fratruelis meus capreae/uel hinnulo ceruorum super montes domus dei. Bethel quippe interpraetatur domus dei. Non omnes montes domus dei sunt: sed qui montes ecclesiae sunt. Inueniuntur quippe & alii montes erecti: & consurgentes aduersus scientiam dei: montes aegyptiorum/& Allophylorum. Vis scire qa similis est fratruelis meus capreae: aut hinulo ceruorum super montes Bethel? Esto mons ecclesiasticus: mons domus dei: & ueniet ad te sponsus similis capreae/uel hinulo ceruorum/super montes Bethel. Cernit spósum appropinquasse uicinus: qui ante super montes uersabatur/& colles: assimulat eum transilientem/atq; salientem. Et post hoc/ad se & ad alias adolescentulas aduenisse cognoscés: dicit. Ecce hic retro/post parietem nostrum. Si aedificaueris parietem: & feceris aedificationem dei: ueniet post parietem tuum prospiciens per fenestras. Vna fenestra/unus est sensus: per hunc pspicit sponsus. Alia fenestra/alius est sensus: & per hunc sponsus sollicite contuetur. Per quos sensus enim nó perspicit sermo dei? Quid sit autem perspicere per fenestras: & quomodo per eas sponsus aspiciat: sequens docebit exéplum. Vbi non prospicit sponsus: ibi mors inuenitur ascédés: ut legimus in Hieremia. Ecce mors ascédit per fenestras nostras. Quando uideris mulierem ad concupiscendum eam: iam mors ascendit per fenestras tuas. Eminens per retia. Intellige quia in medio laqueorum ambulas/& subtus machinas transeas iminétes: omnia retibus plena sũt: diabolus laqueis cuncta compleuit. Si autem uenerit tibi sermo dei: & coeperit eminere de retibus: dices. Anima nostra erepta est de laqueo uenantium: laqueus contritus est: & nos liberati sumus. Benedicti uos a domino: qui fecit coelum & terram. Eminet igitur sponsus per retia/tibi uiam faciens. Iesus descendit ad terras: subiecit se retibus mundi. Videns magnum hominũ gregem retibus impeditũ: nec eum ab alio/nisi a se posse conscindi: uenit ad retia assumés corpus humanum: quod inimicarum fortitudinum laqueis tenebatur: ea tibi dirupit: & loqueris. Ecce hic retro/post parietem nostrum/prospiciens per fenestras: eminens per retia. Cum eminuerit: dicit tibi. Respondet fratruelis meus: & dicit. Surge/ueni proxima mea: uiam tibi feci: conscidi retia: sic ueni ad me proxima mea. Surge/ueni proxima mea: speciosa mea: columba mea. Cur ait surge? Cur ppera? ego pro te sustinui rabiem tempestatum: ego fluctus qui tibi debebátur: excepi. Tristis est facta anima mea propter te: usq; ad mortem. Surrexi a mortuis: fractis mortis ianuis/& inferni uinculis dissolutis: ideo dico tibi. Surge/ueni proxima mea: speciosa mea: columba mea: qa hyems transiuit: pluuia abiit: flores uisi sunt in terra. Ego a mortuis surgens/tempestate compressa: tranquillitatem reddidi: & quia ſm dispensationem carnis/ex uirgine: & uolútate patris creui: & sapientia/& aetate profeci: flores uisi sunt in terra: tempus sectióis adest. Sectio/remissio peccatorum est. Oém enim ramum (ait) in me manentem/& afferentem fructum: pater meus mundat: ut fructus maiores afferat. Habeto fructus: & priora quae in te ifructuosa sunt/auferétur. Tépus quippe sectionis adest: uox turturis audita est in terra nostra. Nó sine causa/in sacrificiis assumitur par turturum: aut duo pulli columbarum: ná idem ualent: & nunq̃ dctm̃ est/separatim/par tm̃modo columbarum: sed par turturum: & duos pullos colũbarum. Columba/spũs sanctus est. Spiritus autem sanctus/qñ de magnis/& occultioribus sacramentis/& quae multi capere non possunt/loquitur: in turturis appellatione signatur/idest in eius auis quae semp in mótium iugis: & in arborum uerticibus cómorat: in uallibus aũt/& iis quae ad hoies usq; pueniũt: columba assumit. Deniq; saluator qa hoiem est dignatus assumere: & uenit ad terras: multiq; tũc circa Iordanem peccatores erát. Iccirco spũs sanctus/non in turturé uertitur: sed columba fit. Inter nos pp hoiuz multitudinem/auis mansuetior cóuersatur. Turtur aũt uidet (uerbi gfa) Moysi: & unicuilibet pphetarum recedétium in mótes/& deserta: & ibi accipiétium sermóes dei. Vox ergo turturis audita est in terra nostra. Ficus pduxit grossos suos. A ficu dignoscite parabolá: cũ ramus eius tener factus fuerit: & folia miserit: scitote qa iuxta est aestas. Vult nobis dei eloqum núciaf post hyemé: post pcellas/aiarum appropinq̃sse messem: & ait. Ficus pduxit grossos suos: uites florescunt: dederunt odorem: si iam rumpunt in florem: tps adueniet: & erũt uuae. Surge/ueni pxima mea: speciosa mea: colũba mea. Haec (quae supius exposuimus) spósus nó audiétibus adolescétulis: sed sola spósa audiéte/loqtur.

Volumus autem & ipsius iam audire sermonem lo/
quentis ad sponsam. Surge/ueni proxima mea : co/
lumba mea ; & ueni colũba mea sub tegmine petrae:
& Moyses sub tegmine petrae ponitur:ut uideat po/
steriora dei/in tegmine antemuralis. Primũ ueni ad
quod ante murum est: & postea poteris introire ubi
murus est petrae. Ostende mihi faciem tuam. Vsq; ad
praesentem diem/similia dicuntur ad sponsam. Nec
dum eni habebat fiduciã : ut reuelata facie gloriam
dñi contemplaretur. Quia uero iam ornata est/atq;
composita:dicitur ei:Ostẽde mihi faciem tuã. Non/
dum enim erat uox eius/ita suauis:ut mereretur ei di
ci:audire me fac uocem tuã. Quãdo ergo didicit lo/
qui? Tace enim (ait) & audi Israel: & scito quid lo/
quar: & suauis facta est uox eius sponso / sm illud ꝓ/
pheticum:suauis fiat ei postulatio mea. Tũc ad eam
sponsus effatur: & audire me fac uocem tuam ; quia
uox tua suauis est. Si aperueris os tuũ uerbo dei:di/
cet tibi sponsus : uox tua suauis est : & aspectus tuus
speciosus. Quapropter cõsurgentes deprecemur do
minum:ut digni efficiamur sponsi sermone/Sapien
tia Christo Iesu:cui est gloria/& imperium/in saecula
saeculorum. Amen.

¶ Cõmentarium in Canticum canticoꝝ ; quod est
in quattuor libros distinctũ ; & ab ipso Origene de/
scriptum:falso a nonnullis beato Hieronymo attri/
buitur. Quum ipse/ubi de se/in uiroꝝ illustrium li/
bro:tm̃modo duas in Cantico canticoꝝ Homilias
scripsisse cõmemoret. Neq; enim talis Orthodoxae
fidei doctor:quum ecclesia ei in oĩbus praebeat assen
sum:quae ipse sentire uidet:in tam senticosa loca prae
ceps ruisset. Adamantius enim in plures de aĩae crea/
tione errores incidit : ubi de ipsius aĩae Origene agit.
Vnde dicit ambiguum non uideri/ꝙ aĩa in praesen/
tis uitae statum/secundo/aut tertio/uenire possit &c̃.
Aliisq; argumentis ꝓbare possumus/quibus facilli/
me agnosci potest/qualiter hi quattuor libri Orige/
nis existant. Pluribus locis Epithalamii huius/narrat
se explanationem sup Leuiticum aedidisse. Cuius fer/
re semper uerba sunt ista. Vbi in libro Leuitico/prout
Dominus dare dignatus est/exposuimus. Nõ enim
diuus Hieronymus aliquam expositionem in Leui/
tici librum/ullo se loco cudisse asserit. Origenem er/
go hos quattuor dramatis Libellos (ut superius pa/
tet) scripsisse manifestum est. Eusebius etiam Caesa/
riensis testatur in libro sexto Historiae ecclesiasticae/
ipsum decem libros super Canticum canti.exarasse.
Quinq; enim Athenis descripsit : alios autem qnq;
regressus Caesaream cõsumauit. Verum temporꝝ an/
tiquitate/scriptorꝝ torpore/& hoium negligentia/ex
decem numero libris:sex amisimus:non sine multo
(ut credo) ecclesiae dãno. Nam ut beatus Hierony/
mus dicit. Quum Origenes in scribendo omnes ui/
cerit/& superarit:in Cantico canticoꝝ explanatione/
seipsum uicit. Quod si his quae supra retulimus:cre/
dere nolis:rei ueritatem inquirere:nihil unq̃(meo q/
dem iudicio) qđ ab hac scedula nostra deuiet : inue/
nies. Verum nolo lectorem a tam sancta lectione / sa/
lubri pabulo / & coelesti refectione territum ire ; pro
eo ꝙ Origenem diximus de aĩa male sensisse. Dixi/
mus enim sicuti res se habent. Volumus ergo te sae/
pissime hunc Epithalamii tractatum legere : & peni/
tissima quaeq; rimari: & more mundorꝝ aĩalium ru/
minare. Inuenies enim sapientiam absconditã : non
sapientiam huius mundi quae separat a deo : sed sa/
pientiam dei:quae est filius dei: & spõsus ecclesiae Ie/
sus Christus. Amen.

e

PITHALAMIVM Libellus/id
est nuptiale carmen / in modum mihi
uidetur dramatis/a Salomone cõscri/
ptus:quẽ cecinit instar ludentis spon/
sae/& erga sponsum suum ; qui est ser/
mo dei coelesti amore / flagrantis. Adamauit enim
eum/siue anima quae ad imaginem eius facta est : si/
ue Ecclesia. Sed & magnificus hic ipse/atq; perfectus
sponsus : quibus uerbis usus sit / ad coniunctam si/
bi animam / uel ecclesiam : Haec ipsa scriptura nos
edocet. Sodales / sponsae quoq; adolescentulae cum
ipsa sponsa positae/quae dixerint : quaeq; etiam ami/
ci / ac sodales sponsi/ex eodem nihilominus libro:
qui Canticum cãticorum intitulatur:cognoscimus.
Possibilitas enim data est ipsis amicis sponsi aliqua
dicere:ea dũtaxat:quae audierant ab ipso sponso lae/
tantes de coniunctione sponsae. Fit ergo sermo ab
ipsa sponsa / non solum ad sponsum / sed etiam ad
adolescentulas : & rursum sermo non tantũmodo
ad sponsam : sed etiam ad amicos dirigitur sponsi.
Et hoc est (quod supra diximus) carmen nuptiale/
in modum dramatis esse conscriptum. Drama enim
dicitur multarum ꝑsonarum cantilena : ut in scaenis
agi fabula solet:ubi diuersae ꝑsonae introducuntur:
& aliis accedẽtibus:aliis ẽt discedentibus/a diuersis/
& ad diuersos textus narrationis expletur. Quae sin/
gula/suo ordine/scriptura haec continet:totũq; cor/
pus eius mysticis formatur eloquiis. Sed primo scire
nos oportet : qm̃ sicut puerilis aetas nõ mouetur ad
ad amorem possibilium:ita nec ad capiẽdum qdem
uerba haec paruula / & infantilis interioris hoĩs aetas
admittitur:illoꝝ scilicet/ qui lacte in xp̃o aluntur : nõ
cibo forti:sed nunc quidem primũ rationabile/& si/
ne dolo/lac concupiscũt. In uerbis enim cantici can/
ticorum:ille cibus est: de quo dicit Apostolus. Perfe/
ctorum aũt est solidus cibus: & tales requirit audito/
res:qui pro possibilitate sumẽdi exercitatos habeant
sensus ad discretionem boni & mali. Et qdem paruu
li (quos diximus) si ueniãt ad haec loca : põt fieri:ut
nihil qdem ex hac scriptura ꝓficiant:nec tñ ualde lae/
dantur/uel ipsa quae scripta sunt legẽtes : uel quae ad
explanationem eoꝝ dicenda sunt/recensentes. Si ue/
ro aliqs accesserit/q̃ sm carnem tm̃modo uir est:huic
tali/nõ parum ex hac scriptura discriminis/periculiq;
nascetur. Audite enim pure/& castis auribus:amoris
nomina nesciens : ab iteriori homine ad exteriorem/
& carnalem uirum / omnem deflectet auditum ; &

a spiritu

a spiritu/conuertetur ad carnem:nutrietq; in semet/
ipso concupiscentias carnales / & occasione diuinæ
scripturæ cōmoueri & incitari uidebitur ad libidi/
nem carnis. Ob hoc ergo moneo : & consilium do
omni qui nōdum carnis & sanguinis molestiis ca/
ret:neq; ab effectu naturæ materialis abscedit:ut a le/
ctione libelli huius : eorumq;/quæ in deo dicentur:
penitus temperet. Aiunt enim obseruari etiam apud
hebræos:q̄ nisi quis ad ætatem p̄fectam / maturāq;
peruenerit:libellum hūc nec quidem in manibus te/
nere permittatur. Sed & illud/ab eis accæpimus cu/
stodiri. Quādo quidem moris est apud eos : omnes
scripturas a doctoribus / & sapientibus/tradi pueris:
simul & eas quas ΔΕΥΤΕΡΩΣΕΙΝ appellant:ad ulti/
mum quattuor ista obseruari:id est principium Ge/
nesis:in quo mundi creatura describitur:& Ezechie/
lis prophetæ principia:in quibus de Cherubin pro/
fertur:& finem in quo templi ædificatio cōtinetur:
& hunc cantici canticoꝝ librum. Igitur necessarium
mihi uidetur : anteq̄ ad ea quæ in hoc libello scripta
sunt:discutienda ueniamus:de amore prius ipso qui
est scripturæ huius causa p̄cipua : pauca differere : &
post hæc/de ordine libroꝝ Salomonis : in q̄bus hic
liber tertio loco positus uidetur. Tum etiam de hac
titulatione libelli ipsius:cur canticum canticorum su
perscriptus sit:atq; etiam q̄uo dramatis in modum:
& tanq̄ fabula quæ in scænis personaꝝ inmutatione/
agi solet:uideatur esse compositus. Apud græcos q/
dem/plurimi eruditoꝝ uirorum uolētes inuestigare
ueritatis imaginē:de amoris natura multa/ac diuer/
sa/etiam dialogoꝝ stilo scripta protulerunt:conātes
ostendere/non aliud esse amoris uim : nisi quæ ani/
mam de terris/ad fastigia coeli cælsa perducat:nec ad
summam posse beatitudinem p̄ueniri:nisi amoris de/
syderio prouocante. Sed & quæstiones de hoc/qua/
si in conuiuiis propositæ referuntur:inter eos puto:
īter quos nō ciboꝝ/sed uerboꝝ cōuiuium gerebat.
Alii uero ēt artes quasdam/q̄bus amor hic in aīa gi/
gni/uel augeri posse uideatur:conscriptas reliquerūt.
Sed has artes/carnales homies ad uitiosa desyderia/
& culpabilis amoris ministeria/traxerunt. Non ergo
miꝝ sit(si & apud nos)ubi quanto plures simpli/
ciores:tanto plures & imperitiores uidentur:diffici/
lem diximus/& periculo proximam / de amoris na/
tura disputationem:cum apud græcos / qui eruditi/
& sapientes uidentur:fuerint tñ aliqui:qui de his nō
ita accæperint(ut scriptum est)sed occasione eorum
quæ de amore dicta sunt:in lapsus carnis/& impudi
citiæ p̄cipitia corruerunt:siue ea iis quæ scripta erāt/
ut supra memorauimus:admonitiōes quasdam / &
incitamenta sumentes:siue incontinentiæ suæ uela/
men/scriptis ueterum p̄ferentes. Ne ergo / & nos tale
aliquid incurramus:ea quæ a ueteribus bene/& spi/
ritualiter scripta sunt:uitiose/& carnaliter aduertentes:
tam corporis/q̄ animæ nostræ palmas protēdamus
ad deum:ut dn̄s qui dedit uerbum euāgelizantibus/
uirtute multa:donet & nobis in uirtute sua uerbum:
quo possimus ex his quæ scripta sunt:intellectum sa
num/& ad ædificationem pudicitiæ aptum/uel no/
mini ipsi/uel naturæ amoris ostendere. In principio
uerborum Moysi ubi de mundi conditione cōscri/
bitur:duos inuenimus homines creatos referri:pri/
mum ad imaginē/& similitudinē dei factum : sc̄dm
e limo terræ factum. Hoc Paulus apostolus bñ sciēs:
& ad liquidum in his eruditus:in suis litteris aptius/
& euidentius/binos esse:& per singulos quosq; ho/
mines scripsit:sic enim dixit. Nam si his qui foris est
homo noster corrumpitur:sed ille qui intus est:reno
uatur de die in diem. Et iterum. Condelector enim
legi dei:s̄m interiorē hominem:& his similia/quan/
ta conscribit? Vnde puto neminem iam debere dubi
tare : q̄ Moyses de duorum hominum factura / uel
figmento scripserit in principio Genesis:cum uideat
Paulum qui melius utiq; q̄ nos/intelligebat ea quæ
a Moyse scripta sunt:duos homines eē per singulos/
quosq; dicentem. Quorum unum:idest interiorem/
renouari per singulos dies memorat. Alium uero:
idest exteriorem in q̄busdam sanctis:& talibus qua/
lis erat Paulus:corrumpi perhibet/& infirmari. Quod
si alicui uidebitur de hoc/adhuc aliq̄d dubitandum:
in locis propriis melius explanabitur. Nunc autem
propter quid memoriam fecerimus interioris/& ex/
terioris hominis prosequamur:ostēdere enim ex his
uolumus:q̄ scripturis diuinis p̄ mononymas : idest
per singulas appellationes:ideo per eadem uocabu/
la:& exterioris hominis membra:& illius interioris
hominis partes/affectusq; nominantur. Eaq; non so
lum uocabulis:sed & rebus ipsis/sibi inuicem com/
parantur. Verbi gratia. Vetatur aliquis esse puer/s̄m
interiorem hominem/quem possibile est crescere : &
ad ætatem iuuenis adduci : atq; inde succedentibus
incrementis peruenire ad uirum perfectum / & effici
patrem. His autem nominibus uti uoluimus:ut cō/
sona diuinæ scripturæ:illi scilicet quæ ab Ioāne scri/
pta est / uocabula poneremus. Ait enim:scripsi uo/
bis pueri : quoniā cognouistis patrem:scripsi uobis
patres:quoniam cognouistis eum : qui ab initio est:
scripsi uobis iuuenes:quoniā fortes estis : & per uer/
bum dei quod manet in coelo uicistis malignū. Eui/
dens utiq; est:nec ab ullo omnino arbitror dubitari:
q̄ pueros hic Ioānes uel adolescētes/& iuuenes/uel
etiam patres/s̄m aīæ/nō s̄m corporis appellat ætatem.
Sed & Paulus dicit in quodam loco. Nō potui uo/
bis loqui quasi sp̄ualibus:sed quasi carnalibus:tanq̄
paruulis in xp̄o / lac uobis potū dedi. In xp̄o autem
paruuli p̄culdubio s̄m aīæ / nō s̄m carnis noīantur
ætatem. Deniq; idem Paulus etiam in alio loco ait.
Cum essem paruulus:sicut paruulus loquebar:sicut
paruulus sapiebam:sicut paruulus cogitabaꝫ. Cum
autem factus sum uir:destruxi quæ erant paruuli. Et
iterꝫ alias dicit:Donec occurramus oēs in uirum p/
fectum:in mensuram ætatis/plenitudinis xp̄i. Scit.n.
occursuros esse nos in mensuram / ætatis plenitudi/
nis Christi. Igit̄ sicut hæc quæ memorauimus æta/

tum noia/eisdem uocabulis/& exteriori homini ascri
bũtur/& interiori : ita inuenies ẽt membrorum noia
corporalium transferri ad aiæ mẽbra/seu potius effi/
cientiæ:hæ aiæ affectusq; dicendi sunt. Dicitur ergo
in Ecclesiaste. Sapientis oculi in capite eius. Item in
euãgelio. Qui habet aures audiendi audiat. In pphe
tis quoq; sermo dñi:qui factus est in manu pphetæ
Hieremiæ/siue alterius cuiuslibet. Simile est ẽt illud
quod ait. Pes aũt tuus non offendit. Et iterum. Mei
aũt paulominus moti sunt pedes. Euidenter quoq;/
& uenter aniæ designatur:ubi dicitur. Dñe a timore
tuo/in utero concepimus. Nam inde quis dubitet:
cum dicitur. Sepulchrum patens est guttur eorum.
Et iterum. Præcipita domine : & diuide linguas eo/
rum. Sed & id quod scriptum est. Dentes peccatorꝝ
contriuisti. Et iterum. Contere brachium peccatoris
& maligni. Et quid opus est/me de his plura colli/
gere:cum abundantissimis testimoniis/scripturæ di
uinæ repletæ sint:ex qbus euidenter ostenditur:mẽ/
brorum hæc nomia/nequaq̃ corpori uisibili aptari
posse:sed ad inuisibilis aiæ partem/uirtutesq; debere
reuocari:quoniam & uocabula qdem habent simi/
lia. Aperte aũt & sine ulla ambiguitate nõ interioris/
sed exterioris hoĩs significantias gerunt. Est ergo ma
terialis huius hois:qui & exterior appellatur : cibus/
potusq; naturæ suæ cognatus:corporeus iste scilicet/
& terrenus. Similiter autem & spiritalis hois ipsius:
qui & interior dicitur:est proprius cibus:ut panis il/
le uiuus qui de coelo descendit : sed & potus ille est/
ex illa aqua:quam promittit Iesus dicens. Quicunq;
biberit ex hac aqua/quam ego do:non sitiet in æter/
num. Sic ergo per oia/similitudo quidem uocabu/
lorum ſm utrũq; hoiem ponitur. Rerum uero pro/
prietas unicuiq; discreta seruatur:& corruptibili cor/
ruptibilia præbẽtur:incorruptibili uero incorrupti/
bilia pponuntur. Vnde accidit:ut simpliciores qui/
dã nescientes distinguere/ac secernere quæ sint:quæ
in scripturis diuinis interiori homini:quæ uero exte/
riori deputanda sint:uocabulorum similitudinibus
falsi ad ineptas quasdam fabulas/& figmenta inania
se cõtulerint:ut etiam post resurrectionem/cibis cor/
poralibus utendum crederent : potũq; sumendum:
non solum ex illa uite uera/& uiuente in sæcula:uerũ
& ex his uitibus ligni. Sed de his alias uidebimus.
Nunc ergo (ut pcedenti obseruatione distinximus)
est quidem ſm interiorem hoiem alius sine filiis/&
sterilis:alius uero abundans in filiis/ſm quod & il/
lud aduertimus dictũ. Sterilis peperit septem:& foe/
cũda in filiis infirmata est. Et ut in bñdictionibus di/
citur:non erit in uobis sine filiis/& sterilis. Igitur si
hæc ita se habent:sicut dicitur aliquis carnalis amor
quem/& cupidinẽ appellauerunt poetæ:ſm quem/
qui amat/in carne seminat. Ita est & qdam spiritalis
amor:ſm quẽ/ille interior homo amãs/in spiritu se/
minat:& (ut euidẽtius dicam) si quis est qui portat
adhuc imaginem terreni:ſm exteriorem hoiem agiẽ
cupidine/& amore. Amore aũt/& cupidine coelesti

agitur aia:cum pspecta pulchritudine/& decore uer/
bi dei/spẽm eius adamauerit:& ex ipso/zelum quen/
dam/& uulnus amoris acceperit. Est enim uerbum
hoc/imago/& splendor dei inuisibilis : primogeni/
tus oĩs creaturæ:in quo creata sunt omnia:quæ i coe
lis sunt:& quæ in terris:siue uisibilia/siue iuisibilia.
Igitur si quis potuerit capaci mente conĩicere/& con
syderare horum oium quæ in ipo creata sunt:decus/
& speciem (ipse enim rerum uenustate percussus:&
splẽdoris magnificentia/seu iaculo ut ait ppheta ele/
cto/terebratus) salutare ab ipso uulnus accipiet : &
beato igne amoris eius ardebit. Oportet etiam nos
illud scire. Illicitus amor/& contra legem : sicut acci/
dere potest homini exteriori (uerbi gfa) ut nõ spon/
sam/uel coniugem amet:sed aut meretricẽ/aut adul/
teram:ita & interiori homini/hoc est aiæ/accidere po
test amor:nõ in legitimũ sponsum (quem diximus
esse uerbum dei) sed in adulterꝝ aliquem/& corru/
ptorem. Quod sub hac eadem figura/euidentur de/
clarat Ezechiel ppheta:ubi Oollam/& Oolibam in/
troduxit sub specie Samariæ/& Hierusalem/adulte/
rino amore corruptas:sicut locus ipe scripturæ pro/
pheticæ ostẽdit/uolentibus plenius scire. Exardescit
hic spiritalis amor aiæ:aliquando qdem (ut edocui/
mus) erga aliquos spiritus nequitiæ : aliquãdo erga
spiritum sanctum/& uerbũ dei:qui est sponsus fide/
lis:& eruditæ animæ uir dicitur:& cuius ipsa spõsa
in hac præcipue scriptura quæ habetur in manibus/
nominatur:sicut domino præstante/plenius osten/
demus:cũ uerba ipsius libelli explanare coeperimus.
Videtur autem mihi/diuinam scripturam uolentem
cauere:ne lapsus aliquis legentibus/sub amoris no/
mine nasceretur:pro infirmioribus quibusq;/eum q
apud sapientes sæculi cupido/seu amor dicitur : ho/
nestiori uocabulo charitatem/uel dilectionem no/
minasse. Verbi gratia:ut cum dixit de Isaac. Et accepit
Rebeccam:& facta est ei uxor : & dilexit eam. Et ite/
rum de Iacob/& Rachel:similiter dicit scriptura. Ra/
chel autem erat decora oculis/& pulchra facie : & di/
lexit Iacob Rachel:& dixit. Seruiam tibi septem an/
nis/pro Rachel filia tua iuniore. Euidentius autem/
immutatus usus uocabuli huius apparet in Amon : q
adamauit sororẽ suam Thamar. Scriptum est enim.
Et factum est post hæc:& erat Absaloni filio Dauid/
soror decora facie ualde:& nomen ei Thamar:& di/
lexit eam Amon filius Dauid. Dilexit posuit pro ad/
amauit. Et tribulabat (inquit) Amon ut infirmaret/
propter Thamar sororẽ suam : quoniam uirgo erat:
& graue uidebatur in oculis Amon facere ei aliquid.
Et post pauca/de uiolẽtia quam intulit Amon Tha/
mar sorori suæ : ita dicit scriptura. Et noluit Amon
audire uocem eius:sed inualuit sup eam:& humilia/
uit eam:& dormiuit cũ ea:& odiuit eam Amõ odio
magno ualde:qm̃ maius erat odium quo oderat eã:
q̃ dilectio qua dilexerat eam. Et in his ergo/& in plu/
ribus aliis locis : inuenies scripturã diuinam refugis/
se amoris uocabulum & charitatis/dilectionisq; po/
suisse.

fuisse. Interdum/licet raro/ꝓprio tñ uocabulo/amo/
rem noiat: & inuitat ad eum:atq; incitat aias: ut cum
dixit in ꝓuerbiis de sapiētia: Adama eam: & seruabit
te: circunda eam: & exaltabit te: honora eam: & am/
plectetur te. Sed & in eo libello/qui dr̃ sapientia Sa/
lomonis: ita scriptum est de sapientia ipa. Amator fa
ctus sum decoris eius. Arbitror autem/ubi nulla la/
psus uidebatur occasio: tibi tñ nomen amoris inse/
ruit. Quid enim passibile/aut qd indecoꝝ possit ali/
qs aduertere in amore sapiētiæ? uel in eo qui se amo/
rem ꝓfiteatur esse sapientiæ? Nam si dixisset: qa ada/
mauit uel Isaac Rebeccam: uel Iacob Rachel: passio
utiq; aliqua indecora/per hæc uerba erga sanctos dei
hoies potuisset intelligi: apud eos præcipue/qui ne/
sciunt a littera cōscendere ad spm̃. Aptissime autem/
in hoc ipso libello qui habet̃ in manibus: amoris no
men/charitatis uocabulo permutatum est in eo/ubi
dixit. Adiuraui uos filiæ Hierusalem: si inueneritis
fratruelem meum annuncietis ei: qa uulneratæ cha/
ritatis ego sum: Pro eo utiq; diceret: amoris eius telo
percussa sum. Nihil ergo īterest in scripturis diuinis:
utrum charitas dicatur: an amor/uel dilectio: nisi ꝙ
in tātum nomen charitatis extollitur: ut ēt ipse deus/
charitas appelletur: sicut Ioánes dixit. Charissimi dili
gamus īuicem: quia charitas ex deo est: & oīs qui di/
ligit/ex deo natus est: & cognoscit deum: qui autem
non diligit: non cognoscit deum: quia deus charitas
est: Et q̃uis alterius tpis sit/dicere aliquid de his: quæ
exempli causa/ex Ioānis epistola protulimus: tñ bre/
uiter aliqua etiam perstringere/non est uisum absur/
dum. Diligamus inquit īuicem: quia charitas ex deo
est. Et post pauca: deus charitas est. In quo ostēdit &
ipm deum/charitatem esse. Et iterum: eū qui ex deo
est: charitatem eē. Quis autem ex deo est: nisi ille qui
dicit. Ego ex deo exiui: & ueni in hunc mundum: ꝙ
si deus pater/charitas est: & filius charitas est: charitas
autem/& charitas unum est: & in nullo differt: con/
sequenter ergo pater/& filius/unum bene dicuntur:
& ideo cōuenienter xp̃s sicut sapiā/& uirtus/& iusti/
tia/& uerbū/& ueritas: ita & charitas dr̃: & ideo dicit
scriptura. Quia si charitas manet ī uobis: deus in uo/
bis manet. Deus autem: idest pater & filius: qui & ue
niunt ad eum: qui pfectus in charitate est ſm uerbum
dñi/& saluatoris dicentis. Ego/& pater ueniemus ad
eum: & mansionem faciemus apud eum. Sciēdum/
ꝙ hæc charitas quæ deus est: eum ī quo fuerit: nihil
terrenum: nihil materiale: nihil corruptibile diligit:
contra naturam nāq; est ei corruptibile aliquid dili/
gere: cum ipse sit incorruptionis fons. Ipsa est enim
sola quæ habet imortalitatem. Siqdem est deus cha/
ritas: qui solus habet imortalitatem: lucem habitans
inaccessibilem. Quid aliud imortalitas: nisi uita æter
na est? quam daturum se pmittit deus credētibus in
ipm solum/ueꝝ deum: & quem misit Iesum xp̃m fi
lium eius? Propterea ergo in primis/& ante oia/hoc
amabile/& placidum/dicitur esse deo: ut quis diligat
dñm deum suum ex toto corde suo: & ex tota anima
sua: & ex totis uiribus suis. Et qa deus charitas est: &
filius qui ex deo est: charitas est: sui simile aliquid re/
quirit in nobis: & per hāc charitatem quæ est in xp̃o
Iesu deo: qui est charitas uelut cognata quadam per
charitatis nomen affinitate sociemur: sicut & ille qui
iam coniunctus ei dicebat. Quis nos separabit a cha/
ritate dei: quæ est in xp̃o Iesu dño nostro? Hæc aūt
charitas omnem hoiem proximum diligit. Ob hoc
arguit Saluator quendam: qui opinabatur/ꝙ iusta
anima erga eam quæ iniquitatibus īuoluta est: pro/
pinquitatis iura non seruet: & ista de causa/texuit istam
parabolam: quæ dicit: ꝙ in latrones incidit quidam/
dum descēdit ab Hierusalem in hierico: & culpat q/
dem sacerdotem/ac leuitam: qui uidētes semineceꝫ
prætererunt: amplectitur autem samaritanum: qui
misericordiam fecerit: & hunc fuisse ei proximum: ip
sius qui proposuerat responsione firmauit: & ait ei.
Vade & tu fac similiter. Etenim natura/omnes nobis
inuicem proximi sumus. Opibus uero charitatis fit
proximus ille: qui potest benefacere ei/qui non po/
test. Vnde & saluator noster/factus est proximus no/
bis: nec pertrāsiuit nos: cum semineces ex latronum
uulneribus iaceremus. Igitur sciendum est dei chari/
tatem/semper ad deum tendere: a quo & originem
duxit: & ad ꝓximum respicer: cum quo participium
gerit: utpote similiter creatum in incorruptione. Sic
ergo q̃cunq; de charitate scripta sunt: quasi de amo/
re dicta suscipe nihil de noibus curans: eadem nāq;
in utroq; uirtus ostenditur. Quod siquis dicat/quia
& pecuniam/& meretricē/& alia similiter mala/eo/
dem uocabulo/quod a charitate duci uidetur: dili/
gere appellamur: sciēdum est in his non proprie/sed
abusiue charitatem nominari. Sicut (uerbi gratia) &
deus nomen principaliter in eo est: ex quo omnia: &
per quem omnia: & in quo omnia: quod utiq; aper
te uirtutem/& naturam trinæ singularitatis denun/
ciat. Secundo uere in loco (& ut ita dixerim) abusi/
ue: deos dicit scriptura/etiā illos ad quos sermo dei
fit: sicut confirmat saluator in euangeliis. Sed & cœ
lestes uirtutes sub hoc noie appellari uidentur: dum
dr̃: deus stetit in synagoga deoꝝ: in medio aūt deos
diiudicat. Tertio uero in loco iam non abusiue: sed
falso dii gētium/dæmones appellant̃: cum dicit scri/
ptura. Oēs dii gētium dæmonia. Itaq; & primum
charitatis nomen in deo est: pp qd' iubemur diligere
deū ex toto corde nr̃o: ex tota aīa nr̃a: & ex totis uiri/
bus nr̃is: utpote eum a quo hēmus hoc ipm: ut dili/
gere possimus in ipso iam sine dubio continet̃: ut &
sapiētiam: & iustitiam/& pietatem/& ueritatem: om
nesq; uirtutes pariter diligamus. Vnum enim atq;
idem est diligere deum & diligere bona. Secundo in
loco/quasi abusiuo/& ide deriuato nomine/& pro/
ximum diliger̃ iubemur tanq̃ nosipsos. Tertium ue
ro est: qd falso sub charitatis titulo/noiat̃: diligere uel
pecuniam/uel uoluptates/uel oē qcqd ad corrupte/
lam ptinet/& errorē. Nō ergo interest utrū amari di/
catur deus: aut diligi. Nec puto ꝙ culpari possit: si/

quis deum/sicut Ioãnes charitatem:ita ipse amorem
noiet. Deniq; memini aliquem sanctoꝝ dixisse Igna
tium noie/de xpo: Meus aũt amor crucifixus est:nec
rephendi eum pro hoc dignũ iudicio. Sciẽdum aũt
ꝙ ois q pecuniam diligit:uel ea quæ in mundo sunt
materiæ corruptibilis:uirtutẽ charitatis quæ ex deo
est:ad terrena/& ad caduca deducit: & rebus dei ab/
utitur/ad ea quæ nõ uult deus. Non enim deus dile
ctionem hoꝝ:sed usum hoibus dedit. Hæc aũt pau/
lo latius discussimus:uolẽtes de natura charitatis/&
amoris/aptius/attentiusq; distinguere. Ne forte qm̃
scriptura dicit:qa deus charitas est: omne qd' diligi/
tur/etiam si corruptibile sit ex deo esse: & hoc chari/
tas/& dilectio putaretur. Sed ōnditur res qdem dei/
& munus eius esse charitas:non tñ semp ab hoibus:
ad ea quæ dei sunt:& quæ deus uult:opus eius assu/
mi. Sed & hoc scire oportet:ꝙ impossibile est: ut nõ
semper humana natura aliquid amet. Omnis nãq;
qui ad id ætatis uenerit (quam pubertatem uocãt)
amat aliqd. seu minus recte cũ amat: quæ nõ opor/
tet:seu recte/& utiliter:cũ amat/quæ oportet. Verum
nõnulli hunc amoris affectum:qui aiæ rõnabili insi
tus est bñficio conditoris: aut ad amorem pecuniæ
trahũt:& auaritiæ studium:aut erga gloriam captan
dam:& fiunt inanis gloriæ cupidi:aut erga scorta se/
ctanda:& inueniũtur ipudicitiæ/libidinisq; captiui:
aut ad alia his similia/uirtutem tãti boni huius effun
dunt. Sed & cum erga diuersas artes/amor iste duci/
tur quæ manu ministrãtur: aut per studia præsentis
uitæ/non solum necessaria (ut uerbi gratia dixerim)
erga artem palestricam/uel cursus exercitia: aut certe
etiam erga geometricã/uel musicam/uel arithmeti/
cam cõfertur: atq; ad alias/uel huiuscemodi discipli/
nas:nec sic qdem mihi uidetur usus eius ꝓbabiliter
sumi. Si enim quod bonũ est:hoc & ꝓbabile est. Bo/
num ergo ꝓprie/nõ erga usus corporeos:sed in deo
primum/& in animi uirtutibus intelligitur. Conse/
quenter ergo/solus amor ille ꝓbabilis est:qui deo &
animi uirtutibus coaptatur. Et hoc ita se habere/defi
nitione ipsius saluatoris ōnditur:ubi interrogatus a
quodam:quod esset mãdatum oium maius:& pri/
mum in lege:r̃ndit. Diliges dñm deum tuum/ex to/
to corde tuo:ex tota aia tua: & ex totis uiribus tuis.
Secũdum uero simile illi. Diliges ꝓximum tuum/si/
cut teipsum. Et adiecit. In his duobus mãdatis/om/
nis lex pendet/& prophetæ: ostẽdens per hæc duo/
iustum amorẽ/legitimũq; cõstare/atq; in his uniuer/
sam legem/ꝓphetasq; pendere. Sed & quod Paulus
ait:nõ adulterabis:nõ occides:nõ furtum facies:non
falsum testimonium dices:& si quod aliud manda/
tum in hoc uerbo restauratur:in quo ait. Diliges ꝓ/
ximum tuũ sicut teipsum: quod hoc modo facilius
explanabit̃. Ponamus (uerbi gratia) mulierẽ amore
alicuius uiri ardentem:cupientẽq; in cõsortium eius
asciscì/nõne omnia ita aget:& oẽs motus suos ita tẽ/
perabit:ut sciat illi placere/quem diligit: ne forte si in
aliquo/contra uolũtatem illius egerit: cõsortia eius/
uir ille optimus refutet:atq; spernat? Poterit ne hæc
mulier quæ erga amorem uiri illius toto corde:tota
aia/totisq; uiribus feruet: aut adulterium cõmittere:
quæ eum nouerit amare pudicitiam? Aut homici/
dium:quæ eum nouerit mitem? Aut furtum:quæ ei
sciat liberalitatẽ placere? Aut concupiscet aliena:quæ
oẽs concupiscentias/erga amorem uiri illius habeat
occupatas? Sic ergo in charitatis ꝑfectione/& omne
mãdatũ restaurari dr̃: & legis uirtus,ꝓphetarũq; pen/
dere. Propter istud charitatis/uel amoris bonũ:sancti
nec in tribulatione angustiantur:nec aporiati/exapo
riantur:nec deiecti/pereunt:sed quod in præsenti/&
momẽtaneum/& leue tribulationis eorũ:supra mo/
dum æternũ gloriæ pondus operatur illis. Non enim
oibus/sed Paulo/& his qui ei similes sunt:præsens
hæc momẽtanea/ac leuis/dicitur tribulatio:quia ꝑfe
ctam charitatem dei in Christo Iesu:per spiritum san
ctum hñt in corde suo diffusam. Sic deniq; & Iacob
patriarcham/amor Rachel/per septem annos conti/
nuos in laboribus positum/diuturni æstus: & no/
cturni frigoris ustionem/sentire non sinit. Sic ipsum
Paulum in amore huius incẽsum/audio dicentem.
Charitas oia patitur:omnia credit:oia sperat: omnia
tolerat:charitas nunq̃ cadit. Nihil ergo est: quod nõ
toleret qui ꝑfecte diligit. Plura aũt quando nõ tole/
ramus:certum ꝙ ob hoc quia charitatẽ quæ omnia
tolerat:nõ habemus. Et si nõ ferimus aliqua patien/
ter:iccirco est:quia charitas nobis deest: quæ oia pa/
titur. In luctamine quoq; eo: quod est nobis aduer/
sus diabolum:quo frequẽter cadimus: nõ dubium
est:quin ob hoc fiat:ꝙ non est in nobis charitas illa:
quæ nunq̃ cadit. Hunc ergo loquitur præsens scri/
ptura:quo erga uerbum dei/aia beata utitur/& inflã/
matur. Et istud Epithalamii carmen per spiritum ca/
nit:quo ecclesia sponso coelesti xpo coniungitur/ac
sociatur:desyderans misceri ei per uerbum:ut conci/
piat ex eo: & saluare possit per hanc istam filioꝝ ge/
nerationem:cum permanserint in fide/& sanctitate/
cum sobrietate:utpote concepti ex semine qdem uer
bi dei:æditi uero/genitiq; uel ab imaculata ecclesia:
uel ab anima:nihil corporeum:nihil requirẽte mate/
riale:sed solo uerbi dei amore flagrante. Hæc interim
nobis ad præsens de amore/uel charitate:quæ in epi
thalamio hoc canticoꝝ cantici refertur:occurrere po
tuerunt. Sed sciendum est/tam multa esse: quæ dici
debeant de charitate hac:quãta & de deo:siquidem
ipse est charitas. Scit enim nemo patrem:nisi filius:
& cui uoluerit filius reuelare. Similiter autem etiam
ipsum filium/quoniam & ipse charitas est:nemo scit
nisi pater: & sm̃ hoc/quod charitas dicitur. Solus
autem spiritus sanctus est: qui ex patre procedit: &
ideo scit quæ in deo sunt:sicut spiritus hominis scit
quæ in homie sunt. Hic ergo paraclytus spiritus san/
ctus ueritatis:qui de patre procedit:circuit/quærens
si quas inueniat dignas/& capaces aias:quibus reuelet
magnitudinẽ charitatis huius:quæ ex deo est. Nunc
ergo iam ipsum deum patrem qui charitas est inuo/

cantes:per eum qui ex ipso est charitatem/etiã ad reli/
qua discutienda ueniamus. Et tentemus primum de
eo requirere:quid illud sit:q̃ cum tria uolumina/ec/
clesia dei a Salomone scripta susceperit:primus ex ip
sis prouerbiorum liber positus sit:secundus/is qui Ec
clesiastes appellatur:tertio uero in loco/cantici canti/
corum uolumen habeatur. Quæ ergo nobis occur/
rere possunt/in hoc loco ista sunt. Generales discipli/
næ quibus ad rerum sciam peruenitur: tres sunt:quas
græci æthicam/physicam/& enopticem appellaue/
runt:nos has dicere possumus: moralẽ: naturalem:
& inspectiuam. Nõnulli sane apud græcos/etiam lo
gicen:quam nos rõnabilem possumus dicere:quar/
to in numero posuere. Alii non extrinsecus eam:sed
per has tres q̃s supra memorauimus disciplinas ine/
xam:consertamq; per omne corpus esse dixerunt. Est
enim logice/& uelut nos dicimus/rõnalis:quæ uer/
borum/dictorũq; uidetur continere rões:propriet
tatesq;/& improprietates:generaq;/& species/& figu
ras singulorũ quorũq; edocere dictorũ: quam utiq;
disciplinam/non tam separari/q̃ inseri cæteris cõue/
nit/& intexi. Moralis autem dicitur / per quam mos
uiuendi honestus aptatur:& instituta ad uirtutẽ ten
dentia pparãtur. Naturalis dicitur:ubi uniuscuiusq;
rei natura discutitur:quo nihil cõtra naturã genera/
tur in uita: sed unumquodq; his usibus deputetur:
in quos a creatore pductum est. Inspectiua dicitur:
qua supergressi uisibilia de diuinis aliquid:& coele/
stibus cõtemplamur:eaq; sola mente intuemur: qm̃
corporeum supgrediuntur aspectum. Hæc ergo(ut
mihi uidetur)sapientes quinq; græcorũ sumpta a Sa
lomone: utpote qui ætate / & tpe/longe ante ipsos/
prior ea per dei spiritum didicisset:tanq̃ propria inen
ta protulerunt:& institutionum suarũ uoluminibus
cõphensa:posteris tradẽda reliquere. Sed hæc(ut
diximus)Salomon ante oẽs inuenit:& docuit p sa/
pientiam:quã accepit a deo:sicut scriptum est. Et de/
dit deus prudentiam Salomoni:& sapiam multam
ualde/& latitudinem cordis / sicut harenam:quæ est
ad oram maris:& multiplicata est in eo sapientia/su/
per oẽs antiquos filios hoium:& super oẽs sapiẽtes
ægypti. Salomon ergo tres istas quas supra diximus
generales esse disciplinas:idest moralem: naturalem:
& inspectiuã:distinguere ab inuicem/ac secernere uo/
lens:tribus eas libellis ædidit:suo quoq; ordine/sin/
gulis consequẽter aptatis. Primo ergo in prouerbiis
moralem docuit locum:succinctis(ut decuit)breui/
busq; sententiis/uitæ instituta componẽs. Secunda
uero quæ naturalis appellatur:cõphendit in Eccle
siastẽ:in quo multa de rebus naturalibus disserẽs:&
inania/ac uana ab utilibus/necessariisq; secernens:re/
linq̃ndam uanitatem monet:& utilia/rectaq; sectan/
da. Inspectiuum quoq; locum in hoc libello tradi/
dit:qui habetur in manibus:idest in cantico cantico/
rum:in quo amorem coelestium/diuinorũq; desyde
rium incutit aiæ/sub specie sponsæ:ac sponsi: chari/
tatis/& amoris uiis/perueniendum docens ad con/
fortium dei. Hoc uero eũ ueræ philosophiæ funda/
mentum ponentem: & ordinem disciplinarũ/institu
tionumq; condentẽ/q̃ non latuerit:neq; ab eo abie/
ctus sit:etiam rõnalis locus euidenter ostdit in prin/
cipio statim puerbiorũ suorũ. Primo oium / per hoc
ipsum q̃ prouerbia/attitulauit libellum suum:quod
utiq; nomẽ significat:aliud qdem palam dici:aliud
uero intrinsecus indicari:hoc enim & cõis usus pro/
uerbiorũ docet:& Ioãnes in euangelio Saluatorem
ita scribit/dicẽtem. Hæc in puerbiis locutus sum uo
bis:ueniet hora cum iam non in prouerbiis loquar
uobis:sed manifeste de patre annũciem uobis. Hæc
interim in ipsa tituli inscriptiõe. In sequenti uero/sta/
tim subiungit discretionem sermonis: & distinguit
scientiam/a sapientia:& a sapiẽtia/disciplinam:& in/
tellectum uerborũ aliud ponit:& prudẽtiam dicit in
eo esse:ut excipere quis possit uerborũ uersutiam:di/
stinguit etiam iustitiam ueram a directiõe iudicii:sed
& astutiam noiat quandam/his quos imbuit neces/
sariam:illam credo/per quam sophismatum itelligi/
ac declinari possit argutia. Et ideo dicit inocentibus
per sapientiam dari astutiam/sine dubio ne in uerbo
dei decipiantur fraude sophistica. Sed in hoc mihi ui
detur/rõnalis disciplinæ meminisse:p quam doctri/
na uerborũ/dictorũq; significantiæ discernuntur:&
uniuscuiusq; sermonis proprietas/certa cum rõne/di
stinguit̃:in qua pcipue erudiri conuenit pueros:hoc
enim hortat̃/cum dicit:ut det puero iuniori sensum/
& cogitationem. Et qa qui in his eruditur:necessario
rõnabiliter per ea quæ didicit: semetipm gubernat:
& uitam suam moderatius liberat:pp terea dicit. In/
telligens autem gubernacula acquiret. Post hæc ue/
ro/cognoscens in uerbis diuinis qbus per pphetas/
humano generi/traditus est ordo uiuendi: diuersos
esse eloquii tropos:& uarias dicẽdi species:ac sciens
haberi in eis aliquam figuram/quæ parabola appel/
latur:& aliam quæ obscura dictio uocat̃:aliasq; quæ
enigmata nominentur: & alias quæ dicta sapiẽtum
dicantur/scribit. Intelliges quoq; parabolam/& ob/
scurum sermonem:dictaq; sapientum/& enigmata.
Per hæc ergo singula/rõnalem locum manifeste / &
euidenter exponit:ac more ueterũ / succinctis / breui/
busq; sententiis/ingentes: & pfectos explicat sensus.
Quæ siquis est: qui in lege meditetur die / ac nocte:
& siquis est/sicut iusti os quod meditatur dñi sapiẽ/
tiam:inuestigare diligentius poterit/& inuenire:si tñ
recte quis ierit:& querens pulsauerit ostium sapien/
tiæ:petẽs a deo:ut aperiatur sibi:& mereatur accipe/
re per spm̃ scm̃ uerbum sapientiæ:uerbum scientiæ:
fieriq; particeps illius sapientiæ quæ dicebat. Exten/
debam enim uerba mea:& non audiebatis. Et meri/
to extendere se dixit uerba in eius corde: cui dederit
deus(sicut supra diximus)latitudinem cordis. Di/
latatur nãq; illius cor: qui potest ea quæ breuiter in
mysteriis dicta sunt:latiore doctrina/sumptis ex uo/
luminibus diuinis assertionibus explanare. Oportet
igitur/sm hanc eãdem sapientissimi Salomonis do/

ctrinam: cum qui sapientiam scire desyderat: incipe/re ab eruditione morali: & intelligere illud quod scriptum est. Cōcupisti sapiētiam: serua mandata: & dñs dabit eam tibi. Ob hoc magister hic qui primus homines diuinam philosophiam docet: operis sui exordium/ puerbiorum posuit libellum: in quo (ut diximus) moralis traditur locus: ut cum intellectu moribusq; quis profecerit: ueniat etiam ad naturalis intelligentiæ disciplinam: atq; ibi rerum causas/ naturasq; distinguens: agnoscat uanitatem uanitatum relinquendam: ad æterna autem/ & ꝑpetua properandum: & ideo post ꝓuerbia: ad Ecclesiasten uenitur: qui docet (ut diximus) uisibilia oīa/ & corporea/ caduca esse/ & fragilia: quæ utiq; cum ita esse compræhenderit is qui sapiētiæ studet: sine dubio contēnet ea/ ac despiciet: & uniuerso (ut ita dicam) sæculo renuncians tendet ad inuisibilia & æterna: quæ spiritalibus qdem sensibus: sed adopertis amorum qbusdam figuris/ docētur in Cāticis canticoꝝ. Ideo enim nouissimum locum tenet hic liber: ut tūc ad eum ueniatur: cum & moribus quis fuerit defæcatis: & reꝝ corruptibilium/ atq; incorruptibilium scientiam/ distinctionemq; didicerit: ꝑ quæ in nullo possit ex his figuris: qbus sponsæ ad sponsum cœlestis: idest aīæ perfectæ amor ad uerbum dei describitur: ac formatur offendere. Præmissis nāq; his quibus purificatur aīa per actus/ ac mores: & in reꝝ discretione naturalium ꝑducitur: competēter ad domestica uenitur/ & mystica: atq; ad diuinitatis cōtēplationem syncæro/ & spiritali amore conscenditur. Hanc ergo triplicem diuinæ philosophiæ formam: etiam in illis sanctis/ ac beatis uiris arbitror ꝓsignatam: pro quoꝝ sanctissimis institutionibus/ deus sūmus dici uoluit: deus Habraam: deus Isaac: deus Iacob: Habraā tanq̄ moralem declarat philosophiam/ per obædiētiam. Tanta enim eius fuit obædientia/ & obseruatio mādatorum: ut cum audiret: exi de terra tua: & de cognatione tua/ & de domo patris tui: non sit cunctatus: sed statim fecerit: imo & aliquid amplius fecerit. Audiēs enim ut imolaret filium suum: nec inde qdem dubitat: sed obtēperat ꝓcepto/ & ad exemplum obædientiæ: quæ est moralis philosophiæ posteris dandum: nec filio suo unico pepercit. Isaac quoq; naturalem philosophiam tenet: & cum puteos fodit: & cum ꝓfunda rimatur. Sed & Iacob inspectiuū tenet locum quippe qui & Israel/ ob diuinoꝝ contemplationem noīatus sit: & qui castra cœli uiderit: & domum dei/ atq; angeloꝝ uias: idest schalas/ a terris in cœlū porrectas prospexit. Vnde & merito/ inuenimus tres istos beatos uiros/ altaria fixisse deo: hoc est philosophiæ suæ consecrasse ꝓfectus: quo scilicet edocerent: non hæc ad artes humanas: sed ad dei gratiam referenda. Sed & in tabernaculis degunt: ut per hæc ostēdant: neq; in terris hn̄dum esse aliquid ꝓprium/ huic qui diuinæ philosophiæ studet: sed semꝑ ꝓmouendum/ non tam de loco/ ad locum: q̄ de scientia inferioris/ ad scientiam ꝑfectorum. Sed & alia multa in scripturis diuinis/ quæ ordinem hunc/ quem in libellis Salomonis contineri diximus: sm̄ hāc eandē formam designant: sed ea nunc nobis prosequi: aliud in manibus hn̄tibus/ longum est. Si quis ergo primum locum in emendandis moribus: mandatisq; seruādis: qui per ꝓuerbia designatur impleuit. Post hæc autē/ deꝓhensa uanitate mundi/ & reꝝ caducaꝝ fragilitatē perspecta/ uenit in hoc: ut renunciet mundo: & omnibus quæ in mūdo sunt. Cōsequenter ueniet etiam ad contēplanda/ & desyderanda ea quæ non uidentur: & æterna sunt. Ad quæ tn̄ ut ꝑuenire possimus: indigemus diuina misericordia: si forte ualeamus ꝑspecta pulchritudine uerbi dei: salutari in eum amore succendi: ut & ipse dignetur huiusmodi aīam diligere: quā desyderium sui habere ꝓspexerit. Post hæc exigit nos cōsequentia sermonis/ dicere etiam de suꝑscriptione ipsa Cantici canticoꝝ. Simile enim est hoc illis/ q̄ in tabernaculo testimonii appellātur sancta sanctoꝝ: & illis quæ in libro numeroꝝ memorātur opera operꝝ: quæq; apud Paulum dicuntur sæcula sæculoꝝ. Sed qūo differāt a sanctis/ sancta scōꝝ in Exodo: & qūo differant opera/ ab opibus operum: in numeroꝝ libro tractatibus (prout potuimus) dictum est a nobis. Sed & de sæculo sæculoꝝ: in locis quibus occurrit/ non omissum est: & ne eadem repetamus: illa sufficiant. Nunc ergo requiramus primo/ quæ sunt cantica/ quoꝝ canticoꝝ/ hoc esse canticum dicitur. Puto ergo/ q̄ cantica sint illa quæ dudum ꝑ prophetas/ uel per angelos canebantur. Lex enim dicitur per angelos ministrata in manu mediatoris. Illa ergo oīa quæ per illos annunciabant: cantica erāt per amicos sponsi ꝓcedentia. Istud uero unum canticum est: quod ipsa iam sponso spōsam suam suscepturo: epithalamii specie erat canēdum. In quo non adhuc per amicos sponsi cantari sibi uult: sed ipsius iam sponsi præsentis audire uerba desyderat: dicens. Osculetur me/ ab osculo oris sui: unde & oībus canticis ꝓfertur. Videntur enim cætera cantica: quæ lex & prophetæ cecinerunt: paruulæ adhuc sponsæ: & quæ nondum uestibula maturæ ætatis ingressa sit: decantata. Hoc uero canticum adultæ/ & iam ualde robustæ: & quæ capax sit iam uirilis potentiæ/ perfectiq; mysterii decātari uidetur: sm̄ q̄ dicitur de ea: quia una sit ꝑfecta columba: quæ si perfecta/ ergo & ꝑfecti uiri sponsa/ perfectæ suscæpit uerba doctrinæ. Primū ergo canticum cecinit deo Moyses/ & filii Israel: qn̄ uiderūt ægyptios mortuos ad littus maris: & qn̄ uiderunt manum fortem/ & brachium excelsum dn̄i: & crediderūt deo/ & famulo eius Moysi. Tunc cantauerunt dicentes. Cantemus dn̄o/ gloriose enim honorificatus est. Ego autem arbitror q̄ nō possit ad istud ꝑfectum/ quis & mysticum canticum peruenire: & ad istam ꝑfectionem spōsæ quæ in hac scriptura continetur: nisi prius ambulet per siccum/ in medio mari: & fiat ei aq̄/ murus a dextera/ læuaq;: & sic euadat de manibus ægyptiorum: ita ut uideat eos mortuos ad littus maris: atq; ītuens manum fortem dn̄i:

tem domini: quia interfecit aegyptios: credat dño/&
famulo ipsius Moysi. Moysi aũt dico/legi/atq; euan
geliis oibusq; diuinis scripturis: tunc eni merito can
tabit: & dicet. Cantemus dño/gloriose enim hono/
rificatus est. Sed istud canticum canet quis: cum qs
liberatus fuerit a seruitute aegyptiorũ. Post haec autẽ
cum transierit per haec oia quae in Exodo/& quae in
Leuitico scripta sunt: & uenerit ad hoc/ut in diuinos
numeros assumat. Tunc iterũ scḋm canticum canet:
cum exierit de ualle Zareth: quod interptatur aliena
descensio: & uenerit ad puteum/de quo scriptũ est.
Et dixit dñs ad Moysem. Cógrega populum: & da/
bo eis aquam de puteo bibere. Ibi enim cãtabit & di
cet. Initiate ei puteum. Foderũt illum principes: ex/
ciderunt eum reges gentium in regno suo: cum do/
minãtur eorũ. Sed de his plenius in numerorũ libro
(sm q dedit nobis dñs) dictum est. Oportet igitur
uenire ad puteum qui a principibus fossus est: & a
regibus excussus est. In quo operae nemo plaebeius
operatur: sed oẽs principes: oẽs reges: regales scilicet/
& principales aiae: quae altitudinem/putei aquam ui
uam cõtinentis/inquirunt. Post illud canticum/ue/
nitur ad deuteronomii canticum de quo dicit dñs.
Et nunc scribite uobis uerba cantici huius: & docete
illud filius Israel: & iniicite illud in os eorum: ut fiat
mihi canticum istud/ad testimonium in filiis Israel.
Et uide quantum/& quale sit canticum istud: cui ad
audiendum terra non sufficit: sed conuocatur & coe
lum. Ait enim/attẽde coelum/& loquar: & audiat ter
ra uerba ex ore meo. Vide q̃ magna sint/q̃ ingentia
quae dicuntur. Expectetur (ait) sicut pluuia/eloquum
meum: & descendet sicut ros super gramẽ: & sicut
nix super foenum: quia nomen dñi inuocaui: & reli/
qua. Quartum cãticum est in libro iudicum: de quo
scriptũ est. Et cantauit Delbora/& Barach filius Abi/
noem/in die illa/dicentes. Incipiendo principales in
Israel in proposito populi/bñdicite dñm. Audite re/
ges auribus: pcipite satrapae: & reliqua. Haec aũt quae
canit/apis eẽ debet: cuius opus tale est: ut eo reges/&
mediocres utantur ad sanitatem. Delbora nãq; apis
interptatur: quae istud canticum canit: sed & Barach
cum ipsa: interpraetatur autem Barach coruscatio: &
canitur istud canticum post uictoriam: quia nec ante
quis potest/quae perfecta sunt canere/nisi ubi aduer/
sarios uicerit. Sic deniq; & in ipso cantico dr. Exur/
ge/exurge Delbora: exsuscita milia populi: exurge/ex/
urge/cane canticum/exurge Barach. Verum & de his
plenius in illis oratiunculis quas de libello iudicum
edidimus: diserta reperies. Quintum post haec canti/
cum est in secũdo libro regnorũ: cum locutus est Da/
uid ad dñm/uerba cantici huius: in die qua liberauit
eum dñs de manu oium inimicorũ suorũ: & de ma/
nu Saul: & dixit. Dñs mihi petra/& munitio mea: li/
berator dñs deus meus/custos erit mihi. Si ergo/&
tu potueris considerare/q sunt inimici Dauid: quos
in primo/& secundo regnorũ libro supat/ac prostern
nit: & qũo dignus factus est: ut dñi adiutorium me/

reretur: & liberaretur ab huiusmodi inimicis: tũc po/
teris & tu qntum istud canticum canere. Sextum est
canticum in primo Paralipomenon libro: ubi con/
stituit Dauid in pricipio ad laudãdum dñm/Asaph/
& fratres eius: & est initium cãtici istius/tale. Lauda/
te dñm: & confitemini/& inuocate eum in noie eius:
notas facite in populis uoluntates eius: canite ei/&
hymnum dicite: narrate oẽs adinuẽtiones eius/quas
fecit dñs/& caetera. Sciendum tñ est: q canticum q/
dem quod est in secundo regnorũ libro: ualde simile
est psalmo. xvii. Quod autem est in primo libro Pa/
ralipomenon: in initiis quidem/usq; ad euz locum/
ubi dicit: & in prophetis meis nolite malignari: simi
le est. ciiii. psalmo. Posteriora uero ab hoc loco/simi/
litudinem gerunt primarũ partium. xcv. psalmi: ubi
dicitur. Cãtate dño ois terra: usq; ad eum locum ubi
ait: quia uenit iudicare terram. Igitur si in his/conclu
dendus est numerus canticorũ: septimo in loco po/
nendus uidebitur liber hic Cantici canticorũ. Siquis
uero etiam Hesaiae canticum/cum caeteris numeran/
dum putet: licet non ualde conuenire uideatur: ut p/
cessisse putetur Hesaiae canticum: quod longe poste/
rioribus tpibus Hesaias scripserit: tñ siquis putet q
prophetica dicta: nõ tpe: sed rõne pensanda sint: ad/
iunget etiam illud: cãticum hoc quod Salomon ce/
cinit/Canticum esse canticorũ: non tãtum eorũ quae
prius: sed & eorũ quae postmodum canẽda uideban
tur. Siquis uero putet etiam ex libro psalmorũ debe/
re assumi: sicubi in eo uel canticum scribitur: uel can/
ticum psalmi multitudinem congregabit praeceden
tium canticorũ. Iunget enim caeteris etiam. xv. simul
graduum cantica: & requirens singulorũ uirtutes can/
ticorũ: atq; ex iis proficientis aiae gradus colligens: ac
spiritalis intelligentiae ordinem iterũ: cõsequentiãq;
componens oñdere poterit: q̃ magnificis gressibus
incedens sponsa/per haec oia perueniat usq; ad tha/
lamum sponsi: digrediens in locum tabernaculi ad/
mirabilis: usq; ad domum dei: in uoce exultationis/
& confessionis sonus epulantis. Et pueniens usq; ad
ipsum (ut diximus) thalamum sponsi: ut audiat/&
loquatur cuncta haec: quae continentur in Cantico
canticorũ. Adhuc autem possumus & haec inquirere:
prius q̃ ad ipsum corpus libelli ueniamus: cur Salo/
mon qui uidetur obtẽperare in his tribus libellis/uo
luntati spũs sancti: in prouerbiis qdem dicatur Salo/
mon filius Dauid: qui regnauit in Israel. In secundo
uero libello nõ Salomon scribitur: sed uerba (inqt)
Ecclesiastes/filii Dauid regis Israel in Hierusalem: &
filium qdem se esse Dauid: similiter ut in primo/&
regem Israel scribit. Sed ibi prouerbia: hic uerba po/
nit: & seipsum quem supra Salomonem: hic Eccle/
siastem noiauit. Et cum ibi gentem solam in qua re/
gnauerit posuisset: hic & gentem posuit: & locum re
gni Hierusalem designat. In cantico canticorũ uero/
neq; gentis nomen: neq; locum in quo regnet: neq;
oino q rex sit: neq; q patrem Dauid habeat scribit:
sed tñmodo Canticum ait canticorũ/quod est ipsi

Salomoni. Et q̄uis difficile mihi uideatur: aut pscrutari: aut pertingere posse hoꝝ differentias: aut utcūq; inuestigatas palam proferre: & chartulis credere: tñ inquantum capere/uel sensus noster: uel auditus legentium potest: paucis aperire tentabimus: in plurimis/Salomonem xp̄i typum ferre: uel ſm hoc/q pacificus dicitur: uel ſm hoc q regina austri uenit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis: non puto dubitandum. Hic ergo/ & ſm q Dauid dicitur: & ſm q supra eos reges: pro quibus ipse rex regum dicitur: regnat. Et rursus uerus Ecclesiastes ipse est: qui cum in forma dei eēt: semetip̄m exinaniuit: formam serui accipiens: ut congregaret ecclesiam. A congregando enim ecclesiam ecclesiastes appellatur. Tum uero quis ita Salomon: idest pacificus: sicut dñs noster Iesus xp̄s: qui factus est nobis sapientia a deo: & iustitia/ & pax? Igitur in primo puerbioꝝ libro: cum nos moralibus instituit disciplinis: rex esse dicitur in Israel: necdum in Hierusalem: qa & si Israel dicamur propter fidem: non tñ in hoc puentum est: ut ad Hierusalem cœlestem puenisse uideamur. Vbi uero profecerimus & in hoc uētum fuerit: ut ecclesiæ primitiuoꝝ: quæ i cœlis est: sociemur: atq; Hierusalem cœlestem discussis diligētius priscis/ & naturalibus causis: matrem nostram noscamus cœlestem: tunc iam nobis/etiam ipse xp̄s ecclesiastes efficitur: & non solum in Israel: sed & in Hierusalem regnare dr̄. Cum uero ad perfectionem oīum uentum fuerit: & sponsa ei perfecta: ois dumtaxat rōnalis creatura iūgetur: quia pacificauit per sanguinem/non solum quæ in terris sunt: sed quæ in cœlis: tunc Salomon tñmodo dicetur: cum tradiderit regnum deo/ & pr̄i: cum euacuauerit oēm principatum/ & potestatem. Oportet enim eum regnare: donec ponat inimicos suos sub pedibus suis: & nouissimus inimicus destruatur mors. Et ita pacificatis oibus/patriq; subiectis: cum erit iam deus oīa/in oībus: Salomon tñmodo. i. solus pacificus noiabitur. Competēter ergo in hoc libello qui de amore sponsæ/ & sponsi erat scribēdus: etiam pro hoc/neq; filius Dauid: neq; rex: neq; aliud hoꝝ/qd ad corporeum pertinere possit intellectum/ scribitur: ut merito de eo perfecta iam sponsa dicat. Quia & si aliquādo cognouimus xp̄m ſm carnem: sed nunc iam non nouimus: ne quis putet eum corporeum aliquid amare/aut in carne positum/ & macula aliqua amori eius credat induci: propterea canticum cāticoꝝ Salomoni tñmodo est: & neq; filio Dauid: neq; regi Israel: neq; aliqua in his prorsus misceatur carnalis nois intelligētia. Et ne mireris/q cum unus atq; idē sit dñs/atq; Saluator noster: dicamus eum uelut minorem primo in prouerbiis: & deinde proficientem in ecclesiastem: & post hæc habere psectionem in canticum canticoꝝ: cum etiam in euangeliis uideas scripta: ubi propter nos/ & ipse in nobis dicitur proficere. Sic enim profertur: quia Iesus proficiebat ætate/ & sapientia/apud deum/ & hoies. Puto ergo q pro his oibus: neq; filius Dauid: neq; rex Israel scribitur: sed & pro eo adhuc q in cantico canticoꝝ/sponsa iam intantū profecerat: ut maius aliqd esset: q̄ est regnū Hierusalē. Nam Hierusalē cœlestem dicit Apostolus esse: atq; ad eā memorat credētes accedere. Hunc ergo spōsum/ad quem nūc sponsa festinat: idem Paulus cum eum pōtificem maximum dicit: ita de eo scribit: quasi qui non in cœlis sit: sed penetrarit/ & pertransierit oēs cœlos: & illuc quoq; eum/hæc sua perfecta sponsa sectetur: imo illuc adhærens ei: & coniuncta conscendit: est enim facta cū eo unus spiritus. Vnde uidetur mihi/ & ad Petrum qui nō poterat eum primo sequi: cum diceret. Quo ego uado: uos nō potestis uenire: dixisse: sequeris autem postea. Quod autem sit aliquid maius: & ab Israel: idē colligimus q in numeroꝝ libro ois qdem Israel numeratur: & .xii. tribus Israel certo sub numero cēsent. Tribus uero leuitica utpote cæteris eminētior/ supra hunc numeꝝ habet/ & nequaq̄ Israelitico numero deputatur. Dicit enim ita. Hæc est uisitatio: in qua recensiti sunt filii Israel/ſm domos familiarum suaꝝ. Ois uisitatio eoꝝ cum uirtute sua: sexcenta tria milia/quingenti/quinquaginta. Leuitæ autem non sunt numerati cum eis: sicut pcedit dñs Moysi. Vides quō ut eminentiores a filiis Israel/sequestrantur leuitæ: nec numero sociātur? Et rursum Leuitis eminentiores scribuntur sacerdotes. Sic enim in eadem scriptura continetur. Et locutus est (inquit) dñs ad Moysem dicens. Accipe sūmam Leuitaꝝ: & constitues eos in conspectu Aaron sacerdotis: & ministrēt ei. Vides & in hoc/quō superiores Leuitis noiet sacerdotes: & rursus leuitas eminētiores ponit filiis Israel. Hæc autem uisi sumus discutere paulo curiosius: uolentes etiam per hæc ośdere rationem: quia in ipsis quoq; attitulationibus libroꝝ suoꝝ/Salomon differētiis usus est necessariis. Sed aliud in puerbiis: aliud in Ecclesiaste: aliud etiam in canticoꝝ cantico/ex ipsa inscriptione tituli designauit. Et adhuc qd in cantico canticoꝝ: ubi iam perfectio ośditur: neq; filius Dauid: neq; rex scribitur. Potest etiam hoc dici: quia cum factus fuerit seruus/sicut dñs: & discipulus/sicut magister: uidetur iam neq; seruus/esse seruus: factus uidelicet sicut dñs: neq; discipulus/esse discipulus: qppe qui sicut magister effectus est: sed fuisse qdem aliqñ discipulus: nunc uero esse sicut magister: & fuisse quidem seruus aliqñ: nūc uero esse sicut dominus. Simili igitur rōne/etiam de rege: & in his in quos regnat aduerti posse uidebitur: cum regnū iam tradetur deo/ & patri. Sed & hoc non lateat: nōnullos attitulationem libelli huius cantica canticoꝝ scribere: quod non recte scribitur. Non enim pluraliter/ sed singulariter canticum hic dicitur canticoꝝ. Hæc quasi in pfatione dicta sunt a nobis de supscriptione ipsa/uel attitulatione libelli. Iam nunc dño nr̄o nos adiuuante: ipsius operis adoriamur exordia: & tñ ne illud qdem remaneat in nobis omissum: quod quibusdam requirendum uisum est: adhuc de ipsa attitulatione/ac superscriptione libri: quæ ita habetur: canticum canticoꝝ:

cum canticorum: quod est ipsi Salomoni. Sic enim
accipiunt quasi canticum: hoc esse dixerit canticorum
Salomonis: & ut ex plurimis suis cãticis/hoc unum
esse signauerit. Sed nos quõo recipiemus huiusmodi
intelligentiam: cum neq; ecclesia dei/ulla extrinsecus
Salomonis cãtica/legenda suscæperit? neq; apud he/
bræos/a qbus eloquia dei ad nos uidentur esse trãsla
ta: aliquid præter hos tres libellos Salomõis: qui &
apud nos sunt: amplius habeatur in canone? Volunt
tñ/qui hoc asserunt inde confirmare sniam: ꝙ in re/
gnorum tertio libro scriptum est: multa fuisse Salomo/
nis cantica: ut unum ex multis esse confirment. Hoc
ibi ergo refertur: & deus dedit prudentiam Salomo
ni: & sapientiam multam ualde: & latitudinem cor/
dis sicut arenam quæ est ad oram maris: & factus est
sapiens Salomon ualde/super sapientiam oium an/
tiquorum: & super oẽs sapientes ægypti: & super Ge/
than/Zariten/& Eman/ & Thalcat/ & Doida/filiis
Maol: & erat noiatus in uniuersis gentibus per cir/
cuitum: & locutus est Salomon tria milia parabola/
rum: & erãt cantica eius quinq; milia: & ex his qnq;
milibus canticis uolunt iudæi hoc unũ esse canticũ:
qđ hẽmus. Sed usq; quo/uel ubi cantata sint: nõ so/
lum ad usum: sed nec ad notitiam qdem puenit eccle
siarum dei. Oposum est aũt: & ꝑcul ab opere ꝓposito:
si uelimus nunc inqrere: q̃ multorum librorum cõmemo
ratio fiat in scripturis diuinis: quorum lectio nulla no/
bis oino est tradita. Sed neq; apud iudæos hẽri qdẽ
usum hmõi reppimus lectionũ: quæ siue pro eo/ꝙ
aliqua supra humanam itelligẽtiam cõtinebant: pla/
cuit spiritui scõ auferri de medio: siue ꝙ eẽnt de scri/
pturis his: quæ appellantur apocryphæ: pro eo ꝙ
multa in eis corrupta/ & contra fidem ueram inue/
niunt a maioribus tradita: nõ placuit eis dari locum:
nec admitti ad auctoritatẽ: supra nos est ꝓnũciare de
talibus. Illud tñ palam est/multa uel ab apostolis: uel
ab euãgelistis exempla esse ꝓlata: & nouo testamen/
to iserta: quæ in his scripturis quas canonicas habe/
mus: nunq̃ legimus: in apocryphis tñ inueniuntur:
& euidenter ex ipsis oñduntur assumpta. Sed nec sic
quidem locus apocryphis dandus est: non eni tran/
seundi sunt termini quos statuerũt patres nostri. Po
tuit enim fieri: ut apostoli/uel euangelistæ/sancto spi
ritu repleti sciuerint: quid sumendum ex illis esset scri
pturis: qd ue refutãdum. Nobis autem non est absq;
periculo aliquid tale ꝓsumere: quibus non est tanta
spiritus abundantia. Et ideo de præsenti uersiculo
nos eam tenemus æditionem: quam supra exposui/
mus: maxime cum euidẽs in eo habeatur distinctio:
ubi ait canticum canticorum: quod est ipsi Salomoni.
Si enim uoluisset intelligi canticorum Salomonis/hoc
esse canticũ: dixisset utiq; cãticum canticorum: quæ sũt
Salomoni uel canticũ ex canticis Salomonis. Nunc
aũt quia dixit: qđ est Salomoni: oñditur istud canti/
cum: qđ est in manibus: & qđ erat ei canẽdum: hoc
esse Salomonis. Et hoc de attitulatione quam ꝓpo/
sui cõtinere. Videamus ergo iam & quæ sequuntur.

LIBER PRIMVS.

SCVLETVR Me/ab osculo oris
sui. Meminisse oportet illud quod in
præfatiõe ꝓmonuimus: quia libellus
hic Epithalamii hñs speciem/dramatis
in modum cõscribitur. Drama autem
esse diximus: ubi certæ personæ introducuntur: quæ
loquuntur: & aliæ interdum superueniunt: aliæ rece/
dunt: aut accedunt: & sic totũ in mutationibus agi/
tur personarum. Hæc ergo erit totius libelli species: &
sm hanc pro uiribus/historica a nobis aptabitur ex/
positio. Spiritalis uero intelligentia/sm hoc nihilo/
minus: quod in ꝓfatiõe signauimus: uel de ecclesiæ
ad xpm sub sponsæ: uel spõsi titulo: uel de aiæ/cum
uerbi dei coniunctione dirigitur. Introducitur ergo
nunc per historiæ speciem sponsa quædam: quæ su/
scæpit quædam sponsaliorum: & dotis titulo/dignissi/
ma munera ab spõso nobilissimo. Sed plurimo tpe
moram faciente spõso/sollicitari eam desyderio amo
ris sui: & confici iacentẽ domui suæ: & agentem om
nia: quatenus possit aliqñ uidere spõsum suum: atq;
oculis eius ꝑfrui. Quæ nec differri amorẽ suum: nec
adipisci se posse quod desyderat/uidet: cõuertat se ad
orationem: & supplicet deo: sciens eum patrem esse
sponsi sui. Consyderemus ergo eam leuãtem sanctas
manus sine ira/ & disceptatione/in habitu ornato:
cum uerecundia/& sobrietate/ornatam dignissimis
ornamentis: quibus ornari decet nobilem sponsam:
æstuantem uero desyderio sponsi: & interno uulne/
re amoris agitatam: orationem (ut diximus) funde/
re ad deum: & dicere de sponso suo. Osculetur me/
ab osculo oris sui. Hæc sunt/quæ dramatis in mo/
dum composita/historica continet explanatio. Inte/
rior uero intellectus/uideamus si hoc modo poterit
competenter aptari. Ecclesia sit desyderãs Christo cõ
iungi. Ecclesiam aũt ꝓsonam oium aduerte sancto/
rum: hæc ergo ecclesia sit quasi oium una persona:
quæ loquatur/& dicat: oĩa habeo: repleta sum mu/
neribus quæ sponsaliorum/uel dotis titulo/ante nu
ptias sumpsi. Dudum enim cum præpararer ad cõ/
iugium filii regis: & primogeniti ois creaturæ/obse/
cuti sunt: & ministrauerunt mihi angeli sancti eius:
deferentes ad me legem/sponsalis muneris loco: lex
náq; per angelos disposita dicit in manu mediato/
ris. Ministrauerunt mihi etiam ꝓphetæ. Locuti sunt
enim oĩa & ipsi: per quæ nõ solum oñderent: & in/
dicarent mihi de filio dei: cui me delatis his quæ ap/
pellantur arris: & muneribus dotalibus spondere cu
piebant: uerum/ut & in amorẽ me eius/desyderiũq;
succenderent: ꝓnunciauerunt mihi propheticis uo/
cibus de aduentu eius: & inumeris uirtutibus/operi/
busq; eius imensis/repleti spiritu sancto ꝓdicauerũt.
Pulchritudinem quoq; eius/& speciem/ac mansue/
tudinem descripserunt: ita ut oĩbus his/ad amorem
eius integraliter inflãmarer. Sed qm sæculum iam pe/
ne finitum est: & ipsius qdem præsentia non datur
mihi: solos autem ministros eius uideo ascendentes/

& descendentes ad me: propter hoc/ q ad te patrem
sponsi mei ꝓcem fundo: & obsecro: ut tandem mise/
ratus amorem nostrum: mittas eum: ut iam non mi/
hi per ministros suos angelos/ dūtaxat & prophetas/
loquatur: sed ipse per semetipsum ueniat: & osculetur
me/ ab osculis oris sui: uerba scilicet in os meum sui
oris infundat. Ipsum audiam loquentem: ipsum ui/
deam docētem. Hæc enim sunt xp̄i oscula: quæ por/
rexit ecclesiæ: cum in aduentu suo ipse xp̄s in carne
positus: euangelizauit ei uerba fidei/ & charitatis/ &
pacis: sm q Hesaias promiserat: & ꝓmissus ad spon/
sam dixerat: nō legatus/ neq; angelus: sed ipse domi/
nus saluabit nos. Tertio uero expositionis loco/ in/
troducamus aīam: cuius omne studium sit coniun/
gi/ & sociari uerbo dei: & ītra mysteria sapiētiæ eius/
ac scientiæ eius/ uelut sponsi coelestis thalamos ītra/
re: cuiq; aīæ ꝓsentia eius etiam munera data sunt: do/
tis scilicet noīe. Sicut enim ecclesiæ dos fuit legis/ &
prophetaꝝ uolumina: ita huic/ lex naturæ/ & natura/
lis sensus/ ac libertas arbitrii/ dotalia munera deputē/
tur: hīs autem hæc dotis suæ munera: sit ei primo
eruditionis doctrina a monitoribus/ doctoribusq;
descendens. Sed qm̄ in his/ non est ei plena/ atq; per/
fecta desyderii sui/ & amoris expletio: depræcetur/ ut
mens eius pura/ & uirginalis ipsius uerbi dei illumi/
nationibus/ & uisitationibus illustretur. Cum enim
nullo hois/ uel angeli ministerio diuinis sensibus/ &
intellectibus mens impletur: tunc ipsius oscula uer/
bi dei suscipere sese credat. Propter hæc ergo/ & hu/
iusmodi oscula/ dicat aīa orans ad deum: Osculetur
me/ ab osculo oris sui: Dum enim inde capax fuerit:
ut ipsius uerbi dei caperet ueram/ solidamq; doctri/
nam: necessaria suscæpit oscula: idest sensus ab ore do
ctorum. Vbi uero sponte iam cœperit obscura cerne/
re: enodare perplexa: inuoluta dissoluere: parabolas/
& ænigmata/ dictaq; sapientum/ competentibus in/
telligētiæ lineis explicare: tunc iam oscula ipsius spō
si sui: idest uerbi suscæpisse se credat. Ideo autem os/
cula pluraliter posuit: ut intelligamus uniuscuiusq;
obscuri sensus illuminationē: osculum esse uerbi dei/
ad aīam perfectam delatum: & sm hoc forte dicebat
prophetica & ꝑfecta mens. Os meum aperui: & at/
traxi spiritum. Os autem sponsi intelligamus uirtu/
tem dici: qua illuminet mentē: & uelut sermōe quo/
dam amoris/ ad eam facto (si tn̄ capere mereatur tan/
tæ uirtutis præsentiam) incognita quæq;/ & obscu/
ra manifestat: & hoc est uerius/ ꝓpriusq;/ & sanctius
osculum: quod a sponso dei uerbo porrigi dr̄ spon/
sæ puræ/ scilicet aīæ/ & perfectæ. Cuius rei imago/ est
illud osculum: quod in ecclesia sub tp̄e mysterioꝝ/
nobis inuicem damus. Quoties ergo in corde no/
stro/ aliqd quod de diuinis dogmatibus/ sensibusq;
quæritur: absq; monitoribus iuenіemus: toties oscu
la nobis data esse/ a sponso uerbo dei credamus. Vbi
uero credētes/ aliqd de diuinis sensibus inuenire nō
possumus: tūc affectu huius orationis assumpto/ pe
tamus a deo uisitationē uerbi eius: & dicamus. Os/
culetur me/ ab osculo oris sui. Scit aūt pater uniuscu/
iusq; aīæ capacitatem: & nouit quo tp̄e cui aīæ: quæ
oscula uerbi sui porrigere in intellectibus dūtaxat/ &
sensibus debeat. Quia bona sunt ubera tua super ui/
num: & odor unguentoꝝ tuoꝝ/ super oīa aromata.
Intellige prius/ quasi in historiæ dramate/ sponsam
eleuatis ad deū manibus/ oꝛonem fudisse ad ꝑrem:
& orasse: ut iam ueniret ad eam sponsus: & ipse ei os/
culum ꝓprii oris infunderet. Dumq; hæc oraret ad
ꝑrem: in ipsa oꝛone qua dixit. Osculeť me/ ab osculo
oris sui: parans ēt alia oꝛonis uerba subiungere/ ac di
cere: qa in hoc principio sermonis affuisset spōsus: &
oranti ei astitisset: ac reuelasset ubera sua: ipsumq; spō
sum unguētis mirificis: & qbus fragrare spōsum de/
cebat: cōstituisset delibutū. Spōsa uero ubi adesse ui/
dit eum/ pro quo orabat ut adesset: & adhuc loquen
ti sibi ꝓstitum qd̕ orabat: ac data sibi ab ipso oscula
quæ poposcerat: læta pro hoc reddita: & decore ube
rum ac fragrātiæ ipsius odore permota: propositæ
oꝛonis sermonem conuertit ad ꝓsentiam sponsi qui
aderat: & cū dixisset. Osculeť me/ ab osculo oris sui:
subiungit post hæc ad ꝓsentem iam spōsum dicens.
Bona ubera tua sup uinum: & odor unguētoꝝ tuo/
rum. Hæc iterim sm historicam itelligētiam quam/
dramatis in modum/ ꝓdiximus textam. Nunc uero
qd intellectus iterior habeat: reqramus. Diuersis uo/
cabulis/ principale cordis appellari in scripturis diui/
nis iuenimus: quæ uocabula pro causis/ ac rebus de
qbus agitur/ aptari solent. Interdum enim cor dr̄: ut
beati mūdo corde: & corde creditur ad iustitiam. Si ue
ro cōuiuii tp̄s sit: pro specie/ & ordine discūbētium/
uel sinus/ uel pectus appellať. Sicut Ioānes in euan/
gelio refert de quodam discipulo quem amabat Ie/
sus: q in sinu eius/ uel supra pectus eius recumberet.
Ille ꝓfecto/ cui innuens Simon Petrus dicebat. Inter/
roga qs est hic: de quo dicit. Post hæc uero recūbens
sup pectus Iesus: dicit ei. Dn̄e qs es? In iis enī certum
est: q Ioannes in principali cordis Iesu: atq; in ternis
doctrinæ eius sensibus/ requeuisse dicatur: ibi reqrens
& perscrutans thesauros sapiæ/ & scientiæ: qui recō/
diti erāt in xp̄o Iesu. Sed q sinus xp̄i in loco dogma/
tum sanctoꝝ accipiatur: puto indecens nō uideri. Di
uersis ergo modis (ut dicere cœperamus) principa/
le cordis in scripturis sanctis designať: sicut & in Le/
uitico nihilominus ubi de sacrificiis/ pectusculū sepa
rationis/ & brachium sacerdotibus sequestratur: &
in hoc sequestratum/ ac separatum pectusculum/ &
brachium: præcellens cæteros hoies principale cor/
dis/ & opeꝝ decus/ uult esse in sacerdotibus. De quo
plenius in libro Leuitico (prout dn̄s dare dignatus
est) exposuimus. Secūdum hæc ergo/ ēt in præsenti
loco/ qn̄qdem amatoꝝ uidetur drama qd̕ agitur: in
uberibus/ principale cordis itelligimus: ut tale uidea/
tur esse/ quod dr̄. Cor tuum o sponsa/ & mens/ idest
dogmata quæ intra te sunt: uel doctrinæ grā superat
omne uinum: quod cor hois lætificare solet. Sicut
enim in his de quibus dicit: quia deum uidebūt: cor

competenter

competenter dictum esse uidebitur:& inter discumbentes/sinus/ac pectus ponitur pro habitu sine dubio discūbētium/formaq; cōuiuii:& rursus ut apud sacerdotes/pectusculum/& brachium mysticis designatur eloquiis. Ita ēt arbitror in psnti loco/ubi amātium habitus/& colloqa describūtur: gratissime hoc ipsm principale cordis in uberibus appellatum. Bona ergo sunt ubera sponsi: qñqdem thesauri sunt in eis sapiæ/& sciētiæ recōditi. Vbera aūt hæc/uino cōparat sponsa:sed ita cōparat:ut pferat. Vinum aūt/illa intelligēda sūt dogmata/& doctrinæ quæ p legem/& pphetas/ante aduētum sponsi/sumere sponsa cōsueuerat. Sed nunc cōsyderans hanc doctrinā quæ ex uberibus pfluit sponsi:miraē/& stupet:uidēs eam longe pstantiorem q̄ illam ex quā ante aduentū spōsi læ tificata fuerat:tāq̄ ex uino spiritali:qd̄ ministrabant sancti patres/& pphetæ:q etiam huius generis plātauerūt uineas:ut Noe primus/& Hesaias in cornu in loco uberi:& coluerūt eas. Vidēs nūc multam esse eminētiam dogmatum/& sciæ apud spōsum/& longe ex eo pfectiorem:q̄ fuit apud antiquos emanare doctrinā:dicit. Bona sūt ubera tua/sup uinum:sup illam sc licet doctrinā qua lætificabat ab antiqs. De hoc enim antiquoꝝ uino/intelligēdus est ecclesiastes dicere:ubi ait. Ego dixi in corde meo:ueni/& tētabo te in lætitia:& uidebo in bono. Et iterū de eisdem uineis loqns idem Ecclesiastes:dicit. Magnificaui mihi opus meum:ædificaui mihi domos:plātaui mihi uineas:feci mihi hortos/& paradisos:& reliqua. Sūt aūt huius uineæ mysticæ ēt ministri qdam:q uini fusores appellanē. Sic.n.idem dicit:Et fecit mihi cātores/& cātatrices in lætitia filioꝝ hoīum:uini fusores/& uini fusitrices. Vide ergo si possimus/cum in cæteris:tum ēt in hoc/intelligere saluatorem ueteri uino/nouella uberꝝ suoꝝ fluenta miscētem:cum Maria/& Ioseph q̄rentes inuenerūt eum in templo sedētem/in medio doctoꝝ:& audiētem/atq; interrogātem eos:qū mirabantur hoīes/super ꝛñsis eius. Sed & ibi fortassis species formæ huius expletur:ubi ascendens in mōtem docebat populos:& dicebat. Dictum est antiqs:non occides:ego aūt dico uobis:Ois qui irascitē fratri suo:sine causa/reus erit. Et dcīi est antiqs. Non adulterabis:ego aūt dico uobis. Ois q uiderit mulierem ad cōcupiscēdum eam:iam mœchatus est eam in corde suo. Inq̄tum ergo doctrina hæc eius pcellit illam antiquam:intantum spōsa intelligit/& pnūciat bona esse ubera eius. sup uinum. Sed & cp uorax dr filius hoīs:& bibēs:& dicūt. Ecce hō uorax:& uinū bibens. Ad hoc nihilominus respicit:tale & illud uinum fuisse in cana galileæ:qd̄ bibebatur in cōuiuio nuptiali:quo deficiēte:fecit & aliud uinum:cui testimoniū reddidit Architriclinus:cp sit ualde bonum:& eo uino qd̄ expensum fuit:multo pstantius/cum dicit. Ois hō/primo bonum uinum ponit: & cum inebriati fuerint:id qd̄ deterius est:tu aūt seruasti uinum bonum usq; nūc. Sed & Salomonē q pro accepta dei sapia/in admiratiōe fuit reginæ Sabæ:quæ uenerat tentare eum in quæstionibus: in qbus eum eadem regina sentitē/& miretur:audi scripturam referentem. Et uidit(inquit)regina Saba oēm sapiam Salomonis:& domū quam ædificauit:& appatum cōuiuii eius:& sedem puerorꝝ eius: & ordinē ministroꝝ eius:& uestes eius:& uini fusores eius: & holocausta eius:quæ offerebat in domo dei:& stupefacta est:& reliqua. In his ergo aduerte:qūo hæc quæ uenit a finibus terræ/audire sapiam Salomonis:inter cætera/miraē & cibos conuiuii eius:uel uini fusores eius:sup his dr̄ obstupuisse. Nescio aūt si ita ineptam putemus fuisse reginam:quæ ob hoc uenerat a finibus terræ ut audiret sapiam Salomonis:ut mireē cibos corporales:& uinum istud cōe:ac pincernas uini in ministerio regis. Quid.n.in his/admiratione dignum uideaē: quæ cōia pene oībus sunt hoībus? Sed mihi uideē:miratam esse cibos doctrinæ eius/& uinum dogmatum:quæ ab eo p diuinam sapiam pdicabanē. Hoc erat uinum/& illud qd̄ p Hieremiam referē de filiis Ionadab/filii Recab:q eo tpe quo peccata populi inualuerāt:& pro iniqtatibus plæbis/captiuitas iminebat:conuocati sunt/ut biberēt uinum:& dixerūt:qa mādauerat eis pr̄ suus Ionadab:ne biberēt uinum ipsi/& filii sui in sæculum:neq; domos ædificarēt:neq; seminarēt semen:neq; plantarent uineas:sed in tabernaculis habitarēt oībus diebus uitæ suæ:& amplectiē eos deus/eo cp custodierint præceptum pr̄is sui:& noluerint bibere uinum:pro peccatis enim tūc populi/& iniqtatibus eorum erat uinea eorꝝ ex uinea sodomoꝝ:& palmites eoꝝ ex Gomorra:uua eorum uua fellis:& botrus amaritudinis:uenenum aspidum/& furor draconū/erat uinum eoꝝ. Propter hoc ergo laudabiles habētur filii Ionadab:qui tale uinum/uenenata scilicet dogmata/& aliena a fide dei/bibere/& suscipere recusarunt. Propter hoc ergo fortassis percussit uineas ægyptiorum:sicut in psalmo scriptum est: ne talem facerent uinum. Igitur sicut intelleximus uini differentias: easq; pro diuersitate dogmatum/cōstare perspeximus: quod ait hic sponsa:quia bona sunt ubera tua/super uinum:sup uinum utiq; intelligamus bonum/non malum. Bonis enim/nō malis comparata dogmatibus/spōsi dogmata præferuntur. Bonum enim uinum gustauerat prius in lege/& pphetis: ex quo uelut pmeditata erat sponsa lætitiam cordis accipere/ac pparare:ut capere posset etiam illam/quæ affutura erat per ubera ipsius sponsi:excellentiorem cunctis cernens eorum doctrinam: & ideo dicit. Bona sunt ubera tua/super uinum: & uide si adhuc formæ huic/aptare possimus illam euangelii parabolam:quæ dicit. Simile est regnum cœlorum/thesauro abscondito in agro:quem qui inuenerit:abscondit:& præ gaudio eius uadit/& uendit omnia quæ habet: & emit agrum illum. Est ergo thesaurus is/nō in deserto aliquo loco:neq; in syluis: sed in agro absconditus. Et possibile utiq; est/agrum illum hre etiā uineas: quæ afferant uinum: habere etiam thesauꝝ/pp ter quem

diſtractis oĩbus/emit agrum illum/is qui inuenerat
ibi theſaurꝫ. Poteſt ergo dicere ille q emit agrum: qa
bonus eſt theſaurus q eſt in agro/magis q̃ uinum qđ
eſt in eo. Ita ergo & bonus eſt ſpõſus/atq; ubera ſpon
ſi: quæ uelut theſaurus abſcõditus eſt in lege/& pro/
phetis: magis q̃ uinum qđ eſt in eis: illa ſcilicet doctri
na quæ palam eſt: & lætificat audientes. Bona ergo
ſunt ubera ſponſi. Theſauri enim ſunt ſapiæ/& ſciæ/
in eo abſcõditi: q cum apti/& reuelati fuerint oculis
ſponſæ: multo præſtãtiores ei uidebũtur q̃ fuit prius
iſtud uinum legis/& doctrina ꝓphetica. Sed & ſi ter
tiam expoſitionem/de aĩa pfecta/& uerbo dei ſentire
debeamus: poſſumus dicere: qa qs donec paruulus
eſt: & nõdum ſemetipſm ex integro obtulit deo: bibit
uinum qđ affert ager ille qui habet ĩtra ſe ẽt theſaurꝫ
abſcõditum: & bibẽs lætificatur ex uino. Cum autẽ
obtulerit/& deuouerit ſemetipſm deo: ac uaſarius fue/
rit effectus: atq; iueneri theſaurꝫ abſconditum: & ad
ipſa ubera/fonteſq; puenerit uerbi dei/uinum & ſi/
ceram/iam nõ bibet: dicẽs ad ipſm dei uerbum/de his
theſauris q in ipſo ſciæ & ſapiæ reconditi ſunt: qa bo/
na ſunt ubera tua ſup uinũ. Sunt aũt unguẽta q̃dam
ſponſi: quorꝫ fragrãtia delectata eſt ſponſa: & dicit.
Odor unguẽtorum tuorꝫ/ſup oĩa aromata. Aroma/
ta ſpẽs ſunt pigmẽtorꝫ. Sponſa aũt habuit quẽdam
uſum/& notitiam aromatũ: hoc eſt uerborꝫ legis/&
ꝓphetarꝫ: qbus ante aduẽtum ſponſi mediocriter li/
cet: inſtrui tñ uidebatur/& exerceri ad cultũ dei: utpo
te paruula adhuc & ſub curatoribus/& auctoribus
agẽs/& pædagogis: lex enim pædagogus nr̃ fuit ad
Chriſtum. Hæc aũt oĩa aromata fuerant/in qbus enu
triri uiſa eſt: & ſponſo ſuo præpari. Sed ubi uenit ple
nitudo temporꝫ: & adoleuit: atq; unigenitũ ſuum pa
ter ſpũ ſancto unctum/miſit in hũc mũdum: odora/
ta ſponſa diuini unguẽti fragrãtiam: ſentienſq;/ꝙ il/
la oĩa aromata qbus prius uiſa uidebaẽ: longe infe/
riora ſunt ad cõpationem ſuauitatis noui huius/&
cœleſtis unguẽti: ait. Odor unguẽtorꝫ tuorꝫ ſup oĩa
aromata. Et qm̃ Chriſtus idem ſponſus/atq; idem
pontifex dr̃: pontifex qdem ſm̃ hoc/ꝙ mediator eſt
dei/& hoĩum/oĩſq; creaturæ: pro qua/& ꝓpitiatio fa
ctus eſt: ſemetipſm offerẽdo hoſtiam pro peccato mũ
di. Sponſus uero ſm̃ hoc/ꝙ eccleſiæ iungitur/nõ ha
bentẽ maculam/aut rugam/aut aliqd horꝫ: cõſydera
ne forte unguentum illud pontificale qđ in Exodo
componi iubetur arte pigmẽtarii: iſtius unguẽti qđ
nunc odorata ſponſa miratur: teneat rõnem. Et ui/
dens/ꝙ illa qdem aromata qbus cõpoſitum unguẽ
tum uidebatur: quo Aaron unctus eſt: qm̃ erat terre/
na/& materiæ corporalis: hoc aũt unguentum quo
nunc unctum uidit ſponſum: ſpiritale eſt/& cœleſte.
Iccirco dicat: quia odor unguẽtorꝫ tuorum ſup oĩa
aromata. Videamus ergo/quõ cõpoſitum ſit illud
unguẽtum. Et locutus eſt dñs (inquit) ad Moyſem
dicẽs. Accipe tibi florem myrrhæ electæ qngẽtos ſi/
clos: & cynnamomum ſuaue/ducẽtos qnquaginta
ſiclos: calamũ ſuauem/ducẽtos qnquaginta ſiclos:

ſm̃ ſiclum ſanctũ: & oleum ex oliuis/& facies illud
oleum chriſmatis ſancti unguenti/arte pigmentarii.
Hæc aũt in lege qdem referri audierat ſponſa: ſed rõ/
nem eorꝫ: ueritatẽq; nũc pſpicit. Vide ergo ꝙ iſte q̃t/
tuor ſpẽs unguẽti iſtius: formã tenebant incarnatio/
nis uerbi dei: qđ ex quattuor elemẽtis cõpaginatum
corpus aſſumpſit: in quo corpe/myrrha illa mortis
eius/quã ſiue ut pontifex pro populo: ſiue ut ſpõſus
pro ſponſa ſuſcepit: ſeruat indicia. Quod uero non
ſimpliciter myrrha/ſed flos myrrhæ/& myrrhæ ele/
ctæ ſcriptum eſt: nõ ſolum mortẽ eius: ſed & primo/
genitum eum futurorꝫ ex mortuis idicabat: atq; eos
qui cõplantati fuiſſent ſimilitudini mortis eius: non
ſolum uocatos: ſed electos futuros. Cynnamomum
uero ĩmaculatum dr̃: ꝑp eccleſiaꝫ ſine dubio: quam
purificauit lauacro aquæ: & ĩmaculatam fecit: nõ ha
bẽtem maculã/aut rugam: aut aliqd huiuſmodi: ſed
& calamus aſſumitur: qa lingua eius/etiam eſt cala/
mus ſcribæ520 ueloci ter ſcribẽtis: doctrinæ grãm/pig/
mẽtis deſignãs ſuauitatis. In eis quoq; ſpẽs adhibet
callidiſſimas: ut referatur ad ardentiſſima: in qua uel
ſpiritus ſancti feruore: uel futuri p ignem iudicii oſtẽ/
ditur forma. His uero qngentorꝫ: ſiue ducentorum
qnquaginta: qnq; ſenſuũ in eo myſterium tenet/cen
tuplicíter pfectorꝫ: ut remiſſionem peccatorꝫ p eum
datam ſignificet: qnquagenarius enim Iubilæus in
his eſt qntuplicíter poſitus. Sed hæc oĩa oleo puro
colligũtur: p qđ oſtenditur uel miſericordiæ: uel ſa/
lutis cã fuiſſe: ꝙ is q erat in forma dei: formã ſerui ſu/
ſceperit: uel et quæ ex materiali ſubſtantia in Chriſto
fuerant aſſumpta: p ſpiritum ſcm̃ redacta in unũ fuiſ/
ſe: atq; in unam ſpẽm: quæ eſt pſona mediatoris effe/
cta. Illud ergo oleum materiale nullo genere/oleum
lætitiæ appellari potuit. Iſtud autẽ oleum: ideſt ſpũs
ſci unguẽtum: quo unctus eſt Chriſtus: & cuius nũc
odorem ſpõſa pſpiciens admirata eſt: oleum lætitiæ
qa ſpũs gaudium eſt: merito appellaẽ: quo unxit eũ
deus q dilexit iuſtitiam: & odio habuit iniqtatẽ. Pro/
pterea enim dr̃. Vnxit eum dñs deus ſuus oleo læti/
tiæ/præ participibus ſuis. Et ideo odor unguentorꝫ
eius/eſt ſup oĩa aromata. Simili aũt expoſitione uti/
mur/ẽt ſi ad unã quamq; aĩam in amore/& deſyde/
rio uerbi dei poſitam trãſferaẽ hic ſermo: cui fuerint
oẽs doctrinæ p ordinem decurſæ: in qbus añ agni/
tionem uerbi dei exercitata uideẽ/& erudita: ſiue ex
moralibus deſcendentes ſiue ex naturalibus ſcholis.
Erant.n. ei oĩa iſta aromata/q̃dam ꝓ eo ꝙ in his inſti
tutio ꝓbabilis: & morꝫ cõqueriẽ emẽdatio: & depꝛe/
hendiẽ in his uanitas ſæculi: & caducarꝫ rerꝫ reſpiciũ
tur falſa miracula. Erãt ergo ei hæc oĩa uelut aromata
& odoramẽta q̃dam aĩæ pigmenta: ſed ubi ad agni/
tionem diuinorꝫ myſteriorꝫ: & diuinorꝫ dogmatũ
ſciam uẽtum eſt: ubi & ianuas ſapiæ ipſius/& nõ ſa/
pientiæ huius mũdi: neq; principium huius mũdi: q
deſtruuntẽ acceſſum eſt: ſed ad ipſam dei ſapiam quæ
inter pfectos diſſeriẽ: & ubi myſterium qđ prioribus
generationibus nõ fuit notũ: filiis hoĩum reuelatum
eſt: ubi

est:ubi(inq̃)aĩa ad tanti cognitionem ascendit arca/
ni:merito dicit:odor unguentoꝝ tuoꝝ/spiritalis sci/
licet intelligentia/& mystica:super oĩa aromata mo/
ralis/naturalisq; philosophiæ. Nõ autem lateat nos:
ꝙ in qbusdam exemplaribus/pro eo ꝙ legimus: qa
bona sunt ubera tua/sup uinũ:inuenimus scriptum:
quia bonæ sunt loq̃lae tuæ super uinum:ꝙ q̃uis ui/
deantur significasse euidentius ea ipsa: quæ a nobis
spiritali interp̃tatione diserta sunt:tñ nos.lxx.interp̃/
tum scripta/per oĩa custodimus:certi ꝙ spũs sanctus
mysterioꝝ formas obtectas inesse uoluit in scriptu/
ris diuinis:& nõ palam/atq; in ꝑpatulo haberi. Vn/
guentum exinanitum/nomen tuum:ꝑpterea adole
scentulæ dilexerunt te:ac traxerunt te post se:in odo/
re unguentoꝝ tuoꝝ curremus:historica qdem expo
sitio/eadem quæ in sup̃ioribus ꝑcurrit ẽt in præsen/
ti loco:donec fiat aliqua mutatio personaꝝ:itaq; or/
do dramatis:qui a nobis in hac expositiõe receptus
est:poscit. Potest sane in prophetia q̃dam uideri ex p̃/
sona sponsæ ꝑlata de Christo:ꝙ futuram esset in ad/
uentu dñi/& saluatoris nostri:ut nomen eius ita per
orbem terræ:& per uniuersum mundum diffunde/
retur:ut fieret odor suauitatis in omni loco: sicut &
Apostolus dixit. Quia christi bonus odor sumus in
omni loco. Aliis qdem odor ex morte/in mortem:
aliis autem odor de uita/ad uitã. Si enim oĩbus fuis/
set odor uitæ/in uitã:dixisset q; utiq; & hic:oẽs dile
xerunt te:& traxerũt te. Sed nũc ait:ubi nomẽ tuum/
est factum exinanitum:dilexerunt te:nõ illæ uetulæ/
ac ueterem hoĩem indutæ aĩæ:neq; rugas hñtes/neq;
maculas:sed adolescẽtulæ in augmento scilicet æta/
tis & pulchritudinis positæ aĩæ:quæ semp̃ inouan
tur: & de die/in diem renouantur: nouum se ho/
minem induẽtes:qui sm deum creatus est. Propter
istas ergo adolescẽtulas/& in augmentis uitæ/& ꝑ/
fectibus positas:exinaniuit se ille q erat in forma dei:
ut fieret unguẽtum exinanitum nomen eius:ut non
iam inaccessam lucem tñmodo habitaret: & in for/
ma dei permaneret:sed uerbum/caro fieret:quo pos/
sent istæ adolescentulæ: & in augmentis ꝑfectuum
positæ aĩæ nõ solum diligere:sed & trahere eum ad
se. Trahit eñi unaquæq; aĩa/& assumit ad se uerbum
dei:pro capacitatis/& fidei suæ mẽsura. Cum autem
traxerint ad se aĩæ uerbum dei: & sensibus suis/atq;
intellectibus inseruerint:& dulcedinis eius: & odo/
ris senserint suauitatem:ubi unguentoꝝ eius fragrã/
tiam coeperint inuenire:dũtaxat aduentus eius/& re/
dẽptionis/ac passionis causas/charitatemq; agnoue/
rint:qua pro salute oĩum/usq; ad mortem crucis/i/
mortalis accessit:& his oĩbus uelut diuini cuiusdam:
& ineffabilis unguenti odoribus inuitatæ adolescẽ/
tulæ: idest aĩæ plenæ uigoris atq; alacritatis effectæ
currunt post ipsum:atq; ad odorem suauitatis eius/
non leui gradu/nec tardis passibus:sed rapido cursu/
& tota ꝑperatione festinant:quemadmodum & ille
qui dicebat: sic curro:ut cõp̃hendam. Veꝝ ꝙ ait.
Vnguentum exinanitum nomẽ tuum:ꝑpterea ado/
lescentulæ dilexerũt te:& traxerunt te post se:in odo/
rem unguentoꝝ tuoꝝ curremus:trahunt ad se Chri
stum adolescentulæ:siqdem de ecclesiis intelligatur:
quæ una qdem est: cum p̃fecta est:multæ uero sunt
adolescentulæ:cum adhuc instruuntur/& ꝑficiunt.
Istæ ergo trahunt ad se Christum per fidem:qa chri/
stus ubi uiderit duos/uel tres in fide noĩs sui:uadit il
luc:& est in medio eoꝝ/in fide tractus:& unanimi/
tate ꝑuocatus. Si uero tertia expositione de aĩa/uer/
bum dei sequente intelligi hæc oportet:quæcũq; aĩa
fuerit erudita/primo in moralibus:secundo ẽt in na
turalibus exercitata:per illa oĩa quæ in his disciplinis
edoceri supra oñdimus:ipsa moꝝ emendatio & eru
ditio reꝝ:ac probitas disciplinæ/trahit ad se uerbum
dei:& libens trahiť:gratissime enim ad eruditas aĩas
uenit:& trahi se ab his indulgẽter accipit: benigneq;
cõcedit. Reg̃ro sane si solum nomen eius:qa unguẽ
tum factum est exinanitum/tñ operis egerit:& ita su
scitauerit adolescentulas:ut primo traherent eum ad
se: & hñtes eum apud se: caperent unguentoꝝ eius
odorem:& statim recurrent post eum: si hæc(inq̃)
oĩa/solo noĩe eius/effecta sunt:quid putas faciet ipsa
eius substantia? Quid ex illa adolescentulæ istæ/uir/
tutis/quid uigoris excipient? si quo pacto/potuerint
aliqñ ad ipsam eius incomꝓhensibilem/atq; ineffabi
lem substãtiam peruenire? Ego puto ꝙ si in hoc ali/
qñ peruenerint:iam non ambulant/neq; currũt: sed
uinculis quibusdam charitatis eius astrictæ/adhæ/
reant ei:ne ultra mobilitatis alicuius/ullus in eis resi/
deat locus:sed sint cum eo unus spiritus:& complea
tur in illis:hoc qd' scriptum est. Sicut tu pater in me:
& ego in te/unum sumus:ita & isti/in nobis/unum
sint. Sed nunc interim(ut uidetur)sponsa/cõsocia/
tis sibi adolescentulis multis:quaꝝ in posterioribus
non est numerus:quæ dicitur ab uno solo sensu/&
odoratu tñmõ capta currere se in odorẽ unguẽtoꝝ
sponsi cõmemorat:siue ꝙ ipsa cursu idigeat ad hoc:
& ꝑfectu:siue ꝙ ipsa qdem p̃fecta sit. Pro his autem
adolescentulis:quæ adhuc cursu & ꝑfectibus indi/
gent: ẽt ipsa se currere fateť:sicut & ille q cũ ipse sub
lege nõ esset:fit tñ sub lege:ut eos q sub lege sunt:lu/
crifaciat:& iteꝝ cum in lege sit christi:his tñ q sine le/
ge sunt:fit & ip̃e sine lege:ut eos q sub lege sũt saluet.
Et hoc fit(ut diximus)solo adhuc odoratu eius ac/
cepto. Quid putas ageret:cũ & auditum eaꝝ/& ui/
sum/& tactũ/gustumq; occupauerit uerbũ dei:& sin
gulis qbusq; sensibus/uirtutes ex se cõpetẽtes/natu/
ræ eaꝝ/capacitatiq; ꝓbuerit:ita ut oculus si uidere po
tuerit gloriã eius:gloriã tãq̃ unigeniti a p̃re: aliud ul
tra uidere iã nollet:neq; auditus aliud/q̃ uerbũ uitæ/
& salutis audire. Sed & cuius manus palpauerit de
uerbo uitæ:nihil ultra materiale:nihil fragile/cadu/
cũq; palpabit: nec gustus cũ gustauerit bonũ uerbũ
dei:carnẽq; ei'/& panẽ q de coelo descẽdit:aliud qd
post hoc gustare patieť. Præ dulcedie nãq; ipsius/&
suauitate/oĩs reliquus ei sapor asper uidebiť/& ama/
rus: & ideo hoc solo uescet. Oẽm nãq; suauitatem

q̄cúq; cupierit in hoc iueniet: ad oia nāq; aptū se reddidit: & habilē. Deniq; his q ex corruptibili semie generant: rōnabile/ & sine dolo efficit lac. his uero q infirmant in aliquo: oleū se pbet ad hospitalitatis amicitiā & gr̄a. Is uero q pro possibilitate sumēdi/ & exercitatos hn̄t sensus: ac discretionē boni & mali: cibū se solidū praebet. Si qui uero sunt: q exierint de aegypto: & secuti colūnam ignis/ & nubis/ in heremū uenerint: de coelo ad illos descēdit: minutū/ & subtilem eis praebēs cibum: angelico similē: ita ut panem angelorum manducet hō: habet & alias multas in semetipso/ atq; inumeras ciborum differētias: quas iterim: pelle q̄s & carne/ ossibusq; indutus & neruis: cape non potest. Qui aūt dignus fuerit redire: & esse cū christo: quiq; in paruo fidelis inuētus: constituet sup multa: ille gustabit: & capiet uoluptatem dn̄i: pductus ad locum q pro huiusmodi ciborum copiis/ & uarietatibus delitiarum/ noiatur locus. Propter quod/ & in aeden positus dr̄: qd' delitias indicat. Ibi enim dicetur ad eum delitiare in dn̄o. Delitiabit aūt nunc nō in uno solo edendi/ gustādiq; sensu: sed & auditu delitiabit/ & uisu/ & tactu/ odoratuq; delitiabitur: in odorem nāq; unguenti eius curret. Et ita oibus sensibus suis delitiabit in uerbo dei: is q ad summam pfectionis/ ac beatitudinis uenerit. Vn̄ & in his positi locis/ deposcimur auditores horum: ut mortificēt carnales sensus: ne qd ex his quae dicūtur: sm̄ corporis motus excipiāt: sed illos diuiniores iterioris hois ad haec cupiēda sensus exhibeāt: sicut Salomon edocet nos/ dicens. Sensum aūt diuinum iuenies. Et ut Paulus quoq; ad hebraeos scribit de pfectis (ut supra memorauimus) q exercitatos habent sensus/ ad discretionem boni/ uel mali: ostendens esse in hoiem/ praeter hos corporeos sensus: q̄noq; alios nihilominus qui per exercitia queuntur: & exercitati dicunt: cum scilicet intelligētiam rerum/ acumine acriore/ discutiunt. Non enim pfunctorie/ & ut libet: audiēdum est qd' Apostolus de pfectis dicit: quia exercitatos hn̄t sensus/ ad discretionem boni/ uel mali. Quod ut clarius elucescat: sumamus (si uidetur) exemplum ab his corporalibus sensibus: & ita demū/ statim ad illos diuinos: quos scriptura noiat sensus interioris hois ueniemus. Si ergo corporeus oculus exercitium uisus habeat: nullo impediente obstaculo: integre/ & absq; ulla falsitate: uel colores corporum/ uel magnitudines: qualitatesq; deprahendet. Nam si aut caligine/ aut alia qualibet infirmitate/ impediatur aspectus: & rubeum pro albo: & uiridem pro nigro: aut rectum putat esse aliquid: cum curuum sit/ & tortuosum: conturbabitur sine dubio iudicium mentis: & aliud pro alio agetur. Ita ergo/ & interior uisus/ nisi eruditione/ & industria fuerit exercitatus: quo per multā peritiam discretionem boni habeat/ ac mali: sed ignorātia: & imperitia/ tanq̄ caligo oculis inciderit: aut etiam malitiae alicuius languore: tanq̄ lippis occulis accesserit: discrimen boni/ aut mali intueri nullatenus possit. Et inde fiet: ut mala pro bonis agat: bona uero pro malis spnat.

Secundum hanc uero formam quā de uisu corporis/ aiaeq; tractauimus: cōsequenter etiam de auditu/ & gustu: & odoratu: tactuq;/ per singulas quasq; sui generis uirtutes sensuum corporalium/ referēs ad animae sensus: quae in singulis adhibere debeat exercitia: quaeq; uel emendatio parari/ dilucere recognoscens. Haec aūt paulo latiori excessu prosecuti sumus/ ostendere uolentes odoratum spōsae/ adolescentularum/ quo odoratae sunt odorem unguētorum sponsi: non corporis sensus: sed diuini odoris illius/ & interioris qui appellatur hois/ dici. Hic ergo odorationis sensus: in quo sanus est/ & integer/ odore christi accepto/ ex uita adducit ad uitā. Si uero nō sit sanus: hoc odore suscepto/ de morte/ in mortē deiicit: sm̄ illum qui dicebat: qm̄ christi bonus odor sumus: aliis quidem de uita/ in uitā: aliis aūt odor de morte/ in mortem. Deniq; & hi quibus intellectus herbarum est: pigmentorūq; peritia: fuerūt quaedam esse pigmenta: quorum si odorem coeperint nōnulla aialia/ continuo intereūt: alia uero eodem odore recreant: uitāq; recipiunt. Et nūc ergo in his ipsis expositionibus/ & sermonibus quos habemus in manibus: uidet aliis eē uita/ ex uita: aliis uero mors/ ex morte. Nam si haec exponi ita audiat animalis: qui dicitur homo: q non potest percipere/ & intelligere quae sunt spūs dei: irridebit sine dubio: atq; inepta haec esse/ & inania/ pronūciabit: dicēs somnia potius: q̄ rerum causas/ & dogmata diuina tractari. His ergo odor hic cantici canticorum efficitur de morte/ in mortē: scilicet de morte infidelitatis/ in mortem iudicii/ & condēnationis. Sequētibus uero spiritalem sensum/ & subtilem: atq; itelligentibus maiorem inesse ueritatē in his: quae nō uident: q̄ in his quae uidētur: & ueriora haberi apud deum iuisibilia: & spiritalia/ magis q̄ uisibilia/ & corporalia/ amplectenda sine dubio huiusmodi intelligentia uidebitur: & sequenda. Agnoscunt enim/ tale esse itelligendae ueritatis iter/ quo puenitur ad deum. Sed siqdem alienus a fide sit is: qui haec stulta iudicat/ & ridenda: nihil mirum. Si uero aliqs ex his sit q uidētur credere: & scripturarum auctoritatem recipere: non tn̄ recipit expositionis huius spiritalis formam: sed irridet/ & derogat: tentemus ex aliis scripturarum locis instruere eum/ ac psuadere. Qui si forte poterit sic resipiscere: & talia quaedam dicamus ad eū: scriptum est: praeceptum dn̄i lucidum/ illuminans oculos. Dicat ergo nobis qui sunt oculi qui illuminantur luce praecepti. Et iterum. Qui habet aures audiendi: audiat. Quae sunt aures istae: quas q habuerit: ipse solus uerba Christi audire dicatur? Et iterum: qm̄ Christi bonus odor sumus deo. Et in aliis: gustate/ & uidete: qm̄ suauis est dn̄s. Et quod alius ait. Manus nostrae palpauerūt de uerbo uitae. Putasne in his oibus non mouebitur: ut aduertat haec uniuersa/ non de corporeis sensibus dicta: sed de his quos sm̄ interiorē hominē inesse unicuiq; docuimus: nisi si cōtentiōis/ & iactantiae uitio agitur: q eiusmodi est. Quibus uitiis/ quoniam & uisus ille iterior excaecatur: & odoratus:

occluditur:

occluditur: & obturatur auditus: merito nec uidere quæ spiritalia sũt: nec audire potest: sed nec odorem istum Christi capere: quo nunc recepto adolescentulæ istæ in quibus bene sanus / & uigens erat hic sensus. In odorem unguentorũ eius currunt post ipm: nec deficiunt currentes/aut laborant: quia suauitate odoris ipsius qui est de uita/in uitam: refectæ iugiter inualescũt. Potest adhuc & hoc modo accipi quod ait: unguentum exinanitum nomen tuum: propterea adolescentulæ dilexerũt te. Vnigenitus dei filius cum in forma dei esset: exinaniuit semetipsum: & formam serui accepit: exinaniuit autem de plenitudine/ sine dubio in qua erat. Illi ergo qui dicunt: quid de plenitudine eius nos oẽs accepimus: ipsi sunt adolescẽtulæ: quæ de ea plenitudine/ex qua se ille exinaniuit: & factum est unguentum exinanitum / nomen eius: pcipientes dicunt. Post te in odorem unguẽtorum tuorũ curremus. Nisi enim exinanisset unguentum: hoc est plenitudinem diuini spũs: & humiliasset se usq; ad formam serui: capere eum nullus in illa diuinitatis plenitudĩe potuisset: nisi sola fortassis spõsa: pro eo q uidet indicare: qa unguentum istud exinanitum non sibi: sed adolescentulis/dilectionis dederit cãm. Sic enim dicit. Vnguentũ exinanitum/nomen tuum: pp terea adolescentulæ dilexerunt te. Ac si diceret. Adolescentulæ qdem propterea dilexerũt te: qa exinanisti te. de forma dei: & factum est unguẽtum exinanitum/nomẽ tuum. Ego aũt dico nõ pro exinanito unguento: sed pro ipsa unguentorũ plenitudine/dilexit te. Hoc enim indicat in eo loco: ubi dicit. Odor unguentorũ tuorũ sup oĩa aromata. Quod uero ẽt ipsa cum adolescentulis/post ipsum se cursuram dicit: hanc aio esse cãm: q perfecti quiq;/omnia oĩbus fiant: ut oẽs lucrifaciant: sicut iam supra exposuimus. Introduxit me rex in cubiculum suum: & iucũdemur in te. Cum indicasset sponso suo sponsa: q adolescẽtulæ odore captæ/currerent post ipm: cum quibus ẽt ipsa cursura esset: ut eis formam pberet in oĩbus: nunc quasi laboris sui cõsecuta iam palmam: pro eo q currerit cum currẽtibus: introductam se dicit ab spõso rege in cubiculum eius: ut ibi uideret cũctas opes regias: In quo utiq; merito/iucundatur/ & exultat: utpote quæ secreta iam regis/ & arcana/ pspexerit. Hic est sm pposiťum dramatis ordinem/ quasi historicus intellectus. Sed qm cui res agitur: ecclesia est ad Christum ueniens: uel aĩa uerbo dei adhærẽs: quid aliud cubiculum Christi / & prõptuarium dei credendum est: in quo uel ecclesiam/uel aiam cohærentem sibi ĩtroducat: nisi ipse arcanus sensus eius/ & reconditus? de quo & Paulus dicebat. Nos aũt sensum Christi habemus: ut sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Hæc illa sunt: quæ oculus non uidit: nec auris audiuit: nec in cor hoĩs ascenderũt: quæ præparauit deus his q diligunt eum. Cum igitur Christus aiam/in intelligentiam sui sensus inducit: in cubiculum regis ĩtroducta dr: in quo sunt thesauri sapientiæ/ac scientiæ eius absconditi. Non mihi autem uacuum uidet: q cum potuisset dicere: Introduxit me sponsus meus: aut fraternus meus: aut aliqd hmõi: ut ei moris est. Nũc qa cubiculum dictura erat: regis dixerit cubiculũ: & nõ aliud nomẽ posuerit: in quo posset fortassis aliquis etiam mediocris intelligi. Sed propterea arbitror in his regem noiatum: ut ostenderetur p hoc nomẽ pdiues: cubiculum utpote regium/ & multis atq; imensis opibus repletum. Prope hũc oino mihi uidet fuisse: & ille qui dixit raptum se esse usq; ad tertium coelum: & inde in paradisum: & audisse uerba ineffabilia: quæ non licet homini loqui. Quid. n. putas esse illa uerba quæ audiuit? nõne a rege audiuit: & in cubiculo / & ppe cubiculũ positus audiuit. Et erãt/credo illa uerba talia qdam: quæ hortarentur eum ad maiorẽ pfectum / & pmitterent ei: q si pseueraret usq; in finem: & ipse posset intrare regis cubiculum: sm illud qd per pphetam quoq; pmittitur: Dabo tibi thesauros obscuros: occultos: iuisibiles. Aperiam tibi: ut cognoscas: qa ego sum dñs/deus tuus: q uocaui nomẽ tuum israel. Currũt ergo adolescẽtulæ post ipm/in odorẽ eius: una quæq; tñ pro uiribus: alia qdem uelocius: alia paulo tardius: alia ẽt inferius cæteris/ & ultimo: alia primo loco: uerũtñ currũt oẽs: sed una est pfecta: quæ cucurrit sic: ut perueniret: & sola acciperet palmam. Sola. n. est quæ dicit. Introduxit me rex in cubiculum suum: cũ prius nõ de sola: sed de pluribus dixisset: qa post te/in odorem unguẽtorũ tuorũ curremus. Introducit ergo in cubiculum regis: & efficit regina: & ipsa est / de qua dr. Regina astitit a dextris tuis / in uestitu deaurato: circũdata uarietatibus. De his aũt adolescẽtulis quæ post ipsam cucurrerãt: & pcul ab ea/in ipsis currẽdi spatiis/remãserant: dr. Adducẽtur regi uirgines post eã: pximæ eius adducẽtur tibi. Adducent in lætitia/ & exultatiõe: iducẽtur in tẽplum regis. Sed & illud etiã in hoc aduertere debemus: q sicut rex hẽt cubiculum quoddã: in qd reginam/siue spõsam suam ĩtroducit: ita hẽt & spõsa suum cubiculum: in qd monetur p uerbum dei ĩgressa/claudere ostiũ: & ita cõclusis illis oĩbus diuitiis suis/ĩtra illud cubiculũ orare eum: q uidet in abscondito: et pspicit quãtas opes: animi scilicet uirtutes ĩtra cubiculũ suum spõsa condiderit: & uidẽs eius diuitias: det ei petitiões suas: oĩ enim hñti dabit. Quod aũt ait/exultemus: & iucundemur in te: uidet ex psona adolescentularũ dici: uel optãtium/ & peccãtiũ a spõsa: ut queadmodũ sponsa consecuta est: quæ pfecta sunt: & exultat: ita ipsæ ẽt suum iplere cursum: & puenire usq; ad regis cubiculum mereant: ut pfectis / & iutitis oĩbus his/de qbus illa gloriat: ẽt ipsæ exultẽt: sicut & illa: & iucundent in eo. Vel etiam ad spõsam põt dcm uideri ab adolescentulis cõgratulãtibus ei: & pmittentibus petentibusq;: ut participes fiãt exultatiõis & lætitiæ: diligemus ubera tua sup uinũ. Sponsa qdem/postq̃ oscula meruit ab ipso spõsi ore suscipe: & uberibus eius pfrui: ait ad eũ. Bona sũt ubera tua/sup uinũ. Adolescẽtulæ uero q̃ nõdum ad id btitudinis uenerant: neq;

summam perfectionis acceperant:neq; usu/ & operi/
bus fructus pfectæ charitatis expleuerãt:ut quasi ex/
pte pnunciarẽt de uberibus eius:quia bona sunt. Vi/
dentes tñ spõsam delectari/& refici/ex uberibus spon
si:ex fontibus scilicet sapiæ/& scientiæ : quæ de ube/
ribus eius fluunt:& pocula coelestis doctrinæ sumẽ/
tes:tanq̃ imitatrices pfectionis eius: & desyderantes
eisdem uestigiis incedere:pmittunt & dicunt:dilige/
mus ubera tua sup uinum:idest nos qdem nondum
in id pfectionis ascendimus:ut iam diligamus ubera
tua plusq̃ uinum:uel certe ubera tua:quæ sunt super
uinum (Vtroq; enim modo sensus stare uidebitur)
gerimus tñ spem: utpote adolescentulæ in id ætatis
proficere:quo possimus nõ solú pasci : & ali/ex ube/
ribus uerbi dei:sed & diligere alentem. Istæ sunt aũt
adolescentulæ (ut sæpe iam diximus) aiæ:quæ pri/
mis/ & initio ualẽtibus eruditionibus uidentur im/
butæ:& uelut uino quodam lætificatæ/institutione
tuto⁊ dũtaxat:curatorũq;/& pædagi : utpote paruu/
læ:& quæ haberent qdem in uiribus amare uinum:
non tñ haberent in ætate:ut amore uberum sponsi/
moueri/aut excitari possent. Sed ubi aduenit plenitu
do tempo⁊:& xp̃s in eis profecit ætate/ & sapientia:
& iam sentire cœperũt:quid sint ubera spõsi:quæq;
in his pfectio uerbi dei:& doctrinæ spiritalis plenitu
do designetur:etiam pmittũt:quia plusq̃ uinum:q̃d
nunc/tanq̃ paruulæ bibũt:dilecturæ sint ubera spon
sæ:idest ppensiores futuræ erga pfecta:& omni ple/
nitudine/decreta dogmata christi : q̃ iã antea siue in
cõibus studiis/siue in legis/& pphetarum/uisæ sunt
institutionibus extitisse. Aeqtas dilexit te. Etiam hoc
mihi uidentur adolescẽtulæ ploqui/uelut satisfacien
tes pro eo:q; dilecturas sup uinum/se pmiserũt ube/
ra sponsi:& nõ iam in p̃senti diligant:neq; integram
uim charitatis ostẽdant. Esto ergo uox ista/uelut in/
cusantium semetipsas: quasi quæ nondum abiecta
omni iniqtate:puenerint ad æquitatem: ut possint
iam diligere uinum/sup ubera sponsi:scientes incon
uenien s esse:ut aliqd adhuc resideat iniqtatis in eo:q
ad pfectionem spiritalis/& mysticæ doctrinæ puene
rit. Quia ergo sũma pfectionis in charitate consistit:
charitas aũt nihil iniqtatis admittit:ubi aũt nihil ini/
quitatis est: ibi sine dubio est æquitas. Merito ergo
æquitas esse dr̃:quæ diligit sponsum. Et uide:si non
ob hoc etiam uidetur illud in euãgelio/a saluatore di
ctum. Si diligitis me:mãdata mea seruate. Si ergo/q
diligit xp̃m:mandata eius custodit: & qui mandata
eius custodit:nulla est in eo iniqtas:sed æquitas in eo
pmanet. Aequitas ergo est/quæ & mãdata custodit:
& diligit Christum. Et rursum:si is qui mandata cu/
stodit:ipse diligit xp̃m:mãdata aũt in æqtate seruan/
tur:& æquitas est quæ diligit xp̃m:qui iniquum ali/
quid gerit:neq; mandata custodit : neq; diligit xp̃m.
Erit ergo ut quãtum iniqtatis in nobis est:tãtum lõ/
ge simus a dilectione xp̃i:& tantum mandato⁊ eius
præuaricatio habeat in nobis. Et ideo regulam quã/
dam directam/ponamus esse æqtatem: ut si quid in

nobis iniqtatis est:hanc adhibentes/& supducentes
directoriam mandato⁊ dei: siqd in nobis curuum:
siquid tortuosum est:ab huius regulæ linea resecen/
tur:ut possit & de nobis dici. Aeqtas dilexit te. Possu
mus aũt etiam sic accipere:ut uideatur simile esse:qđ
dixit. Aeqtas dilexit te:ac si dixisset. Iustitia dilexit te/
& ueritas/& sapiẽtia/& pudicitia:& singulæ quæq;
uirtutes. Nec mireris sane si dicimus uirtutes ee:quæ
diligunt xp̃m : cum in aliis ipsa⁊ uirtutum substan/
tiam:xp̃m soleamus accipere. Quod & frequẽter in/
uenies in scripturis diuinis:pro locis/& oportunita/
tibus aptari. Inuenimus nãq; ipsum:& iustitiam di/
ci/& pacem:& ueritatẽ. Et rursum scriptũ est in psal/
mis. Iustitia & pax/osculatæ sunt: & ueritas de terra
orta est:& iustitia de coelo pspexit: quæ utiq; oia/&
ipse esse:& rursum ipsum dicuntur amplecti. Sed &
spõsus idem dr̃:idem etiam sponsa noiatur:ut in p/
phetia scriptum est. Sicut sponso imposuit mihi mi/
tram:& sicut sponsam ornauit me ornamento.

LIBER SECVNDVS.

F VSCA Sum/& formosa/filiæ Hie/
rusalem:ut tabernacula cedar:ut pelles
Salomonis. In aliis exemplaribus le/
gimus. Nigra sũ/& formosa. Rursus
in hoc/psona sponsæ loquẽtis intro/
ducitur. Loquentis aũt non ad illas adolescentulas:
quæ cum ipsa currere solẽt: sed ad filias Hierusalem:
quibus tanq̃ his quæ derogauerint fœditati eius re/
spondere uidetur/& dicere. Fusca qdem sum/uel ni/
gra:quãtum ad colorem spectat filiæ Hierusalẽ:for/
mosa uero siqs in terna membro⁊ liniamenta pspi/
ciat. Nam & tabernacula (inqt) cedar: quæ est gens
magna/nigra sũt:& ipsa gens cedar:nigredo/uel ob/
scuritas interptatur. Sed & pelles Salomonis nigræ
sunt:nec tñ ob hoc tãto regi/in omni gloria sua/pel/
lium uisa est indecora nigredo. Non ergo mihi o fi/
liæ Hierusalem exprobretis culpam coloris: cum si/
ue naturalis/siue exercitio quæsita corpori pulchri/
tudo non desit. Hæc continet historicum drama:&
propositæ fabulæ species. Sed redeamus ad ordinẽ
mysticum. Hæc sponsa quæ loquitur: ecclesiæ per/
sonam tenet ex gentibus congregatæ. Filiæ uero Hie
rusalem/ad quas ei sermo est: illæ sunt animæ: quæ
propter electionem patrum/charissimæ quidem di/
cuntur:inimicæ aũt propter euãgelium. Istæ sunt fi/
liæ Hierusalem ciuitatis terrenæ:quæ uidentes eccle/
siam ex gentibus:quãuis pro eo ignobilem/q; gene/
rositatem sibi Habraam/& Isaac & Iacob non pos/
sit ascribere:obliuiscẽtem tamen populum suum:&
domum patris sui:atq; ad Christum uenientem sper/
nũt eam:& pro ignobilitate generis offuscãt. Quod
sponsa sentiens filias prioris populi imputari sibi:&
pro hoc etiam nigram se appellari:quasi quæ pater/
næ eruditionis nõ habeat claritatem:respondens ad
hæc dixit. Nigra sum qdem/o filiæ Hierusalẽ:pro eo
q; nõ descẽdo de stirpe claro⁊ uirorum:neq; illumi/
nationem Moysi legem accepi: habeo tamen pul/
chritudinem

chritudinem meam mecum. Nam & in me illud pri
mum est: quod ad imaginem dei in me factũ est: &
nunc accedẽs ad uerbum dei: recepi speciem meam.
Quãuis enim pro coloris obscuritate cõparetis me
tabernaculis cedar: & pellibus Salomonis: tñ & ce/
dar/ex Ismaele descẽdit: secundo nãq; loco/ex Ismae/
le natus est: qui Ismael non fuit expers diuinae bñdi/
ctionis: sed & pellibus Salomonis comparatis me:
quae non aliae sunt/q̃ pelles tabernaculi dei: & tamẽ
miror uos/o filiae Hierusalem coloris uelle exprobra
re nigredinem. Quomodo non meministis: ꝙ in le/
ge uestra scriptũ est: ꝙ passa sit Maria: quae derogauit
Moysi: cũ Aethiopissam nigrã accepisset uxorem?
quo ignoratis illius imaginis adũbrationem/in me
nunc ueritate cõpleri? Ego sum illa Aethiopissa: ego
sum nigra qdem pro ignobilitate generis: formosa
uero propter poenitentiam/& fidem. Suscepi enim
in me filium dei: recepi uerbũ/carnem/factum. Acces
si ad eum qui est imago dei/primogenitus oĩs crea/
turae: & qui est splendor gloriae/& fulgor substãtiae
eius: & facta sum formosa. Tu ergo qd improperas
conuertenti se a peccato: quod lex fieri uetat? Et quo
tu gloriaris in lege: ꝑuaricans legem? Verum qm in
his locis sumus: ubi ecclesia quae ex gentibus uenit:
nigram se esse dicit/& formosam: quis longũ uidea/
tur esse & oposum colligere ex scripturis diuinis: in
quibus/uel qualiter sacramẽti huius forma ꝓcesserit
tñ non mihi penitus omittendum uidetur: sed q̃ po
tuerit breuiter memorãdum. Primo ergo in nume/
roꝝ libro de aethiopissa/ita scriptum est. Et locuta est
Maria ad Aaron: & derogauerunt Moysi/ꝓpter mu
lierem aethiopissam: quam accepit uxorem: & dixe/
runt. Nunqd Moysi soli/locutus est dñs? Nonne &
nobis locutus est? Et iteꝝ in tertio regnoꝝ libro/scri/
ptum est de regina Saba: qa uenit a finibus terrae au/
dire sapientiam Salomonis: hoc modo regina Saba
audiuit nomen Salomonis/& nomen dñi: & uenit
tentare eum in parabolis: & uenit in Hierusalem/in
uirtute magna ualde: & cameli portantes odoramẽ/
ta/& aurum multũ ualde: & lapidem ꝑciosum: & in/
gressa est ad Salomonem: & locuta est ei oĩa uerba: q̃
erant in corde suo. Et enunciauit ei Salomon omnia
uerba eius. Et non fuit uerbum quod omiserit rex: &
non enũciauerit rex ei. Et uidit regina Saba omnem
prudentiam Salomonis: & domum quam aedifica/
uit & cibos Salomonis: & sedem pueroꝝ eius: & or
dinem ministroꝝ eius: & uestes eius: & uini fusores
eius: & holocausta eius: quae offerebat in domo dñi:
& obstupuit: & dixit ad regem Salomonẽ. Verus est
sermo quẽ ego audiui in terra mea de uerbo tuo: &
prudentia tua: & non credidi his qui loquebantur
mihi: usq; quo uenirem: & uiderunt oculi mei: & ec/
ce/nec media pars est/quae nunciabantur mihi. Ad/
didisti enim super oẽm auditionem quam audiui in
terra mea. Beatae mulieres tuae: beati pueri isti: qui as/
sistunt in conspectu tuo semper: & audiunt omnem
prudẽtiam tuam. Sit dñs deus tuus benedictus/qui
tibi dedit sedem Israel. Quoniam dilexit dñs Israel:
& uoluit eum ꝑmanere in aeternum: posuit te regem
super eos: ut facias iudicium cum iustitia: & iudices
eos: & dedit Salomoni. c.xx. talenta auri: & odora/
menta multa ualde: & lapidem ꝑciosum. Nunq̃ talia
uenerant odoramẽta: nec in tanta multitudine: quae
dedit regina Saba regi Salomoni. Hanc autem pau/
lo latius repetere uoluimus: & inserere huic exposi/
tioni nostrae: scientes in tñ conuenire haec ad perso/
nam ecclesiae/quae ex gentibus uenit ad xp̃m: ut ipse
dñs in euangeliis/reginae huius faceret mentionem:
dicens eam uenisse a finibus terrae: ut audiret sapien/
tiam Salomonis. Austri autem reginam dicit eam:
pro eo ꝙ aethiopia in austri partibus iaceat: & a fini/
bus terrae quasi in ultimo posita. Inuenimus autem
huius ipsius reginae/etiam Iosephum in historia sua
facere mentionem: addentem etiam hoc/ꝙ postea q̃
egressa est (inquit) a Salomone/cum abisset: rex esset
miratus eius sapientiã quam sine dubio ex Salomo/
nis sapientia susceperat: cognouit inq̃ nomen eius
Meroen. Refert autem ꝙ non solum aethiopiae/sed
& aegypti regnum tenuerit. Addemus autẽ adhuc/
& ea quae in. lxvii. psalmo de hac eadem forma con/
tinentur: ait ergo ibi: disperge gẽtes quae bella uolũt:
uenient legati ex aegypto: aethiopia ꝑueniet manus
eius deo. Et adhuc quarto in loco/apud Sophoniã
prophetam/de hac eadem figura: hoc mõ scriptum.
Propterea sustine me/dicit dñs in die resurrectionis
meae in martyrio: hoc est in testimõio/qm iudicium
meum est/& congregationes gentium: ut suscipiam
reges: & effundam super eos oẽm iram indignatio/
nis meae: in igne zeli mei cõsumetur oĩs terra. Quo/
niam tunc conuertam in populis linguam/in gene/
rationem eius: ut inuocent oẽs nomen dñi: & seruiẽt
ei sub iugum unum. De ultra flumina suscipiam eos
aethiopiae: qui dispersi sunt: & afferẽt sacrificium mi
hi. In die illa non confunderis Saba/ab oĩbus adin/
uentionibus tuis: in quibus impie egisti in me: sed &
in Hieremia scriptum est: Quod princeps qdam po/
puli Israel miserit Hieremiam in lacũ/Melchiae filii
regis/qui erat in domo carceris: & deposuerũt eum
cum funibus: & in lacu non erat aqua: sed coenum:
& erat in coeno. Audiẽs autem Abimelech aethiops/
uir eunuchus qui erat in domo regis: quia miserunt
Hieremiã in lacum: locutus est regi: & dixit: Dñe rex/
male fecerunt uiri isti/oĩa quae fecerũt in Hieremiam
prophetam: qui miserũt eum in lacum: & morietur
ibi a facie famis: qm non sunt iam panes in ciuitate.
Et ꝑcepit rex ipsi Abimelech aethiopi dicens. Tolle
hinc triginta hoĩes: & educ eum de lacu: ut non ibi
moriatur. Et qd plura? Abimelech aethiops fuit/qui
Hieremiã eduxit de lacu. Et paulopost factus est ser/
mo dñi ad Hieremiã dicens. Vade & dic Abimelech
dicens: sic dixit dñs deus Israel. Ecce ego, adduco uer
ba mea/super ciuitatem istam in mala/& non in bo/
na: & saluabo te in die illa: & non te dabo in manus
hoĩum quos tu times. A facie eoꝝ saluans/saluabo

te:& in gladio non cades:sed erit aïa tua in salutem:
qm̃ confisus es in me:dicit dñs.Hæc interim ad præ
sens de scripturis sãctis occurrere potuerũt:qbus mi/
hi uidetur/propositi de canticis canticoꝝ uersiculi/
mysterium cõprobari:in quo dicit.Fusca sum / siue
nigra/& formosa filiæ Hierusalem:sicut tabernacu/
lum cedar:& sicut pelles Salomõis. Inuenitur ergo
Moyses in Numeris accipere æthiopissam uxorem
fuscam/uel nigram:pro qua/Maria/& Aaron dero/
gant ei:& indignantes dicunt.Nunquid Moysi so/
li/dñs locut⁹ est?Nõne & nobis locutus est?In quo
si diligenter consyderes hæc:non consequẽtiam ser/
mo inuenitur habere historicus.Quid enim conue/
nire ad rem uidebitur:ut indignantes pro æthiopis/
sa/dicant:Nunquid soli Moysi/locutus est dñs?nõ/
ne & nobis locutus est?Oportebat enim si hoc erat
in causa:dici ab eis:non oportuit te Moyses uxorem
accipere æthiopissam:& de semine Cain:sed de gene
re tuo:& de domo Leui. Hoꝝ nihil dicũt:sed aiunt:
nunquid Moysi soli/locutus est deus? nõne & no/
bis locutus est?In quo & mihi uidetur/sm̃ mysteriũ
magis intellexisse/quod gestum est:& uidisse quod
iam Moyses:idest spiritalis lex in nuptias & cõiugiũ
congregatæ ex gentibus migrarent ecclesiæ:& Ma/
riam quæ synagogæ derelictæ formam: & Aaron q
sacerdotii carnalis tenebat imaginem:uidentes abla/
tum esse a semetipsis regnum:& datum esse genti/fa
cienti fructus eius:& dicere.Nunquid Moysi soli/lo
cutus est deus?nõne & nobis locutus est?Deniq; &
Moyses ipse cum tanta/& tam magnifica eius ope/
ra fidei/ac patientiæ referantur:nunq̃ tantis a deo cla
tus est laudibus & nunc:cũ Aethiopissam ducit uxo
rem.Nũc de eo dicitur: quia Moyses homo mãsue/
tus ualde/super oẽs hoïes qui sunt super terram:nũc
& illud de eo dicit dñs:quia si fuerit in uobis ꝓphe/
ta:in uisionibus loquar ei:aut in sõniis:non ita ut fa
mulo meo Moysi:q in omni domo mea fidelis est.
Os/ad os loquar ad eum.In specie/& non in ænig/
mata: gloriam dñi uidit:& cur non timuistis detra/
here de famulo meo Moyse?Hæc oïa pro coniugio
Aethiopissæ/Moyses audire meruit a dño.Veruꝫ de
his plenius in libro numeroꝝ prosecuti sumus:quæ
si quis dignum iudicat noscere:illa perquirat. Nunc
autem sufficiat approbare ex his: ꝙ ipsa est nigra / &
formosa:quam Moyses idest lex spiritalis: quæ sine
dubio.uerbum dei:& Christus est:in cõiugium suũ
asciscit:licet obtrectent/& derogẽt filiæ Hierusalem:
plæbs scilicet ista cum sacerdotibus suis. Videamus
autem. & ea quæ ex tertio regnoꝝ libro protulimus
de regina Saba:& ipsa nihilominus Aethiopissa:cui
testimonium dat dñs in euangeliis: ꝙ in die iudicii
ueniat cum uiris generatiõis icredulæ: & condẽnet
eos: quia uenit a finibus terræ audire sapiam Salo/
monis:& addit. Quia plus Salomone hic: docens
per hoc plus esse ueritatem/q̃ ueritatis figuras. Venit
ergo & hæc: imo & sm̃ figuram eius:ecclesia uenit
ex gentibus / audire sapiam Salomonis ueri: & ueri

pacifici dñi nostri Iesu christi.Venit & hæc/primo q/
dem tentans eum per ænigmata/& quæstiões:quæ
ei prius insolubiles uidebantur:atq; ab ipso:de agni/
tione ueri dei:& de creaturis mundi:uel de imortali/
tate aïæ/& iudicio futuro quod apud eam / & apud
doctores eius gentiles dũtaxat philosophos/incertũ
semper/aut dubium manebat:absoluitur.Venit ergo
in Hierusalem:ad uisionem scilicet pacis/cum multi/
tudine/& uirtute multa:non enim cum una sola gẽ/
te:ut prius synagoga solos habuit hebræos:sed cum
totius mundi gentibus uenit:deferens etiam mune/
ra digna Christo:odoramentoꝝ siqdem suauitates:
opera scilicet bona/quæ ad deum ꝑ odorem suauita
tis ascendunt:sed & auro uenit repleta/sensibus sine
dubio/& rõnalibus disciplinis/quas ante fidem ad/
huc ex cõi/& scholari eruditione/collegerat. Detulit
etiam lapidem ꝑciosum:quæ ornamenta moꝝ pos/
sumus intelligere.Cum hoc ergo apparatu/intrat ad
pacificum regem Christum: & ipse aperit cor suum
in cõfessione/& poenitentia:scilicet ꝑcedentium de/
lictoꝝ:& locuta est ei oïa quæ erant in corde suo:ꝓ/
pter quod/& Christus qui est pax nostra:enunciauit
ei oïa uerba eius:& non est uerbum qđ omiserit rex:
& non enũciauerunt ei. Deniq; cum iam tp̃s passio/
nis appropinquauerit:sic loquitur ad eam / idest ad
electos discipulos suos:Iam non dicã uos seruos:sed
amicos:quia seruus nescit qd faciat dñs eius.Ego aũt
nota feci uobis oïa:quæcũq; audiui a patre meo.Sic
ergo impletur qđ dixit:qa nõ fuerit uerbum:qđ nõ
enũciauerit pacificus dñs reginæ Sabæ.i.ecclesiæ ex
gentibus cõgregatæ.Quod si intuearis ecclesiæ sta/
tum/& dispensationes eius:ordinationesq; eius cõ/
syderes:tunc aduertes quõ regina/mirata sit omnem
prudentiam Salomonis:simul & require/cur nõ di
xerit oẽm sapientiam:sed oẽm prudẽtiam Salomo/
nis:qm̃ quidem eruditi uiri / prudentiam de huma/
nis negociis:sapientiam de diuinis/intelligi uolunt.
Iccirco fortassis/& ecclesia nunc interim/Christi pru
dentiam miratur/dum in terris est:& inter hoïes cõ/
uersatur.Cum autem uenerit:qđ perfectum est:& de
terris translata fuerit ad coelum:tunc uidebit oẽm sa/
pientiam eius:cum iam non per spẽm:non ꝑ ænig/
mata:sed facie/ad faciem / de singulis qbusq; perspi/
ciet.Vidit autem & domum quam ædificauit / sine
dubio incarnationis eius mysteria.Ipsa est enim do/
mus quam ædificauit sibi sapiẽtia:uidit & cibos Sa
lomonis: illos puto de quibus dicebat: meus cibus
est/ut faciam uoluntatem eius qui misit me:ut perfi/
ciam opus eius.Et uidit ordinem pueroꝝ eius.Eccle
siasticum puto ordinẽ dicat:qui in episcopatus / uel
ꝑsbyteri sedibus habetur.Vidit & ordinationes/siue
statiões ministerioꝝ eius:Diaconoꝝ(ut mihi uide/
tur)ordinem memorat astãtium diuino ministerio.
Sed & uestes eius uidit:illas credo quibus iduit eos:
de quibus dicitur. Quicũq; autem in christo bapti/
zati/Christum induistis.Sed & uini fusores eius:ar/
bitror dici doctores:qui uerbum dei/& doctrinam/
quasi

quasi uinum populis miscẽt: quod auditorum corda lætificet. Vidit & holocausta eius / orõnum sine dubio / supplicationũq; mysteria. Hæc ergo oia ubi uidit in domo regis pacifici: imo pacifici christi: nigra hæc / & formosa obstupuit: & ait ad eum. Verus est sermo quem audiui in terra mea: de uerbo tuo: & de prudẽtia tua. Propter enim uerbum tuum quod agnoui / uerum esse uerbum: ueni ad te. Oia etenim uerba quæ dicebantur: & quæ audiebam: cum essem in terra mea a doctoribus / scilicet sæculi & philosophis / non erant uera. Istud est solum uerum uerbum quod est in te. Sed fortassis quærendum uidebitur: qũo dicebat regi regina hæc: q̃a non credidi: his quæ dicebantur mihi de te: cum utiq; nec uenisset ad christum: nisi credidisset. Sed uide / si possumus / hoc modo soluere quod proponitur. Non his (inquit) credidi: qui loq̃bantur mihi. Non enim fidem meam / in illos qui locuti sunt de te: sed in te direxi: idest non hoĩbus: sed tibi credidi deo. Et per illos q̃dem audiui: ad te autem ueni: & tibi credidi. Apud quem multo plura uiderunt oculi mei: q̃ annunciabantur mihi. Re uera enim cum puenerit nigra hæc / & formosa in Hierusalem cœlestem: & ĩgressa fuerit uisionem pacis: multo plura / & magnificẽtiora / q̃ nunc ei sunt annunciata / perspiciet. Nunc enim tanq̃ in speculo / & ænigmate: tũc autem uidebit facie ad faciem: cum consequetur ea quæ oculus non uidit: nec auris audiuit: nec in cor hoĩs ascenderũt. Et tunc uidebit: q̃a nec medietas eoꝝ est: quæ audiuit in hac sua terra posita. Beatæ ergo sunt mulieres Salomonis: aĩæ sine dubio: quæ uerbo dei / & paci eius participes fiunt. Beati pueri eius: qui assistunt in conspectu eius semper: non illi qui aliq̃n assistunt: & aliq̃n non assistũt: sed qui semper / & sine intermissione assistunt uerbo dei: uere beati sunt. Talis erat / & illa Maria / quæ sedebat secus pedes Iesu: & audiebat eum: cui & testimonium reddidit ipse: dicens ad Martham. Maria optimam partem elegit: quæ nõ auferetur ab ea. Adhuc nigra hæc / & formosa dicit: Bñdictus qui uoluit dare te / sup sedem Israel. Vere enim q̃a dilexit dñs Israel: & uoluit ut staret in æternum: posuit te regem super eum. Quem? Pacificum sine dubio: Christus est pax nostra: qui fecit utraq; unum: & medium parietem sepis soluit. Et post hæc oia dedit (inquit). c.xx. talẽta auri / regi Salomoni regina Saba. Numerus hic c.xx. consecratus est uitæ hoĩum / eoꝝ qui fuerunt in diebus Noe: quibus istud conceditur spacium uitæ: quo inuitantur ad pœnitentiam. Ipse autem numerus ãnoꝝ / & Moysi uitæ fuit. Offert ergo christo ecclesia / in auri specie / & pondere / non solum multitudinem sensuum suoꝝ: & intellectuum: sed lege dei / consecratos indica. sensus suos: per hunc qui Moysi annos uitæ continet numerum. Offert etiam suauitates odoramentoꝝ / quales / & quante nunq̃ uenerant. Vel orationes in hoc / uel opa misericordiæ intelliget: nunq̃ enim uel tam recte orauerat: ut nũcq̃ accessit ad Christum: uel tam pie opata fuerat: ut cum

cognouit iustitiam suam non facere coram hoĩbus: sed coram patre: qui uidet in abscõdito: & reddet palam. Sed multum est / alienis in locis / simul uniuersa persequi hæc / quæ nec testimonii gratia uidentur assumpta. Sufficiãt ista de tertio libro regnoꝝ. Videamus aliqua & ex his q̃ de. lxvii. psalmo protulimus: ubi ait æthiopia præueniet manus eius deo. Si enim intuearis / qũo ex delicto Israel / sit salus gentibus: & q̃ illoꝝ lapsus / introeundi uiam nationibus dedit: aduertes qũo puenit / & præcepit æthiopiæ manus: hoc est gentium populos illos ad deum: quibus primis data sunt eloquia dei: & in hoc completur: æthiopia pueniet manus eꝰ deo: & fit nigra / ista formosa: etiam si uolunt: etiam si inuident: & obtrectant filiæ Hierusalem. Sed & ꝓphetæ testimonium quod posuit suscepit dñs etiam eos qui ueniunt de locis / quæ sunt ultra flumina æthiopum: & offerũt hostias deo: simili sensu aduertendum puto. Videtur enim mihi q̃ ultra flumina æthiopiæ esse / dicitur ille: qui nimiis / & superabũdantibus peccatis infuscatus est: & atro malitiæ fuco / ĩfectus niger / & tenebrosus est redditus: & tñ ne hos quidem repellit dñs: sed oẽs qui sacrificia cõtribulati spiritus / & humiliati cordis offerunt deo: confessionis / scilicet ac pœnitentiæ titulo: ad eum conuersi: non repelluntur ab eo. Sic enim pacificus dicit dñs noster. Ego uenientem ad me: nõ repello. Potest autem & de illis dictum uideri: q̃ ultra flumina æthiopum positi: ueniet etiam ipsi ad deum: hostias deferentes: qui postea q̃ intrauerit oĩs plenitudo gẽtium: quæ fluminibus æthiopum cõparatur: uenient etiam ipsi: & tũc oĩs Iuda saluabitur: & pro eo ultra flumina dicantur: quasi qui ulteriores / & posteriores sint spatiis: in quibus currit / inundatq; gẽtium salus. Et ita forte compleri uidetur hoc quod dicit: quia in die illa non confunderis omnis Israel / ex oibus adinuentionibus tuis: quibus impie egisti in me. Supest / ut illud testimonium quod de Hieremia assumpsimus explicẽt: ubi Abimelech nihilominus æthiops / uir eunuchus / cum audisset: q̃a Hieremias in lacum missus est a principibus populi: educit eum inde. Et puto inconueniens nõ uideri: si dicamus / quem principes Israel condẽnauerunt: & in lacum mortis miserunt: iste alienigenæ & obscuræ gentis homo / & degeneris. i. populus gentium educit / eum de lacu mortis: resurrectionem scilicet eius a mortuis credens: & fide sua / hunc quem illi in mortem tradiderãt: iste de iferniis reuocat / ac reducit. Sed & eunuchus hic / æthiops eẽ dicitur: credo q̃ castrauerit semetipsum: propter regnum dei: uel etiam qui semen malitiæ / in semetipso nõ hẽbat: seruus quoq; est regis: quia seruus sapiens imperat stultis dñis. Interptatur autem Abimelech seruus regum. Et ideo dñs relinq̃ns populum Israel pro peccatis: ad æthiopem uerba dirigit: & ad ipsum mittit prophetam: & ipsi dicit. Ecce ego adduco uerba mea super ciuitatẽ istam in mala: & non in bona: & saluabo te in die illa: & non te dabo in manus hoĩum: sed saluans sal/

nabo te. Salutis autem causa hæc est ei: qa eduxi pro/
phetam de lacu: idest q a fide sua / qua Christum re/
surrexisse credat a mortuis: eduxisse eũ ex lacu uidet.
Habet ergo plurima testimonia / fusca hæc / uel nigra/
& formosa / in quibus libere agat: & cum fiducia di/
cat ad filias Hierusalem: quia fusca sum qdem / uel ni/
gra: sicut tabernacula Cedar: formosa autẽ sicut pel/
les Salomonis. De pellibus Salomonis scriptum ali/
quid proprie non memini. Puto autem referre pos/
se ad gloriam eius: de qua dicit saluator quia nec Sa/
lomon in oi gloria sua opertus est: sicut unum hoꝝ.
Nomen tñ ipsum pellium / in tabernaculo testimo/
nii inuenimus frequenter referri: sicut cum dicit. Et
facies pelles ex capraꝝ pilis / operimẽtum super taber
naculum testimonii. xi. pelles facies. Longitudo pel/
lis unius. xxx. cubitoꝝ: latitudo quattuor cubitorũ.
Eadem mensura erit. xi. pellibus: & coniunges qnq
pelles simul: & alias sex simul: & replicabis sextã pel/
lem a fronte tabernaculi: & facies quinquaginta an/
sulas per oram pellis unius: & qnquaginta ansulas
per oram pellis alterius: per quas coniungantur una
ad alteram: & facies circulos æreos qnquagenos: &
coniunges ex ipsis pelles: & erit unum totum: & re/
plicabis quod superest ex pellibus / medietatem pel/
lis unius / a frõte tabernaculi: & ex alia medietate qđ
superest: uelabis posteriora tabernaculi: cubitũ hinc:
& cubitum inde: ex eo quod abundat in longitudi/
ne pellium: & erit adopertum tabernaculum ex late/
ribus hinc / & inde. Puto ergo q haꝝ pellium mẽtio
fiat in cantico canticoꝝ: & istæ dicãtur esse Salomo/
nis: qui accipitur in pacificum Christum. Ipsius er/
go est tabernaculum: & ea quæ ad tabernaculum p/
tinent: & præcipue si illud tabernaculum cõsydere/
mus: quod dr tabernaculum ueꝝ: quod fixit deus:
& non homo: & quod ait: non enim in manu facta/
sancta intrauit Iesus exemplaria ueroꝝ. Si ergo pul/
chritudinem suam sponsa pellibus cõparat Salomo
nis: illaꝝ sine dubio pellium gloriam & pulchritu/
dinem dicit: quæ operiũt illud tabernaculum quod
fixit deus: & non homo. Si uero nigredinem suam:
quæ exprobrari a filiis Hierusalem uidebatur: pelli/
bus contulit Salomonis huius tabernaculi: qđ exẽ/
plar ueri tabernaculi uocatur: accipiendæ sunt pelles:
quasi q & ipsæ nigræ sint qdem: utpote capraꝝ pi/
lis textæ: & tñ usum / ornatumq / exhibeãt diuino ta/
bernaculo. Quod aũt uidetur esse persona una quæ
loquitur: & pluribus se uel tabernaculis Cedar / in ni/
gredine / uel Salomonis pellibus comparauit: ita ac/
cipiendum est: quia una quidem persona uidetur ec
clesiæ: innumeræ tñ sunt: quæ per orbem terræ diffu/
sæ sunt: atq immensæ cõgregationis / ac multitudinis
populoꝝ. Sicut & regnum coeloꝝ / unum quidem
dicit & multæ tñ in eo mansiones memorantur esse
apud patrem. Potest autem & de una quaq aia: quæ
post peccata plurima conuertitur ad poenitentiam /
dici: qđ nigra sit prõ pctis: formosa pp poenitẽtiam /
& fructus poenitẽtiæ. Deniq & de hac ipsa quæ nũc
dicit: nigra sum / & formosa: quia non in finem in ni/
gredine ista permansit: post hæc / dicunt de ea ipsa fi/
liæ Hierusalem. Quæ est ista quæ ascendit dealbata:
incũbens super fratrem suum. Ne uideatis me qm i/
fuscata sum ego: quia despexit me sol. Infuscata / siue
denigrata: si competenter nobis uidetur aptata expo
sitio: quam in superioribus: uel de Aethiopissa quæ a
Moyse / suscepta est in coniugium: uel de regina Saba
æthiopum: quæ sapiam Salomonis uenit audire: te/
xuimus: merito nunc hæc quæ fusca / uel nigra est: &
formosa: satisfacere uidetur pro nigredine: uel fusca/
tione sua: causasq reddere exprobrãtibus: quasi quæ
non natura talis: nec ita a cõditore sit: sed ex accidẽ/
tibus hoc passa sit. Ex eo inquit: quia sol despexit me.
In quo ondit nõ de nigredine corporis fieri sermo/
nẽ: quod utiq sol obscurare & denigrare solet: cum
respicit magis quã cum despicit. Ita deniq / & apud
illam: oẽm illam gentem æthiopum ferunt: cui natu
ralis quædam inest / ex seminis carnalis successione /
nigredo: q in illis locis: sol radiis acrioribus ferueat:
& adusta iam semel / atq ifuscata corpora / genitiui ui/
tii successione permaneãt. Contrarii uero ordinis est
aiæ nigredo. Nam neq aspectu: sed despectu solis in/
uritur: neq nascendo: sed negligendo conqritur: &
ideo sicut ignauia assumitur: ita & industria repellit:
& repulsatur. Deniq (ut superius dixi) hæc ipsa quæ
nunc nigra dicitur esse: in fine cantici huius / dealba/
ta memorat ascẽdere: incũbens super fratrem suum:
effecta est ergo nigra / quia descendit. Si autem coepe/
rit ascendere / incũbens super fratrem suum: & adhæ/
rebit ei: & non oino separabitur. Dicit ergo nunc ad
filias Hierusalem: pro nigredine sua satisfaciens. Nõ
putetis o filiæ Hierusalẽ q naturalis est ista nigredo:
quã uidetis in uultu meo. Sed scitote / qm despectu
solis est facta. Sol enim iustitiæ / qa me non inuenit re/
ctе stantem: nec ipse in me rectos direxit lucis suæ ra/
dios. Ego enim sum populus gẽtium / qui prius nõ
aspexi ad solẽ iustitiæ: nec steti añ dñm: & ideo nec il/
le me aspexit: sed despexit: neq astitit mihi: sed ꝑteriit.
Hoc autem ita esse: etiam tu qui Israel diceris / re ipsa
expertus: iam iamq cognosces: & dices. Sicut enim
me aliqñ non credente: tu assumptus es: & misericor/
diam consecutus: & te respexit sol iustitiæ: me autem
utpote inobædientẽ: & icredulum / despexit / & spre
uit. Ita & nunc quia tu incredulus / & inobædiens fa
ctus es: ego spero respici a sole iustitiæ: & misericor/
diam consequi. Quod autem mutua nobis fit solis
ista despectio: & ego primo pro inobædientia mea
despectus sum: tu uero respectus. Nunc autem etiam
tibi non solum despectus solis: sed & cæcitas qdam:
licet ex parte contigerit: testem tibi producam ma/
gnificum: & coelestis secreti conscium Paulum: qui
ita dicit. Sicut enim uos de gentibus (sine dubio lo/
quens) aliqñ non credidistis deo: nunc autem mise/
ricordiam consecuti estis propter illoꝝ incredulita/
tem: ita & isti nõ crediderunt in uestra misericordia:
ut & ipsi misericordiam cõsequãtur. Et item in aliis

dicit. Quia caecitas ex parte contigit in Israel: donec plenitudo gẽtium intraret. Hinc ergo est in me/ quẽ exprobrat ista nigredo: quia despexit me sol: propter incredulitatem/ & inobaedientiam meam: cum uero recte stetero ante eum: & nõ fuero oblitus in aliquo: neq; declinauero ad dexteram/ neq; ad sinistram: sed fecero rectas semitas pedibus meis: contra solem iustitiae/ incedens in oĩbus iustificationibus eius/ sine querela: tunc & ipse rectus me respiciet: & nulla erit obliquitas: nec erit causa ulla despectus: & tunc reddetur mihi lux mea: & splendor meus. In tãtumq; ꝓpelletur a me: quam nunc exprobraris ista nigredo: ut etiam lux mundi merear appellari. Sic ergo sol iste quidem uisibilis: ea corpora/ quibus a sũmo libramine insederit: infuscat: & urinea uero quae procul sunt: & ab ista collibratione longius posita: conseruat in candore suo: nec oĩno urit ea: sed illuminat. Sol uero spiritalis/ qui est sol iustitiae: in cuius pẽnis sanitas eẽ dicitur: e contrario eos quidem quos recti cordis inuenerit: & ad libram sui splendoris cõsistens/ illuminat: sed & omni fulgore circũdat: eos autem qui oblique incedunt cum eo: necessario etiam ipse oblique non tam respicit: q̃ despicit: hoc eis ꝑstante incõstantia sua/ & instabilitate. Quomodo enim qui peruersi sunt: possunt suscipere quod rectum est: uelut si curuo ligno/ adhibeas rectissimam regulam: uidebitur quidem per regulam argui materiae prauitas: non tñ regula est: quae ligno causam peruersitatis imposuit. Et ideo festinãdum est ad uias rectas: & standum in semitis uirtutum: ne forte sol iustitiae rectus incedẽs: si nos obliquos stare inueniat/ & ꝑuersos: despiciat nos: & efficiamur denigrati: in quãtum uero capaces fuerimus lucis eius: in tantum tenebris/ & nigredini dabimus locum. Hinc enim est ipse sol/ q̃ & lux uera/ illuminãs oẽm hoiem uenientem in hunc mũdum: & qui in mundo erat: & mundus per ipsum factus est. Non enim per istud uisibile lumen/ mundus factus est: cum & ipsum portio sit mundi: sed per istud uerũ lumen: a quo lumine/ si nos peruersi incesserimus: despici dicimur: & ipsum enim nos ꝑuerse incedentibus ꝑuersum quoq; ĩcedit: sicut scriptum est in maledictionibus Leuitici. Et si icesseritis (inquit) mecum ꝑuersi: & nolueritis obaedire mihi: adiciam uobis plagas septem. Et post pauca. Et si (inquit) nõ fueritis emendati: sed incesseritis mecum peruersi: incedam & ego uobiscum ꝑuersus. Siue ut in aliis exẽplaribus legimus. Si incesseritis mecum obliqui: incedam & uobiscum obliquus. Et post aliquãta/ iterũ dicit ad ultimum. Et q̃m ambulauerunt in cõspectu meo obliqui: & ego ambulo cum eis in furore obliquus. Haec assumpsimus: ex q̃bus ꝓbaremus/ qualiter despicere/ hoc est oblique aspicere sol dicatur. Et euidẽter claruit/ ꝙ hos despiciat: & cum his oblique incedat/ ac ꝑuerse: qui oblique incedunt cum eo. Sed & hoc quod admonuit praesens locus/ indiscussum non omittamus: quia sol duplicis uidetur esse uirtutis: unius qua illuminat: alterius qua adurit. Sed pro rebus/ aut materiis subiacentibus/ aut illuminat aliquid luce: aut infuscat/ & obdurat ardore. Secũdum hoc ergo fortassis/ & indurasse dicitur deus cor Pharaõis: ꝙ scilicet talis fuerat materia cordis ipsius: quae praesentiam solis iustitiae/ nõ ea parte qua illuminat: sed qua adurit: & indurat/ exceperit: propter hoc/ sine dubio/ ꝙ & ipse affligebat hebraeorũ uitam/ in operibus duris: & ꝙ luto/ & latere conficiebat eos. Et erat utiq; cor eius: sm̃ ea quae cogitabat: luteum/ & limosum. Et sicut materiã luti sol iste uisibilis stringit/ & indurat: ita sol iustitiae his eisdem radiis q̃bus illuminat populum Israel Pharaonis cor/ cui inerant luteae cogitationes: pro ipsis motuum suorũ qualitatibus indurabat. Haec autem ꝙ ita se hẽant: & non cõem (ut hoibus uidetur) historiam famulis dei/ per spm̃ sanctum scribebat: oñditur etiam inde: ꝙ ubi refert ingemuisse filios Israel: non dicit a luto/ neq; a latere/ neq; a paleis/ ingemuisse eos: sed ab opibus suis/ inq̃t. Et rursum. Et ascendit (inquit) clamor eorũ ad deum: non dixit a luto/ & latere: sed iterũ ab opibus suis: ꝓpter quod & subiũgit. Quia exaudiuit dñs gemitus ipsorũ: cum utiq; nõ exaudiuit eorũ gemitum: qui non ex operibus clamant ad dñm. Haec q̃uis per excessum dicta uideãtur: tñ locorum opportunitate cõmoniti: nequaq̃ iudicauimus omittenda: maxime cum habeant aliquid similitudinis ad hoc/ quod dicit: haec quae infuscata est: q̃a despexerit eã sol. Quod utiq; oñditur ibi accidere: ubi peccatorũ causa praecedit: & ibi infuscari/ uel aduri aliquẽ sole: ubi pcti materia subsistit: ubi uero nõ est peccatũ: sol neq; adurere dicitur: neq; infuscare: sicut de iusto refertur in psalmis. Per diem sol non uret te: neq; luna per noctem. Vides ergo quia sanctos/ in q̃bus peccatorũ nulla causa est: sol nũq̃ adurit (Vt enim diximus) duplicis uirtutis est sol: iustos autem illuminat: peccatores uero nõ illuminat: sed adurit: q̃m & ipsi oderunt lucem: quia male agũt. Deniq; ob hoc/ & deus noster/ ignis dicitur esse consumens: nihilominus lux/ in quo tenebrae non sunt: lux sine dubio iustis: & ignis efficitur peccatoribus: ut consumat in eis omne quod in anima eorũ corruptibilitatis/ aut fragilitatis/ inuenerit. Quod autẽ in multis scripturae locis/ & sol/ & ignis nõ iste uisibilis/ sed ille inuisibilis/ & spiritalis dicatur ipse etiam si recenseas abundãter inuenies. Filii matris meae dimicauerunt in me: posuerunt me custodem in uineis: uineam meam non custodiui. Adhuc ipsa quae fusca q̃dem pro delictis prioribus: formosa uero est pro fide/ & conuersione/ etiam haec dicit: asseuerans ꝙ filii matris suae dimicauerunt non contra eam: sed in ea: & post hoc bellum quod in ea gesserunt: constituerũt eam uinearũ custodem: nõ unius uineae: sed multarũ. Astruit aũt haec eadem: ꝙ praeter has quas a filiis matris suae custodire posita est: habuerit aliam propriam uineam quam non custodierit. Haec est propositi dramatis fabula. Sed nunc inquiramus/ quae sit mater sponsae huius: quam haec allegat: qui sint etiam filii eius qui dimicauerunt in

ea: & confecto bello / tradiderint ei uineas quas cu/
stodiret:quasi quæ non potuisset seruare eas:nisi ab
illis dimicatum fuisset.Illam uero /suscepta aliarum cu/
stodia uinearum:propriam uineam noluisse: uel non
potuisse seruare.Ad Galathas Paulus scribens ait.Di
cite mihi:qui sub lege uultis esse:legem nõ audistis?
Scriptum est enim:quõ Habraã duos habuit filios:
unum ex Ancilla:& unum de Libera:sed iis quidem q
de Ancilla/ sm carnem natus est:qui uero de Libera/
sm repromissionem quæ sunt allegorica.Hæc enim
sunt duo testamenta:unum quidem in monte Syna
in seruitutẽ generans:quæ est Agar.Syna enim mõs
est in Arabia:qui confertur huic / quæ nunc est Hie/
rusalem:& seruit cum filiis suis.Quæ autem sursum
est Hierusalẽ: Libera est:quæ est mater oium nrum.
Hãc ergo Hierusalem cœlestem/dicit esse Paulus &
suam/& oium nostrum credẽtium matrem. Deniq;
addit in posterioribus/& dicit:propter quod fratres
nõ sumus filii Ancillæ/sed Liberæ:qua libertate libe
rauit nos Christus.Euidenter ergo Paulus pronun/
ciat: q omnis qui per fidem a Christo consequitur
libertatem:filius sit Liberæ:& hanc dicit esse sursum
Hierusalem/quæ Libera est:quæ est mater omnium
nostrum.Huius ergo matris/& ipsa sponsa filia esse
intelligitur:in his qui dimicauerunt in ea:& consti/
tuerunt eam custodem uinearum.Vnde uideantur isti:
qui tñ potestatem habuerint:ut & bellum gererent
in ea:& ordinarent eam uinearum custodem:non cu/
iuscunq; humilis:aut contẽnendi loci fuisse. Possu/
mus ergo/& apostolos Christi accipere filios matris
sponsæ:hoc est Hierusalẽ filios cœlestis:qui pugna/
uerunt prius in ista/quæ ex gentibus congregat̃.Pu
gnauerũt autem ut uincerent in ea illos:quos prius
habuit infidelitatis/& inobædientiæ sensus:& oẽm
elationem:extollentem se aduersus sciam Christi:si/
cut Paulus dicit. Cogitationes destruentes: & oẽm
altitudinem extollentem se aduersus scientiam Chri/
sti. Pugnauerunt ergo non aduersus eam: sed in ea:
hoc est in sensibus/& corde eius:ut destruerẽt:& de/
pellerent omnem infidelitatem:omne uitium: om/
nesq; doctrinas:quæ ei inter gentes positæ:falsis so/
phistarum assertionibus inoluerant.Fuit ergo aposto/
lis christi grande bellum:donec ex ea mendacii tur/
res/& muros peruersæ doctrinæ subruerent: donec
iniquitatis argumenta ꝓsternerent:& operãtes hæc/
atq; succẽdentes in corde eius dæmones debellarẽt.
Vbi ergo effugauerunt ab ea omnes sensus infideli/
tatis antiquæ:non eam relinquunt ociosam:ne for/
te ꝑ ocium rursus antiqua surrepant:& redeant/quæ
depulsa sunt:sed dant ei opus: quod agat: & consi/
gnant ei custodiam uinearum. Vineas accipiamus sin/
gula quæcunq; uolumina legis/ac prophetarum. Erat
enim unusquisq; eorum / sicut ager plenus: quem be/
nedixit dñs.Hæc ergo isti uiri fortes/post uictoriam/
bella seruanda ei:& custodienda consignant: nõ.n.
relinquunt eam(ut diximus)ociosam: sed & euan/
gelistarum scripta / atq; ipsorum apostolorum literas/

possumus similiter uineas accipere: quas huic quæ
ex gentibus congregatur / pro qua etiam dimicaue/
runt:custodiendas/colendasq; tradiderunt. Quod
uero ait:quia suam propriam uineam nõ custodie/
rit:illam possumus eruditionẽ dicere: qua unusqsq;
exercebatur ante fidem: quã sine dubio/credens re/
linquit:ac deserit:& ea quæ sibi lucra uidebantur:di
cit ꝓpter Christum detrimenta.Sicut & Paulus glo
riatur legis obseruantias/& omnem iudaicæ institu/
tionis gloriã:fuisse sibi ut stercora:tñ ut in christo i/
ueniretur:nõ habens suam iustitiam:quæ ex lege est:
sed iustitiam quæ ex deo est.Sicut ergo Paulus/acce/
pta christi fide:non custodiuit uineam suam: iudai/
cæ scilicet traditionis obsequia:& iccirco fortasse nõ
custodiuit: quia cum plantata esset a deo uitis uera:
conuersa est in amaritudinem uitis aliena:& erat iam
uitis Sodomorum/uinea eorum:& palmes eorum ex
Gomorra:& botrus amaritudinis in eis:& furor dra
conum/uinum eorum: & furor aspidum isanabilis: ita
& apud gentes erãt plurimæ huiusmodi doctrinæ:
quas post illa bella/qbus pro fide / & agnitione chri
sti a doctoribus dimicatum est:superatas dicit: puto
q oino criminis loco ducatur.Si custodierit aliquis
huiusmodi uineas: & agrum colat/ultra uenenatis/
& noxiis consitum disciplinis:nec mireris/si his cul/
pis aliqñ fuisse uideatur obnoxia/hæc quæ ex natio/
num dispsione colligitur: & iam christo spõsa præ/
paratur.Recordare qũo prima mulier seducta est: &
in præuaricatione facta:quæ non aliter salua fieri di/
citur:nisi per filiorum generationem:illorum dũta/
xat:qui permanent in fide/& charitate cum sanctita/
te.Hoc ergo quod de Adam/& Eua scribitur:sic as/
seuerat Apostolus.Mysterium magnum est in Chri/
sto:& in ecclesia: qui eam ita dilexit: ut semetipsum
traderet pro ea:cum esset adhuc impia hæc ipsa:sicut
ipse dixit. Cum enim adhuc sm tempus/impii esse/
mus:christus pro nobis mortuus est.Et iterum:quia
cum adhuc essemus ifideles:christus pro nobis mor
tuus est.Non ergo mirum est:si hæc quæ seducta:&
in præuaricatione facta/& quæ impia sm tẽpus fuit:
& peccatrix / talem dicatur uineam coluisse eo tẽpo/
re:cum adhuc impia erat:quam relinquere debuerit:
& nequaq̃ omnino seruare. Quod si etiam tertium
explanationis locum placet exequi: referamus hæc
ad unamquãq; animam:quæ conuersa ad deum:&
ad fidem ueniens:patitur sine dubio cogitationum
pugnas/& obluctationes dæmonum:reuocare eam
nitentium ad prioris uitæ illecebras:uel infidelitatis
errorem.Sed ne hoc fiat:ne ue rursum dæmonibus/.
in ea tantum liceat:prospexit diuina prouidentia:ut
paruulis quibusq; / & his qui pro semetipsis aduer/
sus astutias diaboli:& dæmonum pugnas dimicare
non possunt:utpote infantes adhuc / & lactantes in
christo:daret angelos propugnatores/& defensores:
qui uelut tutores / & procuratores constituti sunt a
deo eorum qui in infima ætate positi/pro semetip/
sis(ut diximus)pugnare nõ possunt.Et ut hoc cum
maiori

maiori fiducia agant:cõceditur eis ſemper uidere fa/
ciem patris/qui in coelis eſt: & iſtos puto eſſe paruu/
los:quos uenire ad ſe Chriſtus iuſſit: & non ſinit ꝓ/
hiberi:& quos ſemꝑ dixit uidere faciem patris. Nec
tibi contrarium uideaẽ:ſi eos/hæc aĩa quæ ad deum
tendit:matris ſuæ filios appellat. Si enim aĩaꝝ mater
Hieruſalem coeleſtis eſt:& angeli nihilominus coele/
ſtes noĩantur:nihil diſſonans uidebitur: ſi hi qui ſi/
militer/ut ipſa coeleſtes ſunt:ab ea filii mřis appellan
tur. Super oĩa autem/congruum uidebitur/& cõue/
niens:ut quibus unus eſt pater deus:una ſit Hieruſa/
lem mater. Quod uero ait. Vineam meam nõ cuſto/
diui:inſtituta illa/ac mores/& ꝓpoſitum in quo exer
cebatur:ſm ueterem hoĩem uiuens: indicare uidetur
laudabiliter a ſe non eſſe ſeruata:ex quo autem adiu/
torio angeloꝝ dimicauit:& uicit eam:penitus a ſe ef/
fugauit ueterem hoĩem cum actibus ſuis:cõſtitutaqꝫ
eſt ab eis uineaꝝ cuſtos:ſenſuum ſcilicet/& dogma/
tum diuinoꝝ:ex quibus poſſit uinum bibere:quod
lætificet cor eius. Annuncia mihi/quẽ dilexit anima
mea:ubi paſcis:ubi cubas in meridie:ne forte efficiar
ſicut adoperta ſuper greges ſodalium tuoꝝ. Adhuc
ſponſa loqtur etiam hæc:ſed ad ſponſum:& nõ iam
ad filias Hieruſalem. Igitur ab initio ubi ait. Oſcule/
tur me/uſqꝫ ad hunc locum ſuꝑ greges: cuncta quæ
dicta ſunt uerba ſunt ſponſæ. Sed primo/ſermo eius
ad deũ factus eſt:ſecundo/ad ſponſum:tertio ad ado
leſcentulas:inter quas & ſponſum/media quædam
(ut ſe dramatis huius ſpecies hẽt) quaſi Meſocho/
rus effecta:nunc ad ipſum:nunc etiam ad filias Hie/
ruſalem rñdens/dirigit uerba. Hoc ergo nũc ultimos
ſermones ſuos ad ſponſum facit:requirẽs ab eo ubi
paſcat in meridie:ubi collocet gregem:uerẽs nedum
requirit eum:incurrat in ea loca ubi ſodales ſponſi lo/
catos/per meridiem greges ſeruant. Oñditur autem
per hoc/quia ſpõſus hic etiam paſtor ſit. In ſupiori/
bus aũt didiceramus eum eſſe/& regem/pro eo ſine
dubio/ꝙ hoĩes regat:paſtorem uero/pro eo ꝙ oues
paſcat:ſponſum autem/pro eo ꝙ habeat ſponſam:
quæ cum eo regnet:ſm ꝙ ſcriptum eſt. Aſtitit regina
a dextris tuis/in ueſtitu deaurato. Hæc interim con/
tinet dramatis ipſius: qui eſt quaſi hiſtoricus ordo.
Nunc autem requiramus intelligentiam myſticam:
& ſi oportet præuenire paululum ea: quæ in poſte/
rioribus proferenda eſt:quo quis effectus ſit horum
ſodalium pateat:memoremus illud quod ſcriptum
eſt:quia reginæ ſunt. lx. ſed & ex his oĩbus una ſit co/
lumba & una perfecta/ac particeps regni:cæteræ ue/
ro iam inferiores ſunt quæ. lxxx. appellantur concu/
binæ. Adoleſcẽtulæ uero quaꝝ numerus nullus eſt:
poſt ordinem concubinaꝝ ponuntur. Iſtæ aũt oẽs
animarum eaꝝ differentiæ ſunt:quæ in Chriſto cre/
dentes diuerſis ei affectibus ſociantur. Vt(uerbi gra/
tia)dicamus. Omnem eccleſiam/per illam figuram
corpus eſſe Chriſti/Apoſtolus dicit:in quo corpore/
diuerſa membra eſſe pronunciat:& alios eſſe oculos:
alios manus:alios etiam pedes:& ſingulos pro ope/
rum/ſtudiorumqꝫ ſuorum meritis:in membra cor/
poris huius aptari. Secũdum autem ſpeciem/& hæc
intelligenda ſunt:& alias quidem aĩas putandum eſt
in hoc ſponſali dramate/quæ magnificentiori affe/
ctu/ſponſo/atqꝫ illuſtriori ſociantur:apud eum regi/
naꝝ loco/& affectu haberi: alias quaꝝ inferior ſine
dubio in profectibus/& uirtutibus honor eſt:cõcu/
binaꝝ loco duci:& alias adoleſcentulaꝝ:quæ uiden
tur extra aulam quidem poſitæ:non tñ extra urbem
regiam. Poſteriores uero/& poſt oẽs/quæ ſupra me/
moratæ ſunt:eſſe eas aĩas:quæ oues appellãtur. Si ue
ro perſpiciamus attentius/adhuc fortaſſis etiam ha/
rum oĩum ineniemus inferiores alias:& ultimas om
nium:illas ſcilicet/quæ in ſodaliũ eius gregibus nu/
merantur:& ipſi enim hñe greges quoſdam dicunẽ:
in quos non uult ſponſa incurrere:& ob hoc petit a
ſponſo:ut annũciet ſibi ubi paſcat:ubi meridiem fa/
ciat:ne forte(inquit)efficiar ſicut adopta/ſuper gre/
ges ſodalium tuoꝝ. Quæritur ergo ſodales iſti/qui
habere quoſdam greges dicũtur:utrum ſponſo ope/
ram dantes:& ſub ipſo uelut paſtoꝝ principe agen/
tes/hoc faciant:qñquidem ſodales eius noĩantur:an
proprium aliquid & ſequeſtratum habẽtes:& quod
non ſit cum animo ſponſi:quandoquidem refugit
ſponſa:& ueretur:ne forte incurrat ſodalium greges:
dum ſponſum ſuum requirit. Sed & quod dixit/ne
forte efficiar non adoperta:ſed ſicut adopertæ:requi/
re ne forte intuat per hoc eſſe aliquas ſodalium quaſi
ſponſas:habentes etiam ipſas habitum ſponſalem:&
eſſe adopertas:& ſicut Apoſtolus dicit:uelamen/&
poteſtatem habentes ſuꝑ caput:& ut manifeſtior ſer/
monis huius explanatio fiat:iterum quaſi dramatis
ordine/quod dicitur:exequamur. Expoſcit ab ipſo
ſponſo ſuo ſponſa: ut ei locum ſecreti ſui indicet/&
quietis:quandoqdem amoris impatiens: etiam per
meridiem cupit audire ſpõſum:eo ꝑcipue tempore/
quo clarior lux/& ſplendor diei ꝑfectus/& purus eſt:
ut aſſiſtat ei oues paſcenti:uel refrigeranti:& ſtudioſe
uult uiam diſcere:qua ire ad eũ debeat: ne forte ſi nõ
fuerit edocta/itineris huius/anfractus:icurrat greges
ſodalium:& uideaẽ ſimilis eſſe alicui illaꝝ:quæ ado/
pertæ ueniũt ad ſodales eius:nec pudoris curam ge/
runt:aut uerenẽ paſſim diſcurrere:& multis appare/
re. Ego aũt quæ a nullo(inquit)alio uideri uolo:ni/
ſi a te ſolo:ſcire deſydero: quo ad te itinere ueniã: ut
ſecretũ ſit:ut nemo ſit medius:ut malus arbiter pere/
grinus:& alienus nõ occurrat. Et forte ob hoc reqrit
iſta loca:in qbus paſcit ſponſus oues ſuas:& oñdit ei
uerecũdiam ſuã:pro qua nõ uult incurrere greges ſo
dalium:ut ille ſegreget oues ſuas/a ſodalibus:& ſeor/
ſum paſcat:ut nõ ſolum ſpõſa non uideatur ab aliis:
ſed & arcanis & ineffabilibus myſteriis ſpõſi ſecretius
perfruatur. Nũc ergo uideamus ꝑ ſingula:& primo
qdẽ uide/ſi poſſimus dicere:ꝙ dñs cuius portio fuit
Iacob:& funiculus hæreditatis eius Iſrael:ipſe intelli
gendus ſit ſpõſus. Sodales uero/angeli illi:ad quoꝝ
numeꝝ:cũ diuideret excelſus gentes:& diſpgeret fi/

lios Adam: statuit terminatos gentium fm numerũ
(ut ait) angelorũ dei: & isti sint fortassis greges soda/
lium sponsi: gentes cũctæ: quæ uelut pecora/sub an/
gelis pastoribus constitutæ sunt. Grex uero sponsi il
le ouium dicatur: de quibus ipsa in euangelio ueri/
tas dixit. Oues meæ/uocem meã audient. Vide enim
& obseruanter intende: quoniam dixit oues meæ/
quasi sint & aliæ oues/quæ non sint eius: & ipse in
aliis dixit: uos nõ estis de ouibus meis: quæ singula/
huic occulto mysterio cõuenienter uidebũtur apta/
ri. Quæ si ita se habent: competenter sponsa uniuscu
iusq; sodalium gregem/sponsam eius itelligi uoluit:
quã adopertam noiauit. Sed quoniam certa erat: q
super oẽs illas sponsa esset: nõ uult similis uideri ali/
cui illarum: utpote quæ sciret tñ se debere præcellere
illas sodalium sponsas/quas sponsa nominat uelut
adopertas: quãtum eminentiæ sponsus suus habeat
ad sodales. Sed & pro hoc/adhuc uidebitur percun/
ctandi causas habuisse: quãdoqdem boni pastoris
scit esse studium: ut optima ouibus pascua requirat:
& ut uiridãtia/atq; opaca quæq;/ad requiem/nemo/
ra/meridiani æstus inueniat. Quod quidem sodales
sponsi facere nesciũt: nec intelligẽdis pascuis aut sciẽ/
tiæ tñ: aut sollicitudinis gerant: & ob hoc dixit. An/
nuncia mihi: ubi pascis/ubi cubile habes in meridie:
cupiens tempus scilicet illud/quo copiosius mũdo
lumen infunditur: quo magis merus est dies/& pu/
rior: & florulentior est lux. Tunc inquit. Annuncia
mihi o tu/quem dilexit aia mea: ubi pascis: ubi cubile
habes in meridie: ne forte efficiar/ut adoperta/super
greges sodalium tuorũ. Nouo nunc nomine sponsa
appellauit sponsum: sciens enim ipsum esse filiũ cha/
ritatis: imo ipsum esse charitatẽ: quæ ex deo est: quasi
uocabulum ei istud posuit: quem dilexit aia mea: &
tñ non dixit quem dilexit: sed quem dilexit aia mea:
sciens nõ qualicũq; dilectione: sed ex tota aia/& ex to
tis uiribus: & ex toto corde: habẽdam esse dilectionẽ
sponsi: ubi pascis inquit: & ubi cubile habes. Puto
aũt q & ꝓpheta de hoc loco: quem nunc sponsa di/
scere ab spõso desyderat & audire: ẽt ipse sub eodem
positus pastore: dicat. Dñs regit me: siue ut in aliis le/
gimus: dñs pascit me: & nihil mihi deerit. Et qm̃ scie/
bat alios pastores: uel ignauia: uel imperitia facientes
greges in locis aridioribus collocare: & de hoc opti/
mo pastore dñs dixit. In loco uiridi ibi me colloca/
uit. Super aquam refectionis educauit me/ostẽdens
pastorem hũc: non solum abundãtes aquas ouibus
suis: sed & salubres/& puras: & quæ per oia reficiãt/
ꝓuidere. Sed qm̃ ab hoc statu/quo ut ouis sub pa/
store deguerat: conuersus ad rõnabilia in excelsiora
profecit: idq; adeptus est per conuersionem: subiun/
xit/& dixit: aiam meam conuertit. Eduxit me sup se/
mitas iustitiæ/ꝓpter nomen suum: hinc uerum ostẽ
dens: quandoqdem in hoc ꝓficeret: ut iustitiæ ince/
deret uias. Iustitia autem sine dubio/impugnantem
se iniustitiam patitur: & necesse est eum qui iustitiæ
iter incedit: habere pugnas aduersantium: fide cõuer

sus/& spe. Dicit ergo de eis. Nam si ambulem in me/
dio umbræ mortis: non timebo mala: quoniam tu
mecum es. Post hæc uero quasi gratiam referens ei:
q se pastoralibus imbuerat disciplinis. Virga (inqt)
tua/& baculus tuus: quibus institutus uideor ad pa/
storis officium: ipsa mea consolata sunt. Hinc uero/
ubi uidit se a pastoralibus pascuis/ad rationabiles ci/
bos/& mystica secreta translatum: addit: & subdit.
Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos: qui
tribulãt me. Impinguasti in oleo caput meum: & ca/
lix meus inebrians/q̃ præclarus est: & misericordia
tua subsequetur me/oibus diebus uitæ meæ: ut inha
bitem in domo dñi in longitudine dierum. Illa er/
go prima/idest pastoralis istitutio/initium eorũ fuit:
ut in loco uiridi collocatus: super aquam refectionis
educaretur. Hæc uero quæ sequũtur: de profectibus
ad perfectionem requiruntur: & qm̃ de pascuis/&
uiriditate ꝓposuimus: conueniens ẽt uidetur de euã
geliis confirmare: quæ diximus. Inueni etiam ibi pa
storem hunc bonum/de pascuis ouium differẽtem:
ubi ad hoc/q pastorem se profitetur: etiam ostium se
esse cõmemorat: & dicit. Ego sum ostium: per me si
quis introierit: saluabitur: & ingredietur: & regredie/
tur: & pascua inueniet. Hunc ẽt nunc sponsa præcũ/
ctatur: ut ab eo audiat/& discat: in qbus pascuis oues
agat: uel in quibus amœnitatibus/meridianos per/
curret æstus: meridiem appellans/illa scilicet cordis
secreta: quibus clariorem scientiæ lucem/a uerbo dei/
anima consequitur. Hoc enim tempus est/quo sol
excelsiorem circuitus sui uerticem tenet. Siquando
ergo sol iustitiæ Christus/ecclesiæ suæ excelsa/& ar/
dua uirtutũ suarum secreta manifestat/amœna eam
pascua cubiliaq; meridiana/uidebitur edocere. Nam
cum adhuc initia habet discendi: & prima (ut ita di/
cam) ab eo scientiæ suscipit rudimenta: tunc dicit ꝓ/
pheta. Et adiuuabit eam mane diluculo. Nunc ergo
quia perfectiora iam quærit: & excelsiora desyderat:
meridianum scientiæ lumen exposcit. Hinc puto &
Habraæ post multas eruditiones: quibus apparens
sibi deus imbuit eum de singulis/& docuit. Post re/
fertur quia uisus sit ei deus ad quercum mãbræ/se/
denti ad ostium tabernaculi sui/meridie. Sed respi/
ciens (inquit) oculis suis & uidet: & ecce tres uiri sta/
bãt super eum. Quod si credimus hæc per spiritum
scm̃ scripta: nõ puto frustra placuisse diuino spiritui:
ut etiam tempus/& hora uisionis/scripturæ paginis
mãdaretur: nisi & horæ istius/& tẽporis ratio aliqd
conferret ad scientiam filiis Habraæ: quibus utiq; si/
cut opera Habraæ faciẽda: ita & uisitationes istæ spe
randæ sunt. Quis enim potest dicere: nox præcessit:
dies aũt appropinquauit: sicut in die honeste ambu/
lemus: nõ in cõmessationibus/& ebrietatibus: nõ in
cubilibus/& ĩpudicitiis: nõ in cõtentione & æmula/
tione: & cũ hæc oia trãsierit sup gressus: uidebit tem/
pus hoc: qd' nox pcessit: & dies appropinquauit: &
festinare nõ ad initium diei: sed ad meridiem: ut &
ipse ad gratiam perueniat Habraæ? Si enim lux quæ

in ipſo eſt mētis:& puritas cordis/clara fuerit/& ſplē
dida:iſte meridianum tēpus in ſemetipſo habere ui/
debitur:& per hanc puritatem cordis/quaſi in meri/
die poſitus/deū uidebit:ſedens ad quærcum mam/
bræ:quod ad uiſionem iterꝓtatur. Apud uiſionem
ergo ſedet in meridie:qui uacat ad uidēdum deum.
Inde deniq; non dicitur:intra in tabernaculum : ſed
foris ad oſtium ſedere tabernaculi . Foris etenim eſt/
extra corpus poſita mens eius:qui lōge eſt a corpo/
ralibus cogitationibus : lōge a carnalibus deſyderiis
& ideo ab his oibus foris poſitū uiſitat deus . Eiuſ/
dem quoq; eſt myſterii : ꝙ & Ioſeph cum & fratres
ſuos ſuſcepiſſet in ægypto:in meridie eos paſcit:& in
meridie adorant eum/cū muneribus . Propterea de/
niq; puto & de his : quæ iudæi in ſaluatore cōmiſe/
runt:nullum euāgeliſtaꝝ uoluiſſe ſcribere : quia me/
ridie hæc geſta ſunt:cum utiq; ſexta hora / non aliud
ꝗ meridianum tp̄s oſ̄dat:nullus tñ meridiem nomi/
nauit. Sed Matthæus ita dixit : ab hora autē ſexta te/
nebræ factæ ſūt ſup oēm terrā:uſq; in horā nonam.
Lucas uero:erat iam quaſi hora ſexta : & tenebræ fa/
ctæ ſunt ſup oēm terram:uſq; in horam nonam:de/
ficiente ſole . Sed & Marcus . Cum autem eſſet facta
hora ſexta : tenebræ factæ ſunt ſuper oēm terrā : uſq;
in horam nonam. Vnde apparet:quia in uiſitatione
quidem Habraæ : & in conuiuio patriarchaꝝ/apud
Ioſeph non indigebat:ut tp̄s iſtud ſub noie ſexti nu/
meri ſignificaretur:ſed ut meridies diceret̄ . Volebat
enim ſponſa quæ iam tunc in illis adumbrabatur:di
ſcere ubi paſceret ſponſus:& ubi hēret cubile:& ideo
meridiem noiat. Euangeliſtæ uero/in his quæ narra/
bant nō meridianum tp̄s:ſed horæ ſextæ numerum
requirebant:ad enarrandum ſcilicet ſacrificium ho/
ſtiæ eius quæ oblata eſt in die paſchæ/pro redēptio/
ne hois:qui in die ſexta formatus eſt a deo : poſtea ꝗ
terra produxit aiam uiuentem : ſm genus / quadru/
pedia/ & repentia / & beſtias terræ . Ob hoc igitur in
præſenti loco/illuminari ſpōſa deſyderat pleno ſciē/
tiæ lumine:ne per imperitiam/errans in aliquo:ſimi
lis efficiatur illis doctoꝝ ſcholis:quæ non per ipſam
dei ſapientiam:ſed per philoſophoꝝ/ & principum
huius mundi exercentur. Hoc enim & Apoſtolus di
cere uidetur in eo/ubi ait. Quia loquimur dei ſapien
tiam/in myſterio abſconditam:quam nemo princi/
pum huius mundi cognouit. Et iteꝝ hæc eadem ſi/
gnificat cum dicit. Non enim ſpiritum huius mun/
di accæpimus:ſed ſpiritum q ex deo eſt : ut ſciamus/
quæ a deo donata ſunt nobis. Ob hoc ergo requirit
ſponſa/chriſti meridiana cubilia:& plenitudinē ſciē/
tiæ poſcit a deo:ne uideatur eſſe ſicut una ex philoſo
phoꝝ ſcholis:quæ adoperta noiatur : pro eo ꝙ ple/
nitudo ueritatis apud eos tecta eſt/& adopta . Spōſa
autem chriſti dicit. Nos autem reuelata facie/gloriam
dei ſpeculamur. Niſi cognoueris te o bona/ſiue pul
chra inter mulieres:egredere tu in ueſtigiis gregum:
& paſcē hædos tuos in tabernaculis paſtoꝝ. Vnius/
Chilonis ſcilicet / ex ſeptem:quos apud græcos ſin/
gulares fuiſſe in ſapientia/fama concelebrat : hæc iter
cætera/mirabilis fertur eſſe ſententia:qua ait. Scito te
ipſum : uel cognoſce teipſum . Quod tñ Salomon/
quem præceſſiſſe omnes hos/tempore/& ſapientia:
ac reꝝ ſcientia/in ꝓfatione noſtra docuimus:ad ani/
mam/quaſi ad mulierem / ſub cōminatiōe quadam
loquens:dicit. Niſi cognoueris temetipſam / o pul/
chra inter mulieres/ & agnoueris pulchritudinis tuæ
cauſas:inde deſcendere / ꝙ ad imaginem dei facta es:
per quod ineſt tibi plurimum naturalis decoris : &
cognoueris ꝗ pulchra eras ex initio:ꝗuis & nūc iam
ꝓcellas cæteras mulieres:& pulchra inter eas ſola di/
caris:tamen niſi cognoueris teipſam quæ ſis : nō.n.
ex comparatiōe inferiorum/uolo bonam uideri pul
chritudinem tuam:ſed ut tibi ipſi / & decori tuo/col/
lata/atq; exæquata/reſpondeas. Quod niſi feceris:iu
beo te exire:& in ultimis gregum ueſtigiis collocari:
& iam non oues/neq; agnos ſed hædos paſcere:illos
uidelicet:qui pro prauitate/& laſciuia/a ſiniſtris ſta/
tuti ſunt:regis in iudicio præſidentis:& cum tibi in/
troductæ in cubiculum regum oſ̄derem/quæ ſum/
ma ſunt bona:ſi non cognoueris temetipſam:oſten
dam tibi etiā quæ ſunt ultima mala:ut ex utroq; ꝓfi/
cias:tam malorum metu:ꝗ bonorum deſyderio . Si
enim neſcieris temetipſam:& in ignorantia tui uixe/
ris : nec ſcientiæ ſtudium geſſeris : ſine dubio nec ta/
bernaculum proprium habebis:ſed & per paſtorum
tabernacula diſcurres : & nunc in illius tabernaculis
paſtoris paſces hædos:inquietum animal/ac uagum:
& peccatis deputatum. Hæc autem patiens eris:do/
nec rebus ipſis/& experimentis/intelligas:quantum
mali ſit/animā neſcire ſeipſam:neq; pulchritudinem
ſuam:per quam ꝓcellat cæteras nō uirgines:ſed mu/
lieres:illas ſcilicet quæ corruptionem paſſæ ſunt:nec
in uirginitatis integritate permanſerunt . Hæc ſunt/
quæ ſponſus poſt illa omnia quæ locuta fuerat ſpō/
ſa:auſtera quadam cōminatione/ſponſæ animos ad
agnitionis ſuæ curam ſuſcitans : per ordinem pro/
poſiti dramatis dicit. Sed nunc conſequenter:ut cæ/
tera ad chriſtum hæc/ & ad eccleſiam referamus:qui
ad ſponſam ſuam:ad animas ſcilicet credentium lo/
quens:ſummam ſalutis/ & beatitudinis in ſciētiæ agni/
tione conſtituit. Quomodo ergo anima cognoſcat
ſemetipſa;:nec facile puto/nec breuiter explicari poſ/
ſe:tamen pluribus/pauca ex multis / aperire tentabi/
mus. Videtur ergo mihi duplici modo:agnitionem
ſui aiam capere/debere. Quid qdem ſit ipſa : & qua/
liter moueatur:ideſt quid in ſubſtātia : & quid in af/
fectibus habeat : utputa / ut intelligat ſi boni affectus
ſit:aut non boni:aut recti propoſiti:aut non recti:&
quidem ſi recti ſit:ſi erga omnes uirtutes/eūdem te/
norem habeat:tam in intelligendo : ꝗ in agendo:an
erga neceſſaria tm̄/& quæ in prōptu ſunt . Et utrum
in eo ſit:aut recipiat profectus:ut augeatur in intelle/
ctu reꝝ/augmētoq; uirtutū:an in iſto ſtet/& reſideat:
in qđ potuit ꝑuenire:& utrum erga ſemetipſam tm̄
modo uacet excolēdam:an ut aliis prodeſſe/& con/

ferre aliquid utilitatis studeat: uel in uerbo doctrinae/ uel in exemplis gestorum posse. Si uero cognoscat semetipsam/ nō esse boni affectus: neq; recti propositi: in hoc ipso/ ut intelligat: utrum ei satis desit: & procul a uia uirtutum sit: an in ipsa iam posita sit: sciatq; uiuere/ & incedere iam conetur: cupiens quae in ante sunt apprehendere: & retro sunt obliuisci: sed nondum appropinquauerit: aut proxima quidem sit: nondū tamen ad pfectionem uenerit. Sed & utrum in eo/ opus uidetur esse animae cognoscentis semetipsam: scire si haec ipsa quae operatur mala: ea ex affectu & studio operetur: an fragilitate quadam/ & ut ille ait: quasi non uult agens: & quae odit faciens: & rursus ea quae bona sunt: affectibus/ & recto proposito/ gerere uideat. Verbi gratia. Si iracūdiam apud aliquos quidem cohibet: apud aliquos aūt effert: an semper eam cohibet: & apud nullum oino profert. Similiter & iustitiam: si in aliquibus quidem negociis uincit: in aliquibus aūt recipit: an in oibus omnino nō recipit. Ita & timorē: aliaq; similiter quae uirtutibus uidentur esse contraria: adhuc & istud opus est aiae cognoscentis se: si gloriae multum cupida sit: aut parum/ aut oino nihil. Quod inde colligit: si laudibus multum/ aut mediocriter delectetur: aut oino nihil: & si in obprobriis satis: aut parum/ aut oino nihil cōtristetur. Sed in dando/ & accipiendo: cognoscentis aiae semetipsam sunt quaedam indicia: si quod tribuit/ & praebuit ita cōmunicabili affectu: & quasi cui aequitatem haberi inter hoies placeat. An ut ille ait ex tristitia: aut necessitate: uel certe gratiam: siue ab accipiētibus: siue ab audientibus quaerens. Sed & in accipiendo/ aia quae cognoscit semetipsam: obseruabit: utrum indifferēter habeat ea quae accipit: an uelut super aliquo bona gaudeat. Sed & intellectu pensabit semetipsam huiusmodi aia: ut cognoscat/ an facile moueatur cuiuscunq; uerisimilitudinis iudicio: & subrepatur ei arte/ uel suauitate: uel calliditate sermonū: an raro hoc: an nunq̄ oino patiatur. Sed sufficiant haec/ in hoc agnitionis genere/ a nobis dicta. Possibile est enim uolēti horum similitudinem: & alia innumera colligere: qbus cognoscere semetipsam anima pbetur: & pulchritudinem suam quā ad imaginem dei/ in cōditione suscepit: si reparare/ ac restituere potuerit cōtemplari. Hoc igitur est/ quod praesens sermo sub specie mulieris/ aiam docet: ut cognoscat semetipsam: & ait. Nisi cognoueris temetipsam: hoc est nisi per singula/ quae supra memorauimus: duxeris sensus tuos: & discretionem singulorum tenueris/ quae agēda sint: quae cauēda: quid desit tibi: & quid abundet: qd emendandum sit: quid ue seruandum. Sed si uolueris indifferenter agere: inter caeteras aias cōmunis uitae hoium: quas hic mulieres appellat: iter quas/ tu pulchra es: utpote quae iam & oscula uerbi dei susceperis: & cubiculis eius arcana perspexeris: si inq̄ nō te cognoueris: sed indifferēter: & ut cōmune uulgus agere uolueris: exi in uestigiis gregum. i. esto in reliquo grege: si nihil egregium/ post haec oia quae in te collata sunt agis: neq; temetipsam cognoscēs: a conuersatione regali sequestraueris: & eris nō solum in grege/ sed in uestigiis gregum. Vltimus enim fiet & nouissimus: qui primatus suos nō intellexerit. Et ob hoc ubi iam scientiam neglexerit: necesse est ut circunferatur omni uento doctrinae/ ad deceptionem errorum: ita ut modo quidem/ apud illum pastorem. i. doctorē uerbi tabernaculum ponat: nūc uero apud alium: & sic ubiq; circūferatur: pascens nō oues/ quod est animal simplex: sed haedos lasciuos. s. & inquietos sensus/ atq; ad peccatum deputatos: diuersis doctoribus excolens/ ad hoc ipsum quaesitis: & haec erit poena culpae illius aiae: quae seipsam non custodierit agnoscere: & illum solum sequi pastorem: qui aiam suam posuit pro ouibus suis. Haec est una spēs: qua itelligere semetipsam aia in affectibus/ & actibus suis debeat. Illa uero alia pars pfundior est/ & difficilior: qua iubetur aia/ quae tū iam in mulieribus pulchra est/ agnoscere semetipsam. Quod si obtinere potuerit/ speret sibi bona oia: si minus: sciat exeūdum sibi post uestigia gregum: & pascēdum haedos in tabernaculis pastorum alienorum a se. Videamus ergo/ & incipiamus pro uiribus/ etiā huius partis agnitionem discutere. Dicit per pphetam sermo diuinus. Illuminate nobis lumen scientiae. Sed in donis spiritalibus unum qdem donū maximum est: quod per spm̄ sanctum ministratur: sermo scientiae: cuius sciētiae opus illud principale est: quod in euangelio sm̄ Matthaeū quidem ita dicit. Nemo nouit filium nisi pater: neq; patrem qs nouit nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare: in Luca aūt/ ita ait. Nemo scit: quid sit filius/ nisi pater: & nemo scit/ qd sit pater: nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare: sm̄ Ioānem uero/ ita scriptū est. Sicut agnoscit me pater/ & ego agnosco patrem. In xlv. uero psalmo dicit. Vacate/ & cognoscite: qm̄ ego sum deus. Legitur: principale munus scientiae est: cognoscere trinitatem. Secundo uero in loco/ cognoscere creaturam eius: sm̄ eum qui dicebat. Ipse enim noui horum quae sunt: scientiam ueram/ substātiam mundi: & uirtutem elemētorum: initium/ & finem: & medietatem temporum: & reliqua. Inter haec ergo/ aiae erit quaedam ēt sui agnitio: per quā scire debet quae sit eius substātiam: utrum corporea/ uel incorporea: & utrum simplex/ uel ex duobus/ aut tribus: an uero pluribus cōposita. Sed & iuxta quorūdam quaestiones: utrum facta/ an oino a nullo sit facta: & si facta sit: quomodo sit facta. Vtrum/ ut putāt aliqui: in semine corporali etiam ipsius substātia continetur: & origo eius/ pariter cum origine corporis traducitur: an perfecta extrinsecus ueniens/ parato/ iam & formato/ inter uiscera muliebria corpore/ inducitur: & si ita sit: utrum nuper creata ueniat: & tunc primum facta: cum corpus uidetur esse formatum: ut causa facturae eius animandi corporis/ necessitas extitisse credatur: an prius/ & olim facta/ ob aliquam causam/ ad corpus sumendum uenire aestimet: & si ex causa aliqua in hoc deduci creditur: quae illa sit cā: ut agnosci

possit:scientiæ opus est. Sed & illud requiritur:utrum semel tantum corpore induatur: & id postmodum depositũ ultra nõ quærat: an cũ semel susceptũ deposuerit/iterq̃ assumat:& si secundo sumptum/semper habeat:an aliquando iterum abiiciat. Et siqdem sm auctoritatem scripturarũ/consumatio immutetur mundi:& corruptibilis status hic/in icorruptibilem mutabitur:ambiguum nõ uideri:q̃ in præsentis uitæ statum secũdo aut tertio/in corpus uenire possit. Nam si recipiatur hoc:necessario sequitur:ut huiusmodi successionibus consequentibus/finem nesciat mundus:& adhuc cognitionem sui anima requirat: si est aliqs ordo:aut sũt aliqui spiritus/eiusdem substantiæ/cum ipsa:alii uero non eiusdem: sed diuersi ab ea:idest si sunt & alii spiritus rationabiles/ut ipsa est:& alii carentes ratione:& si eadem est ipsius/quæ & angelorũ substantia:qm̃ rationabile/a rationabili nequaq̃ differre creditur. Aut si non est quidem talis per substantiam:sed erit talis per gratiam:si meruerit: an non possit oĩno similis effici angelis:nisi hoc naturæ suæ qualitas/aut similitudo recepit. Reddi.n. posse uidebitur/quod amissum est: non tñ conferri id/quod ex initio/conditor non dederit. Sed & hoc adhuc ad cognoscendam semetipsam aĩa requirat:si uirtus aĩæ eius accedere potest:& decedere/an est immutabilis:an acquisita semel/ultra nõ defluit. Et qd opus est plura cõmemorare? quibus ex causis semet ipsam cognoscat aĩa? ne forte/si neglexerit pfecte semetipsam cognoscere:exire iubeatur in uestigiis gregum:& pascere hædos/& hoc non in proprio tabernaculo:sed in tabernaculis pastorũ: cum præsto sit/uolenti hæc persequi largissimas occasiones/ex his quæ supra memorauimus sumere:in qbus sese exercere in sermone scientiæ pro uiribus possit. Dicãtur uero hæc a uerbo dei/etiam ad aĩam quæ in pfectibus quidem posita est:nõdum tñ ad summam perfectionis ascendit:quæ pro eo quidem/q̃ proficit:pulchra dicitur. Vt autem peruenire possit/quo ad imperfectionem fiat:ad eam cõminatio necessaria. Quod nisi per ista singula quæ supra diximus/semetipsam cognouerit:uigilanter exercuerit in uerbo dei:& lege diuina:continget ei de his singulis/opiniones colligere diuersorũ:& sequi homines/nihil egregium:nihil ex spiritu sancto locutos:hoc est enim ire in uestigiis gregum:& eorum doctrinam sectari:qui ut si ipsi permanserint peccatores:nullum peccantibus remedium puidere potuerint. Quos qui sequitur hædos/utiq̃ qui peccatorum indicium tenent:uidebitur pascere:circuiens tabernacula pastorum:diuersas scilicet sectas philosophorũ. Intuere ergo plenius/q̃ terribile est/qd' sub hac adumbratur figura. Exi (inquit) in uestigiis gregũ. Quasi ad eam loquit̃/quæ intus iam sit anima:& intra mysteria collocatos:pro eo tamen/q̃ negligat semetipsam cognoscere: & requirere quid sit:& quid uel qũo agere debeat: quid ue nõ agere:dicitur ei:exi tu/quasi quæ ob hanc desidiæ culpam/foras mittat̃ ab eo:qui præest. Sic ingẽtis aĩæ periculum est:scientiam sui/agnitionemq̃ negligere. Sed fortasse/quia duplicem expositionem dedimus agnitionis suæ animæ:uidebitur cuipiam/sm eam quidem/quæ de moribus/& de actibus suis discutere negligit: & inquirere de profectibus suis: aut perscrutari de uitiis: merito ei dici: exi per quod uideatur quasi de interioribus/foras propelli. Si uero sm æditionem aliam/qua diximus:q̃ naturam/substantiamq̃ suam agnosci debeat:& statum uel in quo fuerit:uel in quo erit:graue credetur. Quæ enim facile talis anima inuenietur ita perfecta: ita præpotens: cui horum omnium ratio/& intelligentia pateat? Ad hoc respondebimus: quoniam sermo qui habetur in manibus:non ad omnes animas fit:neq̃ ad adolescentulas:hic quidem loquitur spõsus:neq̃ ad cæteras mulieres:neq̃ ad octoginta concubinas: aut sexaginta reginas: sed ad illam quæ inter omnes mulieres/sola pulchra dicitur/& perfecta. Vnde apparet ad dilectas quasq̃ aĩas hæc dici:quibus cum gratia multa sentiendi/& intelligendi/a deo data sit:negligunt tñ scientiæ partes: & cognoscendi semetipsas/nullum adhibent studium. His ergo cõminatur sermo diuinus: quia qbus multum datur: multum ex eis exigitur:& humilis qdem uenia/& misericordia/dignus erit:potentes autem potenter cruciabũtur. Si ergo/& tu aĩa quæ pulchrior es/& eminẽtior inter cæteras. Verbi gratia/doctoris negligas temetipsam:& in ignorantia tui maneas: qũo poterunt:uel hi qui ædificari desyderant instrui:uel conuinci/& argui/cõtradicentes? Digne ergo cum cõminatione quadam/ad eam dr̃. Exi tu in uestigiis gregum:& pasce hædos tuos/in tabernaculis pastorũ. Põt ad hoc trahi/ẽt illud qd' Moyses scribit. Quod si qua Israelitica mulier adulterauerit:lapidetur. Si uero filia sacerdotis:ignibus exuratur. Sic ergo iusta uidebitur esse cõminatio in eos/qui capaces esse possunt ad agnitionem/& scientiam:sed per desidiam negligunt. In quos iustissima indignatio spõsi est:quia scit unius negligentiam:cedere ad damna multorum. Similis enim uidebitur huiusmodi aĩa/uel illi qui acceptum denarium abscondit in terram:ne lucri aliquid ex eo pecuniæ dñs acqreret: uel illi quem occidisse dicitur deus:quia malignus erat/Onaz scilicet/qui accepta semina sciæ naturalis/posteritati inuidẽs pfundebat in terrã. Pastores quoq̃ (sicut & ante iam diximus) siqdem ad ecclesiam cõminationis hic sermo fit:mũdi huius principes accipiendi sunt:uel illi angeli:sub quorũ cura/reliquæ gẽtes habentur:siue forte in hoc: siue secretioribus:causis qbusdam seductæ. Si uero ad unamquãq̃ aĩam cõminatio ista referatur: quæ semetipsam negligit agnoscere:sapientes/& magistri huius sæculi/intelligendi sunt:docentes sapientiam huius mundi:ut in sũma/hoc itelligatur:quia necesse est animã eam/præcipue quæ bona/& pulchra est: sensibus/& igenio uigilans/cognoscere semetipsam: & dare operam ad agnitionem sui/per exercitia doctrinæ:& studia diuina:ac per hoc agi spiritui dei:&

spiritu adoptionis. Aut si talis hæc aia semetipsam
neglexerit:& a diuinis studiis declinauerit:necesse est
eam/operam dare studiis mādantis:& sapientiæ sæ/
culi:& agi spiritu mūdi huius:iterq; in timore.Quod
designat Apostolus/cum dicit.Nos autem/nō spm̄
huius mundi accæpimus: sed spm̄ qui est ex deo.Et
iterum. Nō accæpistis enim iterum in timore spūm
seruitutis:sed spm̄ accæpimus adoptiōis:in quo cla/
mamus Abba/pater.Hæc interim nobis de præsen/
ti loco occurrere potuerūt:nunc iam cōuertamur ad
cōsequentia.Equitatui meo/in curribus Pharaonis:
similem te arbitratus sum/ꝓxima mea.Historicus q/
dem sensus/hoc est quod uidetur ostēdere. Sicut(in/
quit)tunc in ægypto:cum Pharao ꝑsequens popu/
lum Israel:ꝓcessit in curribus: & equitatu: & meus:
hoc est dn̄i mei sponsi equitatus/longe præcellebat
currus Pharaonis:& præstātior erat:utpote qui illos
supauerit:& ī mare demerserit:ita tu ꝓxima mea/spō/
sa/præcellis oēs mulieres:similis effecta eqtatui meo:
qui Pharaonis curribus comparatus: potētior utiq;
est/& magnificētior:interim uidetur ordo sermonū
ipsorꝫ/uerborūq; directio.Videamus aūt ne forte:sm
intelligētiam mysticam/aias quæ sunt sub illo spiri/
tali Pharaone:& sub spiritalibus neqtiis positæ:cur/
rus dicat esse pharaonis:& quadrigas eius/quas ipse
agit:& ducit ad ꝑsequēdum populum dei:& ad op/
primēdum Israel.Certum enim est/quia tētationes/
& tribulationes:quas excitant dæmones sanctis:per
aias aliquas:excitant ad hoc ipsum aptas/& conue/
nientes.Quibus tanq̄ curribus ascensis/exagitant/&
impugnāt:uel ecclesiam dei/uel singulos quosdam
fidelium.De equitatu uero dn̄i:qui sit eius iste equi/
tatus:in Exodo qdem ubi supantur currus Pharao/
nis:demergūtur in mare:nihil legimus scriptum:ni/
si tm̄ q̄ dn̄s currus Pharaonis/& exercitum eius ꝓ/
iecit in mare rubrum.Inuenimus tn̄ quarto regnorꝫ
libro:q̄ Elisæus de aduētibus hostium/qui cum eq/
tatu/& curribus uenerāt:formidāti puero suo dicit:
Ne timeas:qm̄ plures sunt nobiscum:q̄ cum illis. Et
orauit(inqt)Elisæus:& dixit.Dn̄e aperi oculos pue
ri huius/ut uideat.Et aperuit dn̄s oculos eius:& ui/
dit. Et ecce mons plenus equitibus erat/& currus
ignei in circuitu Elisæi:q descēderant ad eum.Sed in
propheta Abacuc manifeste/& euidēter legimus de
equitatu dn̄i:& q̄ ascendant equos suos.Sunt ergo
scripturæ/uerba hæc.Nunquid fluminibus irasceris
dn̄e:aut in fluminibus furor tuus:aut in mari rubro/
impetus tuus:quia ascendens equos tuos:&equita/
tus tuus salus?Sunt ergo equi domini/quibus ascē/
dit:& equitatus eius. Quos ego/non alios esse pu/
to:q̄ illas animas quæ frenum disciplinæ eius acci/
piunt:& iugum portant suauitatis eius: & quæ spi/
ritu dei aguntur:& in hoc est eis salus. In reuelatio/
ne Ioānis legimus:q̄ apparuit ei equus:& sedēs sup
eum quidem fidelis/& uerus: & cum iustitia iudi/
cans:cuius nomen est/uerbum dei.Ait ergo. Et uidi
coelum apertum:& ecce equus albus:& qui sedebat

super eum:uocabatur fidelis/& uerus: & cum iusti/
tia iudicans/& pugnans:& oculi eius/sicut flamma
ignis:& super caput eius diademata multa:habentia
nomen scriptum/quod nemo nouit:nisi ipse:& ad/
opertus erat uestimētum sanguine cōspersum:& uo
cabatur nomē eius/uerbum dei:& exercitus eius erat
in coelo: & sequebantur eum in equis albis/induti
bissyno albo/puro.Sed opus est/gratia dei:quæ ho/
rum nobis aperiat intellectum:quo possimus aduer
tere:quid istæ indicent uisiones:qui sit equus albus:
& qui sit qui sedet super eum: cuius nomen est uer/
bum dei. Et forte quidem dicet aliquis album esse
equum:corpus quod assumpsit dominus: & quo/
ille qui in principio erat apud deum.Deus uerbum/
uel uestitus/uel uectus est. Alius autem animā dicet:
quam assumpsit primogenitus ois creaturæ: & de
qua dicebat:potestatem habeo ponēdi eam:& pote/
statem habeo iterq; sumendi eam. Alius uero utrūq;
simul/corpus/atq; aiam/quasi ubi peccatum nō fue
rit:equum dici album putabit. Alius adhuc quarto
loco/ecclesiam dicet:quæ & corpus eius noiatur/al/
bum uideri equum:quasi non habentem maculam/
aut rugā:quā sibi ipse sanctificauit/lauacro aquæ.Se/
cundum hæc aūt singula/ēt illa accipi quæ sequun/
tur militiam coeli/& exercitum uerbi dei:& qūo sin/
guli quiq; eorꝫ sequentes uerbum dei:equis albis se/
deant:& bissynis albis induantur & mūdis.Huic er/
go equo albo/quo ipse uehitur:qui uerbi dei appel/
latur:uel huic equitatui coelesti:qui eum seqtur in al/
bis nihilominus equis cōparat:& similem facit Chri
stus ecclesiam suā.In curribus aūt Pharaonis: uel ita
possumus accipere:ut quātum hic dn̄i eqtatus/equi/
tatum/& currus Pharaonis eminet/& præcellit:tan/
tum tu quæ pulchra es in mulieribus ꝓcellis & emi/
nēs oēs reliquas aias/quæ adhuc iugum Pharaonis
portant:& sessores eius patiuntur:uel certe q̄ equita
tus hic meus/qui lauacro aquæ mūdatus/purus/&
candidus factus est:& uerbum dei meruit habere ses/
sorem: ex curribus assumptus est Pharaonis. Inde
enim omnes ueniunt credentes:quia Christus uenit
in hunc mundum/peccatores saluos facere. Hoc er/
go modo potest explanari uersiculi huius sensus.
Equitatui meo/qui fuit ante in curribus Pharaonis:
& nunc seqtur me in equis albis:purificatus lauacro
aquæ:similem te arbitror proxima mea.Beatæ ergo
sunt illæ aiæ quæ dorsum suū curuauerunt:ut susci/
piant sessorem/uerbū dei super se:& frena eius patiū/
tur:ut quocūq; ipse uoluerit:flectat eas:& agat habe/
nis ꝓceptorꝫ suorꝫ:qa iam non ꝓpria uoluntate ince/
dunt:sed ad oia ducunt/& reducuntur uolūtate ses/
soris.Et fortassis uidebit sm hoc/q̄ ex multis aiabus
cōgregata est ecclesia:& exēplum uitæ accepit a chri/
sto: qd̄ nō tam ab ipsa deitate uerbi dei accepit:quæ
utiq; supeminet eos actus/uel affectus: qui ad exem/
plum dari hoibus debeant:sed illa aïa quæ assumpta
est ab eo:in qua fuit sūma ꝑfectio:illa sit ad exēplum
posita:& ipsa dicat hic ꝓxima mea:cuius similitudi/
nem habere

nem habere debeat ét ecclesia:quæ ex multis congre
gatur aiabus/illis scilicet/quæ prius fuerāt sub iugo:
& curribus Pharaonis:& equitatus dñi appellātur.
Quæ autem ex duabus expositio/conuenire magis
proposito uersiculo/uideatur:probabis etiam tu q
legis. Quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ:tanq̄ tur/
turis ceruix tua:sicut redimicula. Ordo dramatis hu
iusmodi/uidetur habere cōsequētiam:quod postea
q̄ austeriore usus est cōmonitione sponsus ad spon/
sam/protestatus ei:quod nisi cognosceret semetip/
sam:exitura esset in uestigiis gregum:& pasceret non
oues:sed hædos:erubuerit super austeritate pcepti:
sed & rubor uerecundiæ diffusus in uultu speciosas
effecerit genas eius:& multo q̄ fuerant pulchriores.
Non solum autem genæ / sed & ceruix eius tam de/
cora sit reddita:quasi monilium redimiculis ador/
nata. Pulchritudo ergo genarum:turturibus compara
tur:q per huiusmodi aues / simul honestas uultus/
& alacritas/indicetur. Hæc est historici dramatis ex/
planatio:sed ueniamus ad rē. Paulus apostolus scri/
bēs ad ecclesiam corinthiorū:ita ait. Corpus autem/
non est mēbrum unum : sed multa:& si dixerit pes/
quia non sum manus:non sum de corpore:non p/
pterea non est de corpore:& si dixerit auricula:quia
non sum oculus:non sum de corpore:non propte/
rea non est de corpore. Si totum corpus est oculus:
ubi est auditus:si totum auditus/ubi odoratus? Núc
autem deus posuit unúquodq; membrum in cor/
pore:sicut uoluit. Et cum plura disputasset:ad ulti/
mum dixit. Vos autem estis corpus christi : & mem/
bra ex parte. Et iterum ad Ephesios scribens / dixit.
Subiecti inuicem in timore christi. Mulieres uiris suis
subiectæ sint:sicut dño:qa uir caput est mulieris:si/
cut & christus/est caput ecclesiæ. Ipse saluator corpo/
ris:sed sicut ecclesia subiecta est christo:ita & mulie/
res uiris suis in oibus. Viri diligite uxores uestras:si/
cut & christus dilexit ecclesiam suam:& semetipsum
tradidit pro ea:ut eam sanctificaret lauacro aquæ/in
uerbo:ut ipse sibi præpararet gloriosam ecclesiam:
non hñtem maculam/aut rugam:aut aliquid huius/
modi:sed ut esset sancta/& imaculata. Et post pauca:
nemo inquit enim aliqñ carnem suam odio habuit:
& nutrit/& fouet eam:sicut & christus ecclesiam:qa
membra sumus corporis eius:& reliqua. Hoc ergo
edocemur:qúo sponsa christi/quæ est ecclesia:etiam
sit corpus eius/& mēbra. Si ergo audias sponsi mē/
bra noiari:ecclesiæ membra dici intellige:in quibus
sicut sunt aliqui qui dicuntur oculi:pro intelligētiæ
sine dubio/ac sciæ lumine:& alii aures / pro audien/
do uerbo doctrinæ:alii manus pro bonis operibus/
religiosisq; ministeriis:ita sunt alii qui & genæ eius
appellentur. Genæ autem/partes uultus dicuntur:in
quibus honestas & uerecundia aniæ agnoscitur:per
quod sine dubio/illi in membris ecclesiæ declarant:
qui castitatis/& pudicitiæ excolunt honestatem. Pro
his ergo/ad omne corpus sponsæ dicitur:q̄ speciosæ
factæ sunt genæ tuæ. Et obserua/qa non dixit:q̄ spe/
ciosæ sunt genæ tuæ:sed q̄ speciosæ factæ sūt:ut ostē/
dat:prius quidem non eas ita fuisse speciosas:sed po
stea q̄ suscepit oscula sponsi:& ipse qui loquebatur
per prophetas prius affuit : & mundauit sibi ipsi ec/
clesiam suam lauacro aquæ:& fecit eam non habere
maculam/aut rugam : & agnitionem sui præstitit eis
tunc factæ sunt speciosæ genæ eius. Tunc enim ca/
stitas/& pudicitia/& uirginitas:quæ prius non fue/
rat:p ecclesiæ genas specioso decore diffusa est. Quæ
tñ genarum species:idest pudicitiæ / & castitatis/tur/
turibus comparatur. Turturum ferunt huiusmodi
naturam esse:ut neq; masculus præter unam fœmi/
nam:adeat aliam:nec fœminam/plus q̄ unum patia/
tur marem:ita ut si accidat/altero intercepto/superesse
alterq;:pariter cum coniuge/extinctus sit ei concubi/
tus amor. Cōuenienter ergo similitudo turturis/ap/
tatur ecclesiæ:q uel alterius uiri/post Christum/cō/
iugium nesciat:uel q cōtinentiæ/& pudicitiæ / in ea
tanq̄ turturum uolitet multitudo. Secundum hanc
intelligentiam / etiam ceruicem sponsæ accipiamus.
Quæ sine dubio/illæ intelligi debeant aiæ/quæ chri
sti iugum suscipiunt:dicentis/suscipite super uos/iu/
gum meum:quia iugum meum suaue est. Obædiē/
tia ergo eius / ceruices eius appellantur. Ceruix ergo
eius speciosa facta est/sicut redimicula:& merito. Quā
enim prius præuaricationis inobædiētia/turpem fe/
cerat:nunc obædientia fidei:speciosam fecit : & pul/
chram. Ceruix ergo tua speciosa facta est:sicut redimi
cula. Ad utrunq; enim subauditur/speciosa facta est:
sicut redimicula. Redimicula hic/dicit cōstrictiones/
uel cōnexiones monilium:quæ in ceruicibus sedere
solent:ex quibus deducitur/& descēdit per omnem
collum/reliquus ornatus. Ipsi ergo ornamento qd
ceruicibus imponi solet:ceruicem sponsæ compara/
uit. Quod dictū/ita aduertimus. Ceruicem diximus
subiectionem/& obædientiam dici / pro eo q quasi
iugum Christi suscipiat:& fidei eius obædientiam
præbeat. Ornamentum ergo ceruicis eius : quæ est
obædientia : Christus est. Ipse enim prior / factus est
obædiens usq; ad mortem:& sicut per unius Adæ:
scilicet inobædiētiam:peccatores cōstituti sunt mul/
ti:ita & per unius obædientiam christi / dūtaxat:iusti
constituentur multi. Ornamentum ergo/& monile
ceruicis/ecclesiæ obædiētia Christi est:Sed & ceruix
ecclesiæ:idest obædiētia eius/similis effecta est/obæ/
dientiæ Christi:quod est monile ceruicis. Magna er/
go in hoc laus sponsæ est:magna ecclesiæ gloria:ubi
imitatio obædientiæ eius/exequat obædientiæ chri
sti/quem imitatur ecclesia. Hæc item ipsa species mo
nilis:etiam in Genesi memoratur a Iuda patriarcha/
Thamar nurui suæ : qñ cum ea quasi cum meretrice
concubuit:data. Quod nō oibus patet mysterium.
Intelligit per hoc/q Christus ecclesiæ:quam ex mul
torū dogmatum prostitutiōe collegerat:futuræ per/
fectionis hæc dedit pignora:& istud obædiētiæ mo
nile / ceruici eius imposuit. Similitudines auri facies
tibi/cum distinctionibus argēti:quoadusq; rex sit in

recubitu suo. Supra diximus/ꝙ species dramatis li/
bellus hic ordinatus/ꝑsonarum imutatione contexi/
tur: & nunc ergo uident̄ hæc/amici/uel sodales spō/
si/ad sponsam locuti : qui ſm intelligentiam mysti/
cam(& ut supra iam diximus)aut angeli/uel ēt pro/
phetæ/aut patriarchæ possunt intelligi:non.n.tunc
solum/cum post baptismum Ioānis:in deserto ten/
tatus est a diabolo dn̄s : accesserunt angeli : & mini/
strauerūt ei:sed ante aduētum ꝑsentiæ corpalis/mini
strauerūt semper. Nam & lex disposita in manu/per
angelos dicit̄/mediatoris. Sed ad hebræos scribens
Apostolus:dicit:Si enim qui per angelos habitus est
sermo/factus est firmus. Ipsi ergo erant uelut aucto/
res:& procuratores appositi/paruulæ sponsæ : cum
pædagogo lege: donec plenitudo tempoꝝ ueniret:
& mitteret deus filium suum/natum ex muliere : fa/
ctum sub lege : & adduceret eam sub auctoribus / &
procuratoribus : & pædagogo lege : ut ipsius uerbi
dei oscula:doctrinam.s.uerbaq; susciperet. Ante ꝗ er/
go tempus hoꝝ adesset : in multis / angeloꝝ ministe
rio/excolebatur sponsa:qui apparebāt tunc hoībus/
& loquebantur ea quæ res poscebat/& tempus. Nō
enim tu mihi ex aduentu saluatoris in carne:spōsam
dici:aut ecclesiam putes : sed ab initio humani gene/
ris/& ab ipsa constitutione mundi. Immo/ut Paulo
duce/altius mysterii huius originem repetam:ante ēt
constitutionem mundi. Sic enim dicit ipse: sicut ele/
git in Christo : ante constitutionem mundi : ut esse/
mus sācti/& īmaculati/coram ipso in charitate:præ/
destinans nos in adoptionem filioꝝ : sed & in psal/
mis scribitur. Memento congregationis tuæ domi/
næ:quam congregasti ab initio. Prima etenim fun/
damenta cōgregationis ecclesiæ:statim ab initio sūt
posita. Vnde & Apostolus dicit ædificari ecclesiam
non solum/super apostoloꝝ fundamentum : sed ēt
prophetaꝝ. Inter ꝓphetas aūt numeratur/& Adam:
qui magnum mysterium prophetauit in christo : &
in ecclesia/dicens. Propter hoc relinquet homo pa/
trem suum: & matrem suā : & adhærebit uxori suæ:
& erunt ambo in carne una. Euidenter enim de his
dictis eius/dicit Apostolus:Quia mysteriū hoc ma/
gnum sit. Ego autem dico in Christo/& in ecclesia:
sed & idem Apostolus cū dicit. Sic enim ecclesiam
dilexit:ut semetipsum traderet pro ea:sanctificans la/
uacro aquæ : non utiq; ōndit eam prius non fuisse:
qūo enim dilexisset eam quæ non erat? Sed eam sine
dubio dilexit:quæ erat. Erat autem in oībus sanctis/
qui ab initio sæculi fuerant facti. Diligēs igitur eam:
uenit ad eam. Et sicut pueri sui cōmunicauerunt car/
ni/& sanguini:similiter & ipse particeps factus est eo/
rūdem:ac semetipsum pro eis tradidit. Ipsi enim erāt
ecclesia/quam dilexit : ut eā uel numerositate auge/
ret:uel uirtutibus excoleret:uel perfectionis charitate:
de terris/transferret ad coelum. Ministrauerunt ergo
& ꝓphetæ ab initio:ministrauerunt & angeli. Quid
enim aliud fiebat tunc/cum apparuerūt tres uiri Ha/
braæ sedenti ad quærcum mambræ? Licet illa ange/
loꝝ species/plus aliquid ꝗ angelicum ōnderit mini/
sterium : nam trinitatis sibi mysterium prodebatur.
Hoc erat & in Exodo:cum angelus dn̄i/dicit̄ in flam
ma ignis apparuisse Moysi in rubo. Cōtinuo autem
in subsequentibus dn̄s/& deus loqui in angelo scri/
bitur:& ipse deus eē Habraam/& deus Isaac/& deus
Iacob designatur. Quod quidam hæreticoꝝ legen/
tes:dixerunt. Deum legis: & prophetaꝝ:longe infe/
riorem esse/ꝗ Iesum Christum:& spm̄ sanctum:& eo
usq; impietatem suam pertēderunt:ut plenitudinem
quidem in Christo ponant:& in spiritu sancto. Im/
perfectionem uero/& īfirmitatem/in deo legis. Sed
hæc alias. Nunc autem nobis propositum est ōnde/
re/qūo sancti angeli qui ante aduentum Christi : ue/
lut paruulæ adhuc sponsæ/tutelam procurabant : ip
si sunt amici/& sodales sponsi:qui ad eam dicere ui/
dentur. Faciamus tibi similitudines auri / cum di/
stinctionibus argēti:usq; quo rex sit in recubitu suo.
Indicāt ergo/ꝙ ipsi faciant sponsæ/nō aurum(neq;
enim habebant tale aurum quale dignum erat offer/
ri sponsæ)sed pro auro / similitudines auri se facere
promittunt. Et non unam similitudinem / sed mul/
tas. Ita etiam dicunt de argento:sed quasi hn̄tes licet
paruam argenti materiam promittunt ei se facere:nō
similitudines:sed distinctiones argenti:utpote/qui/
bus non tanta abundaret argenti materia:ut conne/
xum aliquid: & solidum opus/ex eo producere pos/
sent:sed distinctiones solas ac signa quædam parua:
uelut puncta interfererent illi operi : quod ex auri si/
militudine faciebant. Hæc ergo amici sponsi/illi de
quibus supra diximus / sponsæ faciunt ornamenta.
Sed quid in his secreti cōtineatur:& quid elocutio/
nis nouitas ipsa parturiat:oipotentis uerbi/ac sponsi
patrē præcemur:ut ipse nobis arcani huius claustra
patefaciat:quo possimus non solum ad intelligēda
hæc illuminari:uerū etiam ad proferenda:ac ſm mē/
suram eoꝝ : qui lecturi sunt moderationem eloquii
spiritalis accipere. Auri specieꝫ / in multis sæpe ōndi/
mus/figuram tenere intelligibilis: & incorporeæ na
turæ:argentum uero uirtutem uerbi/ac rationis : ſm
ꝙ/& dn̄s dicit per ꝓphetam. Dedi uobis argentum/
& aurum:uos autem fecistis argentea/& aurea Baa/
lim:ōndens per hæc & dicens:quia dedi uobis sen/
sum/& rationem : qua me deum & sentire possetis:
& colere:uos autem & sensum/& rationem:quæ in
uobis est:ad colenda dæmonia transtulistis. Sed &
eloquia dn̄i/eloquia casta : argentum igne ꝓbatum.
& item in aliis / argentum ignitum/iusti lingua me/
moratur. Cherubin uero aurea dicuntur : qm̄ q̄dem
plenitudo scientiæ dei interꝑtantur : sed & candela/
brum in tabernaculo testimonii aureū / & solidum:
poni iubebat:quod mihi uidetur donum tenere na/
turalis legis:in qua lux sciētiæ habetur:Sed q̄d opus
est/multa congregare testimonia : cum in promptu
sit/scire uolentibus/in multis scripturæ locis hoc in/
dicari:quod aurum ad sensum/mētemq; reuocetur:
argentum uero ad uerbum / atq; eloquia referatur?

Nunc

Nunc ergo properemus ad contemplandum / quõ
mõ ea quæ præmisimus: amici sponsi / dicat se simi/
litudines auri facere sponsæ / cum distinctionibus ar/
genti. Videtur ergo mihi / q̄ lex quæ per angelos di/
sposita est / in manu mediatoris: q̄uis quidem umbram
habeat futuroꝝ bonoꝝ: non ipsam imaginem reꝝ:
& quæcunq; contingebant illis / qui in lege referun/
tur: in figura / & nõ in ueritate contingebant: ista oĩa
similitudines auri fuerunt: nõ aurum uerum. Quod
scilicet / aurum uerum in illis / quæ icorporea sunt / &
inuisibilia / ac spiritalia intelligatur. Similitudo uero
auri / in quo non est ipsa ueritas: sed umbra ueritatis:
ista corporea / & uisibilia accipiãtur. Verbi gratia. Si/
militudo auri fuit istud tabernaculum manufactum:
de quo dicit Apostolus. Non enim / manufacta ista
introiuit Iesus exemplaria ueroꝝ: sed in ipsum cœ/
lum. Ergo quæ in cœlis sunt inuisibilia / & incorpo/
rea illa sunt uera: ista autem quæ in terris uisibilia / &
corporea: exemplaria ueroꝝ dicuntur esse: non uera.
Ista tñ sunt / quæ similitudines auri appellantur: in
quibus est & arca testamenti / & propiciatorium / &
Cherubin / & altare incensi: & mensa ꝓpositionis / &
pãnes: sed & uelamen / & columbæ ac seræ / & altare
holocaustoꝝ: & ipsum templum / atq; oĩa quæ in le/
ge scripta sunt. Oĩa hæc similitudines erant auri: sed
& ipsum aurum uisibile / pro eo q̄ uisibile erat: non
erat aurum uerum: sed similitudo erat illius ueri au/
ri inuisibilis. Istas ergo similitudines auri / fecerunt
sponsæ ecclesiæ / sponsi amici: angeli uidelicet / & ꝓ/
phetæ / qui ministrauerũt in lege: cæterisq; mysteriis.
Hoc opinor / & Paulus intelligẽs: dicebat in religio/
ne angeloꝝ in his quæ uult: frustra inflatus sensu car
nis suæ. Oĩs ergo iudaicus cultus: & religio: similitu
dines sunt auri. Cum autem cõuersus fuerit quis ad
dñm: & ablatum fuerit ab eo uelamen: tunc uidebit
aurum uerum: cuius auri ante q̄ adesset: & cognoscẽ
dum se præberet: similitudines fecerũt sponsæ amici
eius: ut ex illis similitudinibus cõmonita & ꝓuoca/
ta / ueri auri desyderium caperet. Hoc enĩ factum indi
cat Paulus cum dicit: hæc autem in figura cõtinge/
bãt illis: scripta autem sunt pp̄ nos / in quos finis sæ/
culoꝝ deuenit: sed de fine quidem / quod dicit Pau/
lus: non intelligas corporalem. Finis enim corpora/
lis / multos inueniet: pro quibus nõ sunt scripta hæc.
Neq; enim huiusmodi de his recipient intellectũ: sed
finem sæculoꝝ / perfectionem reꝝ itellige: quæ utiq;
Paulo / & similibus eius aduenisse: & propter ipsos
scripta hæc esse dicũtur: sed hæc in excursu diximus:
uolentes oñdere / quõ amici sponsi dicant ad spon/
sam / facere se ei similitudines auri / cum distinctioni/
bus argenti: per ea. s. quæ in lege / & prophetis per fi/
guras / & imagines / & similitudines / & parabolas /
scripta tradiderũt. Sunt tñ in his / & paruæ quædam
distinctiones argenti: indicia. s. sensus spiritalis uerbi:
& interp̄tationis rõnabilis. s. & ualde rara / & exigua:
Ante aduentũ nãq; dñi / uix sicubi prophetaꝝ aliqs /
parum quid occulti sermonis aperuit (Verbi gratia)

ut Hesaias cum dicit: uinea dñi Sabaoth / domus Is/
rael est: & domus Iuda / nouella dilecta. Et iteꝝ alibi.
A quæ multæ gẽtes multæ sunt: & Ezechiel nomi/
nans duas sorores: Oollam / & Oolibam: aliam Sa/
mariam distinguit esse: & aliam iudæam: & sicubi ta
lia quædam ipsis prophetis interp̄tantibus aperian/
tur: istæ distinctiones argenti dicuntur. Vbi uero sal/
uator / & dñs noster / Iesus christus aduenit: nota fa/
ciens oĩa / uerbo uirtutis suæ: in passiõe eius indicium
datum est: q̄ ea quæ in absconditis tenebatur: & ar/
cana erant: in lucẽ proferẽtur: & ad manifestationem
uenient: per hoc q̄ uelum templi / quo ad uisum san/
ctoꝝ sancta arcana uelabantur: scissum est desursum
eius / usq; deorsum: palam fore denuncians oĩbus: q̄
intrinsecus uidebatur obtectum: sic ergo illud quod
per angelos: & prophetas ministratum est: similitu/
do auri fuit: cum distinctionibus paruis / & exiguis /
argenti. Hæc autem quæ per ipsum dñm nostrum /
Iesum christum / tradita sunt: in auro uero / & argen/
to solido / collocata sunt. Hæc enim quæ per amicos
sponsi / facta est similitudo auri / cum distinctionibus
argenti: non in sempiternum mansura promittitur:
sed tempus ei statuitur ab illis ipsis dicentibus: usq;
quo rex in recubitu suo. Cum enim recubans dor/
mierit: ut leo / & ut catulus leonis: & post hæc suscita
uerit eum pater: & resurrexerit e mortuis: si qui fue/
rint conformes resurrectionis eius: iam non in simi/
litudine auri: idest non in reꝝ corporalium cultu ma
nebunt: sed ueꝝ aurum ab ipsis percipiẽt credentes:
& sperantes non ea quæ uidentur: sed quæ non ui/
dentur: nec quæ in terris sunt: sed quæ in cœlis: ubi
Christus est in dextera dei sedens: & dicent quia & si
cognouimus Christum aliqñ / sm carnem: sed nunc
iam non nouimus. Non ergo iam distinctionibus
paruis argenti / sed in latitudinem / diffuso utentur ar/
gento. Audient enim / quia in illa auri similitudine /
petra quæ sequi dicitur: & potum populo præbere
Christus est: & mare baptismus est: & nubes spiritus
sanctus est: & mãna uerbum dei est: & agnus paschæ
saluator est: & sanguis agni / passio Christi est: & uelũ
quod est in sanctis sanctoꝝ: quo diuina illa / & arca/
na tegebantur: caro eius est: aliaq; munera ex eius re/
surrectione patebunt: non iam parua / ut prius / distin
ctione: sed latissima expositione patefacta. Adhuc au
tem ut clarius fiat: quod dicit: usq; quo rex sit in recu
bitu suo: etiam de secũda Balaam prophetia: quæ de
Christo ita cõtinet proferemus. Orietur inquit stella
ex Iacob: & exiet homo de semine eius: & dominabi
tur gentibus multis. Exaltabitur Gog regnum eius:
& crescet regnum eius. Deus educet eum ex ægypto /
sicut gloria unicornis: & comedet gentes inimicoꝝ
suoꝝ: & crassitudines eoꝝ medullabit: & iaculis suis
sagittabit eos recumbens ut leo requiescet / & sicut ca
tulus leonis. Quis suscitabit eum? Consydera ergo /
& ex his diligentius / & uide quõ oĩs similitudo au/
ri / usq; ad extremum tẽpus ad recubitum regis. s. sta/
re memoratur. Post hæc ergo / exaltabitur Gog: idest

ſup tecta regnum eius: cum uidelicet de terris ad cœ/
leſtia fuerit tecta trãſlatum. Sed de his plenius / prout
dñs dedit / in numeroꝝ libro proſecuti ſumus. Req/
ramus ſane ſi etiam ſanctis patribus ipſis & prophe/
tis: qui miniſtrauerunt uerbum ante aduentum dñi
noſtri Ieſu chriſti perfectionis huius / uerięꝫ auri gra/
tia data ſit / an tñ futura hæc intellexerint: & in ſpiri/
tu uentura præuiderint. Atqꝫ ob hoc ſolum dixerit
dñs de Habraam: qa deſyderauerit uidere diem eius /
& uiderit: & lætatus ſit: ꝙ ſcilicet in ſpiritu futura ꝓ/
uiderit: & magis fortaſſe hoc ita eſſe / etiam ille ſermo
confirmet / qui ait: multi iuſti deſyderauerunt uidere
quæ uidetis: & nõ uiderunt: & audire quæ auditis /
& non audierunt: quãuis nec illis potuerit defuiſſe
perfectio ueniens ex fide. Quæ enim nos facta credi/
mus: hæc illi maiore cum expectatione futura crede/
bant. Sicut ergo ex aduentu chriſti credentes præte/
ritoꝝ fides: ita & illos futuroꝝ ad ſũmam perfectio/
nis adduxit. Quod ſi ad unamquãqꝫ aiam referatur
expoſitio / uidebitur ꝙ donec paruula eſt adhuc aia
& imperfecta: & ſub tutoribus & ꝓcuratoribus po/
ſita: ſiue doctoribus eccleſiæ / ſiue angelis: q paruu/
lorum cuſtodes eſſe dicũtur: & uidere ſemper faciem
patris: q in cœlis eſt: ſimilitudines auri fiunt ei: cum
non ſolidis / & fortibus alitur uerbi dei cibis: ſed ſimi
litudinibus imbuitur: uelut ſi dicamus parabolis / &
exemplis docetur: pro quibus & ipſe chriſtus dicitur
ætate creſcere / & ſapiẽtia / & gratia apud deum / & ho
mines. In illis ergo ſimilitudinibus imbuitur: & fiũt
ei paruulæ diſtinctiones argẽti. Aperiuntur enim in/
terdum / & his qui imbuuntur parua aliqua / & rara
de ſecretioribus myſteriis: ut deſyderium concipiant
maioꝝ. Neqꝫ enim deſyderari quid poteſt: ſi penitus
ignoretur. Et incipientibus / & primis in eruditioni/
bus poſitis / ſicut non ſunt ad ſubitum cuncta pan/
denda: ita neqꝫ penitus abſcondenda ſunt ſpiritalia
myſtica: ſed ut ait ſermo diuinus faciẽdæ ſunt eis di/
ſtinctiones argenti: & ſcintillæ quædam ſpiritalis in/
telligentiæ aĩs eoꝝ initiandæ ſunt: ut guſtum quo/
dãmodo deſyderandæ dulcedinis ſumant / ne (ut di
ximus) ſi penitus ignoretur: nec oĩno deſyderet̃. Ve
rum ꝙ paruulam nõiamus aiam: nemo ita accipiat
quaſi ſm̃ ſubſtantiam paruula dicatur: ſed ſicui deeſt
eruditio / & in qua eſt exiguus intellectus / ac minima
peritia: hanc paruulam dicimus aiam. Igitur hæc fie/
ri conuenit / uſqꝫ quo rex ſit in recubitu ſuo: ideſt uſqꝫ
quo in id proficiat huiuſmodi aia: ut capiat regem:
& habeat recumbentem in ſemetipſa: ſic enim dicit
hic rex / quia habitabo in eis: & inambulabo in eis: ꝑ/
fectu qui tãtam uerbo dei cordis ſui latitudinẽ præ/
bẽt: ut etiam in eis deambulare dicatur: ſpatiis. ſam/
plioribus intelligentiæ / agnitioniſqꝫ diffuſioris. Ita
ergo / & recubare dicitur in aia illa ſine dubio: de qua
ipſe dñs dicit / per prophetam. Super quem requieſ/
cam: niſi ſuper humilem / & quietum / & trementem
ſermões meos? Habet ergo rex iſte / qui eſt ſermo dei /
in illa aia quæ iam ad perfectum uenerit recubitum

ſuum: ſi tñ non ſit in ea aliquod uitium: ſed plena ſit
ſãctitate / plena pietate / fide / pace / oĩbuſqꝫ uirtutibus.
Tunc enim delectat in ea recubare regem: & habere
recubitũ. Ad hãc enim aiam dñs dicebat. Quia ego /
& pater meus ueniemus: & cœnabimus cum eo: &
mãſionẽ faciemus apud eum. Vbi ergo cœnat chri/
ſtus cum patre: & ubi manſionem facit: quidni & re/
cũbit. Beata illius latitudo aiæ: beata ſtrata illius men
tis: ubi pater & filius / ut nõ dubito / una cum ſpiritu
ſancto recumbit: & cœnat: & mãſionem facit. Qui/
bus putas opibus: qbus copiis tales cõuiuæ paſcun/
tur? Pax ubi primus cibus eſt: humilitas ſimul appo/
nitur / ac patientia: manſuetudo quoqꝫ / & lenitas: &
quod ſũmæ ei ſuauitatis eſt / puritas cordis. Charitas
aũt in hoc conuiuio / principalem obtinet locum. Ta
li ergo modo etiam tertia expoſitione ad unãquãqꝫ
aiam referri poſſe uidebitur: quod ait. Similitudines
auri faciemus tibi cum diſtinctionibus argenti: quo/
adusqꝫ rex ſit in recubitu ſuo. Nardus mea dedit odo
rem ſuum: ſiue odorẽ eius. In ſpecie dramatis uidet̃
hoc oſtendi: ꝙ poſt hæc uerba ingreſſa ſit ſponſa ad
ſponſum: & unguentis ſuis unxerit eũ: ac miro quo/
dam genere quaſi nardus quæ prius odorẽ non de/
derat / cum eſſet apud ſponſam / tunc dederit odorem
ſuum: cum corpus contigit ſponſi: ut nõ tam ille ex
nardo odorem: q̄ nardus ex ipſo ſumpſiſſe uideatur.
Si uero ſm̃ hanc differentiam / quæ in aliis inuenitur
exemplaribus / legimus. Nardus mea dedit odorem
eius: inuenitur adhuc aliquid diuinius: ut uideatur
unguentum hoc nardi quo unctus eſt ſponſus: non
tñ ſuum / q nardo ineſſe naturaliter ſolet: ſed ipſius
ſponſi odorem cœperit: & ipſius odorem ad ſpon/
ſam reportauerit nardus: ut in eo quo unxit eũ odo/
rem ſponſi ipſius unguenti munus acceperit: & hoc
ſit quod dicere uideatur. Nardus mea qua unxi ſpõ/
ſum: regreſſa ad me / odorem mihi detulit ſponſi: &
uelut ſupato naturali ſuo odore præ fragrantia ſpon
ſi ipſius / mihi detulit ſuauitatem. Hæc habet hiſtori/
ci dramatis explanatio. Sed ueniamus iam nunc ad
intelligentiam ſpiritalem. Ponamus hic ſponſam ec/
cleſiam in perſonam Mariæ: quæ decenter utiqꝫ dici/
tur afferre libram unguenti nardi piſtici præcioſi: &
ungere pedes Ieſu: & detergere capillis ſuis: & recipe
quodãmodo / ac recuperare per crinem capitis ſui ad
ſemetipſam unguentum ex qualitate / ac uirtute cor/
poris eius infectum: & odorem non tam nardi per
unguentum / q̄ ipſius uerbi dei ad ſe trahentem ꝑ ca/
pillos: quibus abſtergebat pedes: & impoſuit capiti
ſuo non tam nardi / q̄ chriſti fragrantiam: & dicere /
quia nardus mea miſſa in corpus chriſti / reddit mihi
odorem eius. Deniqꝫ uide quo hæc ipſa referuntur.
Maria (inquit) attulit libram unguenti nardi piſtici
præcioſi: & unxit pedes Ieſu: & exterſit capillis capi/
tis ſui. Domus autem (inquit) tota repleta eſt odore
unguenti. Quid utiqꝫ indicat: quia odor doctrinæ /
qui ꝓcedit de chriſto / & ſancti ſpiritus fragrantia: re/
pleuit oẽm mundi huius domum / ac totius eccleſiæ
domum.

domum. Vel certe repleuit oēm domum aiæ illius: quæ odoris christi suscepit participium: offerens primo fidei suæ munus/uelut unguentum nardi: & recipiens ex hoc gratiam spiritus sancti/& spiritalis doctrinæ fragrantiā. Quid ergo interest/utrum in cantico canticoꝶ sponsa perungat unguento sponsum: an in euangelio discipula magistrum: & Maria Christum: sperās (ut diximus) redire ad se ex hoc unguēto odorem uerbi: & fragrantiam christi: ut eo ipsa dicat/bonus odor sumus deo? Et qm̄ plenum fide fuit istud unguentum & præciosi affectus: ob hoc/& Iesus testimoniū reddidit ei dicēs: bonum opus operata est in me. Sic ergo rursus in cantico canticorum post aliquanta amplectitur emissiones sponsæ: sicut hic opus Mariæ/ait enim/emissiones tuæ paradisus cum fructu pomorum: cyprus cum nardis: nardus cum crocis. Amplectitur ergo/& in his emissiones/ac munera spōsæ. Obseruauimus sane/ꝙ in iis quæ nunc memorauimus pluraliter primo: postmodum singulariter nardum posuit: quod puto/ſm illam rationem dictum: qa negociator regni cœloꝶ: plures primo Margaritas negociatur: usq; quo ad unam puenįat præciosam. Et forte quod dixit/emissiōes tuæ paradisus cū fructibus pomoꝶ: illos indicat fructus cum nardis plurimis: quos afferimus ex istitutionibus/& doctrina prophetica. Ex doctrina uero ipsius dñi nostri Iesu christi: emissiones nostræ/& munera/non plures habēt nardos/sed unam/sed nunc redeamus ad eam quæ dicit. Nardus mea dedit odorem suum: & uide si possumus adhuc etiam hoc in loco intelligere præsenti/ꝙ siquando ualuerimus integre/& decēter exponere de deitate christi: uirtutēq; eius/ac maiestatem dignis assertionibus consignare: tunc fortassis merito dicet: uel ecclesia illa: uel aia illa/quæ ita manifeste potuerit gloriā eius exponere. Nardus mea dedit odorem suum. Nec mirum uideri debet/si Christus quēadmodum fons est/& flumen aquæ uiuæ: de quo procedunt: & quemadmodum panis est/& uitam dat: ita & nardus est: & odorem dedit: & unguētum est/quo qui uncti fuerint christi fiant: sicut dicit in psalmo. Nolite tangere christos meos. Et fortasse/ſm illud quod dicit Apostolus. His qui exercitatos hn̄t sensus ad discretionem boni uel mali: singulis qbusq; sensibus aiæ singula quæq; christus efficitur. Iccirco enim/& ueꝶ lumen dicit: ut habeant oculi aiæ quo illuminētur. Iccirco & uerbum: ut habeant aures quod audiant. Iccirco & panis uitæ: ut habeant gustus aiæ quod degustet. Iccirco ergo/& unguentum/uel nardus appellatur: ut habeāt odoratus aiæ fragrantiam uerbi. Iccirco & palpabilis: & manu tractabilis: & uerbum factum dicitur: ut possit interioris aiæ manus contingere de uerbo uitæ. Hæc autem oia unum atq; idem est uerbum dei: quod per hæc singula affectibus orationis cōmutatum nullum aiæ sensum gratiæ suæ relinquat expertem. Alligamentū guttæ fratruelis meus mihi in medio uberum meoꝶ manebit: siue cōmorabit. Eiusdem adhuc uerba sponsæ sunt ad adolescentulas loquentis. Prius quidem dixerat: quia nardus sua dedisset ei odorem sponsi: & quia per unguētum quo unxerat eum: odoris eius fragrantiam recepisset: nūc autem ait/fraternus meus mihi guttā redolet: Et hāc nō diffusam/neq; ut libet dispersam: sed colligatam/& constrictam: quo. s. odor ipsius suauitatis densior reddatur/& uehementior. Et hic inquit cum talis sit in medio uberum meoꝶ demoratur: & cōmanet: & requiem/ac mansionem suam facit in loco pectoris mei. Verum quod nunc proximum cognominauit eum fraternum suum sponsa: & nois huius appellatione per totum pene libelli textum frequēter utitur: dignum puto: ut prius requiramus appellationis ipsius causam: & quid/uel unde fraternus dicitur: exponamus. Fraternus appellatur fratris filius. Requiramus quis sit primo frater sponsæ: cuius hic filius habeatur: uide si possumus dicere/sponsam quidem esse ex gentibus ecclesiam: fratrem uero eius priorem populum: & fratrem idicat utiq; seniorem. Quia ergo ex illo populo christus/ſm carnem nascitur: ob hoc ab ecclesia gentium fratris filius appellat̄. Quod ergo ait/alligamentum guttæ fraternus meus mihi: corporeæ natiuitatis eius indicat sacramētum: Videtur enim quodāmodo alligamentum esse: & uinculum quoddam aiæ corpus: quod alligamētum gutta in christo diuinæ uirtutis/ac suauitatis astringitur. Si autem ad unamquāq; aiam quæ dicta sunt referūtur: alligatura guttæ dogmatum cōtinentiæ: & constrictio diuinaꝶ sniaꝶ: ac nodositas intelligitur. Innexæ enim sibi inuicem sunt fidei rationes: & uinculis ueritatis astrictæ. Deniq; & lex mundum dicit esse omne uas quod alligatum est: imūdum uero/quod solutum fuerit/& non ligatum: cuius rei hæc profecto figura erat: ꝙ christus in quo nunq̄ fuit ulla immunditia peccati: alligamētum guttæ dicit̄. Et ideo aia non debet contingere aliquid dissolutum: & qd̄ non sit rōne subnixum: & dogmatum ueritate constrictum: ne imunda fiat. Qui enim imundum contigerit/imundus erit ſm legem. Cōtinget nāq; eum sensus irrationabilis/& alienus a sapientia dei: & faciet eum imundum. Vide autem si forte filium dei in carne guttam dictum: & quasi breue aliquid/& exiguum noiatum possumus accipere: sicut & Daniel de eo dicit. Lapidem paruum de mōte excisum sine manibus & post hæc mōtem magnum: uel sicut in libello. xii. prophetaꝶ nihilominus gutta quidem futura dicitur quæ congreget populum. Est ergo & in populis ita scriptū. Et erit ex gutta populi huius congregatus/congregabitur Iacob. Decebat enim eum qui ueniebat congregare/nō solum Iacob: sed & oēs gentes: quæ sicut propheta dicit/reputatæ sunt tanq̄ gutta ex situla: exinanientem se diuinitatis forma effici ipsum ut guttam: & sic uenire ad congregandam guttam gentium: & guttam nihilominus reliquiaꝶ Iacob. Sed & in. xliiii. psalmo dicitur ad dilectū: cui etiam ipse psalmus ascribit̄. Myrrha/& gutta/& casia

a uestimentis tuis: A uestimentis ergo uerbi dei/quae
est doctrina sapiētiae procedit myrrha mortis/quā tā/
xat idicium pro humano genere susceptae. Gutta (ut
supra diximus) exinanita diuinitatis forma seruilis
formae suscepta dignatio. Casia quoq;/qm̄ id genus
herbae aquis indesinētibus nutriri dicitur/& coale/
scere/redēptionem humani per aquas baptismi indi
cat datā. Sic ergo alligaturā guttae fraternum suum
sponsa tanq̄ nuptiali dramate loquēs: inter medium
uberum suorum cōmorantem dicit. Vbera/ut superius
iam diximus/principale cordis aduerte in quo eccle/
sia Christum/uel aia uerbum dei desyderii sui uincu/
lis alligatum tenet: & astrictum. Siqs enim uerbum
dei toto affectu in corde suo: & toto amore constrin
git: ipse solus poterit odorem fragrantiae eius/& sua/
uitatis accipere: Botrus cypri fraternus meus mihi: in
uineis engaddi. Quantum ad litterae ipsius explana/
tionem habet aliqd ambiguum: q̄ ait/botrus cypri
fratruelis mihi: quia & uua florens cyprus appellat̄:
& species quaedam extrinsecus uirgulti est quae cy/
prus dicit̄/ferens etiam floridum quēdam fructum/
in modum florētis uuae prolatum. Sed uidetur ma/
gis ad fructum uitis respicere sermo: qm̄ quidem ui/
nearum engaddi facta est memoria. Engaddum autem
ager terrae iudaeae est non tantum uineis: quantum
balsamis florens. Hic ergo erit historicus sensus spon
sae loquentis/ad adolescētulas: ut intelligatur dicēs.
Primo qdem nardus mea/odorem mihi sponsi mei
reddit: secundo uero alligamētum guttae effectus est
frater⁹ meus mihi: demorās iter media ubera mea:
tertio/botrus cypri/ex uineis engaddi: superans om/
ne quicquid est in odoribus/& floribus/suauitatis:
quo. s. audientes haec adolescentulae magis/ac magis
ad claritatem sponsi concitentur/& amorem: iccirco
autem singulatim/& per ordinem: primo nardum
suam: deinde guttam: post haec etiam botrum cypri
noiat: ut per eos gradus quosdam profectus doceat
charitatis. Sed uideamus iam quid spiritalis habeat
intellectus. Siquidem hic qui appellatur botrus/ad
fructum uitis referendus est. Verbum dei accepimus
sicut sapiētiam/& uirtutem/& thesaurum scientiae:
aliaq; multa ita & uitem ueram dici. Sicut ergo his
quibus efficitur sapiētia: & scientia/non ad subitum:
sed per profectus quosdam/& gradus: pro studiis/&
intentione/ac fide eorum: qui ei uel in sapientia/uel in
scientia/uel in uirtute participantur: sapientes eos/&
scientes reddit/uigētesq; uirtutibus: ita & in quibus
uitis uera efficitur: nō eis ad summum maturos botros
producit/& dulces: nec repēte eis effici᷑ uinum sua/
ue: & laetificans cor hominis: sed primo producit eis
suauitatem tm̄modo odoris/in florem. Botrus hic
florens esse memoratur in uineis engaddi: ut gratia
fragrātiae ipsius imitat̄ in initiis animae: ut post haec
pati possit acerbitatē tribulationum/& tētationum:
quae propter uerbum dei/credentibus excitantur: &
ita demum maturitatis eius dulcedinē praebet: usq;
dum perducat eos ad torcularia ubi effunditur san/
guis uuae: sanguis noui testamēti: qui bibatur in die
festo/in superioribus: ubi stratum magnum paratum
est. Sic ergo per singulos hos pfectus graduum/in/
cedere oportet eos qui per sacramentum uitis: & bo/
trum cypri/initiati/ad perfectionem feruntur: & cali/
cem noui testamenti ab Iesu susceptum/bibere cōten
dunt. Quod si cyprus/sui generis arbor accipiendus
est: cuius fructus/etiam flos/non tantum odoris sua/
uitatem: quantum & uim calefaciendi/ac fouendi/di
citur possidere: illa sine dubio accipitur sponsi uirtus/
q̄ incalescit aiae erga fidem eius/& charitatem: quae
contingebat eos qui dicebant. Nonne cor nostrum
erat ardens intra nos: cum adaperiret nobis scriptu/
ras? Vel certe qm̄ de uineis engaddi/botrus hic flo/
rens noiatur esse. Engaddi autem interptatur ocu/
lus tentationis meae. Siquis est qui intellectum habe
re potest: qūo tentatio est uita hominis super terram:
& intelligit: qūo quis in deo eripitur a tentatione: &
qui agnoscit qualitatem tentationis suae: ita ut possit
de ipso dici: Quia in his oibus nō peccauit labiis suis
coram deo: huius botrus cypri de uineis engaddi/ef/
ficitur uerbum dei. Obseruandum tamen est/q̄ uer/
ba sponsae ita referuntur: ut & nardus/& alligamen/
tum guttae/& botrus cypri: ipsi soli sint: utpote quae
in hos iam profectus ascenderit. Sola enim perfe/
cta anima est: quae ita habeat purum/& purgatum
odoramentum sui sensus: ut possit nardi/& guttae/
& cypri/ex uerbo dei procedentis/fragrantiam cape/
re: & gratiam diuini odoris haurire.

LIBER TERTIUS.

CCE Es speciosa/proxima mea: ecce
es speciosa: oculi tui columbarum. Se/
e cundo iam spōsus cum sponsa in uer/
bo/colloquioq; miscetur. Et primo q̄/
dem sermone inuitauit eam ad hoc/ut
cognosceret semetipsam: dicens ei/q̄ bona quidem
esset inter mulieres: sed nisi cognosceret semetipsam:
certa quaeq; pateret̄: & quasi quae uelociter ad agni/
tionem sui: sensu/intellectuq; cucurrerit: comparat
eam equis suis/uel equitatui: quibus obtinuerit cur/
rus Pharaonis: simul & genas eius/pro isigni uere/
cundia/& conuersationis pernicitate/turturibus cō/
parat: ceruicemq; eius/ornamentorum redimiculis.
Nunc autem iam speciosam profitetur eam: & spe/
ciosam/non sicut prius in mulieribus tm̄: sed quasi
pximam sibi: & adhuc in maius titulum laudis ex/
tollit: & affirmat quia non tantum cum proxima est
ei: speciosa sit: sed & si contingat ei absentē esse: etiam
sic speciosa sit. Hoc enim indicatur in eo q̄ cum di/
xisset: ecce es speciosa/pxima mea: addit post haec ab/
solute/& sine ulla adiunctione: ecce es speciosa. Sed
in superioribus non laudauerat uisum eius: credo q̄a
nondum ad intuitum profecerat spiritalis intelligen
tiae. Nunc ergo ait/oculi tui columbarum. Grandis in
hoc profectus eius ostenditur: ut quae prius tm̄/spe/
ciosa in mulieribus dicta est: nunc ut pxima speciosa
dicatur ex ipso sine dubio sponso/splendorē decoris

accipiens:

accipiens/ut semel ab ipso/sumpta pulchritudine:et
si accidat ei/paululum sponsi absentiam pati: nihil/
ominus pulchra pmaneat. Quod autem oculi eius
comparantur colũbis:ob hoc pfecto contingit:quia
diuinas scripturas non iam sm literam/sed sm spiri/
tum intelligat:& aspiciat in eis spiritalia mysteria. Co
lumba enim/indicium est spiritus sancti. Spiritali er/
go sensu intelligere legem/& prophetas:hoc est/ocu/
los columbæ hře. Et hic qdem/columbæ oculi eius
appellantur:in psalmis uero huiusmodi aia/pennas
sibi dari columbæ desyderat:ut uolare possit in intel
lectum spiritalium mysterioꝝ:& requiescere in atriis
sapientiæ:sed & si dormire quis possit:hoc est collo/
cari/& requiescere in medio fortium:atq; intelligere
fortium uirtutes:& cognoscere diuini iudicii causas:
non solum pẽnæ columbæ qbus in spiritalibus in/
tellectibus uolet:pmittuntur ei:sed deargentatæ pẽ/
næ.i.uerbi/& rõnis ornamento decoratæ. Scapulæ
quoq; eius/in specie auri fieri dicuntur:ubi cõstantia
fidei/& dogmatum stabilitas indicatur pfectoꝝ. Er/
go si caput esse christus df:nihil puto absurdum ui/
deri:si & oculi eoꝝ qui sm interiorem hoiem/spirita
liter intelligũt:& spiritaliter diiudicant:spũs sanctus
esse dicantur. Et ob hoc fortassis in lege sicut agnus
positus est:per cuius hostiam/populus purificaretur
in pascha: ita & columbæ positæ sunt:qbus purifi/
catur homo/ingressus hunc mundum. Sed & de eo/
nunc dicere:& hostiaꝝ qualitates discutere:longior
uidetur excessus:& proposito operi/minime conue
niens. Hæc autem memorasse sufficiat pro eo/ꝙ p̄/
sens sermo continet:oculi tui columbæ: quasi dice/
ret/oculi tui spiritales sunt:spiritaliter uidentes:spiri/
taliter intelligentes. Potest adhuc pfundiore fortas/
sis sacramento/quod dixit. Ecce es speciosa/proxima
mea:intelligi de præsenti sæculo dictum:qa speciosa
quidem sit/& hic ecclesia:cum pxima est christo: &
cum imitatur christum. Quod uero iterauit/& dixit:
ecce es speciosa:potest ad futurum sæculum pertine/
re:ubi iam nõ solum imitatione: sed ipsa sui pfectio/
ne formosa est/& speciosa:& ibi dicat esse oculos eius
columbaꝝ:ut duoꝝ oculoꝝ columbæ duæ/intelli/
gantur esse filius dei:& spiritus sanctus. Et ne mireris
si columba simul dicatur:cum uterq; similiter aduo
catus dicatur:sicut Ioãnes euangelista declarat:spiri/
tum qdem sanctum dicens paraclitum:quod est ad/
uocatus: & de Iesu christo/nihilominus in epistola
sua dicit:qa ipse sit aduocatus apud patrem pro pec/
catis nostris. Sed apud Zachariam prophetam/duæ
oliuæ ad dexteram & ad sinistram candelabri posi/
tæ:unigenitum nihilominus/& spiritum sanctum
designare creduntᷣ. Ecce es bonus fraternus meus:&
qdem ecce es speciosus:cubile nr̃m umbrosum. Nũc
primum/uidetᷣ attentius inspexisse sponsi sui pulchri/
tudini spõsa:& considerasse illis oculis qui colũbæ
dicti sunt:decus/& spẽm/uerbi dei. Quia re uera nõ
potest prius pspici/nec agnosci: quanta sit in uerbo
magnificẽtia:nisi prius oculos quasi colũbæ.i.intel/
ligentiam spiritalem accipiat. Cõmune autem cubile
sibi/quod dicit esse cum spõso:corpus hoc mihi ui/
detur indicari aiæ:in quo adhuc posita:digna habi/
ta sit ascisci ad cõsortium uerbi dei:idq; umbrosum/
utpote nõ aridum/sed fructuosum memorat:& tan/
q̃ densitate boni opis nemorosum. Sed hæc spon/
sa dicit/aia dũtaxat: quæ colũbæ iam oculos habet.
Hi uero qui tñmodo credunt sponso:non tñ pspi/
cere potuerũt in uerbo dei/quanta sit pulchritudo:
dicunt & uidimus:& nõ hẽbat speciem/neq; deco/
rem/sed species eius indecora/& deficiens/præ filiis
hoium. Quæ autem bene profecit:& supergressa est
adolescentulaꝝ:& octoginta concubinaꝝ: &.lx.re/
ginaꝝ ordinem:ista aia potest dicere:ecce es decorus
fraternus meus/& qdem speciosus. Sed & si adhuc
in corpore positus/intelligam dẽsitatem spiritalium
sensuum/intelligentiam scripturaꝝ diuinaꝝ: tã cre/
bra õpacitate contextam:ut rapidior æstus qui mul/
tos solet adurere: & aresacere fructus eoꝝ: ne tamen
penetrare nõ possit:nec ulla uis tentationum fidei in
germen aresacere:tũc possum dicere: qa cubile nr̃m:
quasi cõmunẽm sibi cum sponso/corporis sui indi/
cans esse locum:ad illam similitudinẽ dcm̃ intellige:
qua & Paulus dixit:qa corpora nr̃a membra christi
sunt. Cum enim dicit corpa nostra:quasi sponsæ/id
esse corpus oñdit. Cum uero membra christi memo
rat:eadem corpora/etiam sponsi esse corpus indicat.
Hæc ergo corpora/si umbrosa sint (ut supius dixi/
mus) bonis dũtaxat operibus referta: & spiritalium
sensuum densitate cumulata:de his talibus dici põt.
Per diem sol nõ uret te:neq; luna p noctem. Iustum
nãq; tentationis sol non adurit regescentem sub um
bra uerbi dei. Iste enim sol qui adurit iustum:non est
laudabilis: sed ille magis qui se transfigurat in ange/
lum lucis. Bonus ergo/& decorus dicitur fraternus:
& quanto magis inspici potuerit oculis spiritalibus:
tanto speciosior inuenitᷣ/& pulchrior: qa nõ solum
illius species/& pulchritudo/mirabilis apparebit:ue/
rum & inspiciẽti atq; intuenti eum/decus ingens/&
spẽs formæ noua/ac mirabilis orietᷣ:sm illud quod
Apostolus/uerbi dei intuens pulchritudinẽ:dicit. Nã
etsi is q foris est/hõ noster corrumpitᷣ:sed q intus est/
renouatᷣ de die/in diem:merito ergo talis hæc aia cõ/
mune hẽt cubile cum uerbo/corpus suum. Peruenit
enim diuina uirtus usq; ad corpis gr̃am: cum in eo
uel castitatis donum/uel cõtinẽtiæ/aliorũq; bonoꝝ
opeꝝ collocat gr̃am. Considera sane/ne forte possit
etiam illud corpus quod assumpsit Iesus:cõmune ei
cum spõsa cubile noiari:qm̃ qdem uidetur per ipm/
ecclesia christo esse sociata: & participium uerbi dei
capere potuisse:sm qđ mediator dei/& hoium dici/
tur: & sm ꝙ Apostolus dicit: quoniam in ipso ha/
bemus accessum per fidem/in spe gloriæ dei. Tigna
domorum nostrarum/cedri: trabes nostræ cypres/
si. Videtur ab sponso responderi ad gratiam eorum/
quæ dicta fuerunt prius ab sponsa: quibus edoceat
eam/cuiusmodi sint tecta ista cõmunia: & qualis in

eis materia cōtignationis habeatur. Hæc habet histo/
rica narratio. Videtur aūt ecclesia describi a Christo:
quæ est domus spiritalis/& domus dei: sicut docet
Paulus dicens. Si aūt tardius uenero/ut scias/quo/
modo te oporteat in domo dei cōuersari: quæ est ec/
clesia dei uiui: colūna/& firmamentum ueritatis. Si
ergo ecclesia/domus dei est: quia oia quæ habet pa/
ter: filii sunt: ecclesia/domus filii dei est. Frequenter
aūt/& plurali numero appellātur ecclesiæ: ut ait ibi.
Nos talem cōsuetudinem non habemus: neq; eccle/
siæ dei. Et iterū/scribit ecclesiis Galatiæ Paulus: & Io
annes septem ecclesiis. Sunt ergo siue ecclesia/uel ec/
clesiæ: domus sponsi/& sponsæ: siue aiæ uerbi: do/
mus: in quibus tigna sunt cædrina. Legimus etiam
quasdam cædros dei: super quas uinea quæ transla/
ta est de ægypto: extendisse dicitur traduces/siue ar/
busta sua: sicut ait in psalmis: Operuit montes um/
bra eius: & arbusta/cædros dei. Euidenter igitur per
quædam: ecclesia/cædri dei nominatur. Cum ergo
dicit sponsus: tigna domorū nostratum cædri: intel/
ligere debemus cædros dei esse eos qui ecclesiam cō
tegunt: & esse aliquos horū ualidiores/qui trabes ap/
pellantur. Et puto/q cōuenienter hi qui episcopatū
bn̄ ministrāt: in ecclesia trabes dici possunt: qbus su/
stētatur/& tegitur omne ædificium: uel ab imbrium
labe: uel ab ardoribus solis. Secūdo aūt horū loco/ti/
gna præsbyteros appellari: & trabes quidem dici cy/
pressos: qbus & fortitudo robustior: & odoris sua/
uitas inest: per quod & in operibus solidū: & in do/
ctrinæ gratia/fragrātem designat episcopū. Similiter
aūt & tigna/cædros appellauit: ut per hoc/incorru/
ptionis uirtutis/& odoris/scientiæ christi: plenos de/
signaret debere esse præsbyteros: ego flos campi: &
lilium cōuallium: sicut lilium in medio spinarū: ita
ꝓxima mea in medio filiarū. Hæc ille qui sponsus/&
uerbū: & sapientia est: de semetipso/& de sponsa/ad
amicos/ac sodales suos loqui uidet: sed sm̄ ꝓpositæ
expositionis ordinē: christus hæc/de ecclesia loqui
intelligēdus est: & ipse dicere se florem esse campi: &
lilium cōuallium. Cāpus/planities terræ dr̄: cui cul/
tura adhibet: & excolitur ab agricolis: cōualles uero
saxosa magis: & inculta indicāt loca. Possumus aūt
& campum illum/itelligere populum: qui per ꝓphe/
tas colebatur/& legem: conuallem uero saxosum/&
incultū gentium locum. Spōsus ergo hic in iudæorū
populo flos fuit. Sed quoniam neminem ad perfe/
ctum adduxit lex: iccirco in illo/non potuit uerbum
dei ad florem proficere: & ad perfectionē fructuum
peruenire. In ista tamen cōualle gentium/effectus est
lilium: cuiusmodi aūt lilium: tale sine dubio: quale
& ipse in euangeliis dicit: q pater coelestis uestit. Et
neq; Salomon/in omni gloria sua idutus/sicut unū
ex istis. Fit ergo lilium in hac conualle sponsus: in eo
q uestiuit eum pater coelestis tali uestimento carnis:
quale/nec Salomon in omni gloria sua habere po/
tuit. Non enim Salomon habuit absq; concupiscen
tia uiri: & concubitu nubens inmaculatam: & nulli

prorsus peccato obnoxiam carnem. Sed & causam
cur is qui in campo flos fuerat: uoluerit esse in con/
uallibus lilium/uidetur ostēdere. Cum enim multo
tempore flos fuisset in campo: nullū dicit ex ipso cam
po florem/ad imitationē sui/ac similitudinem/pro/
cessisse. Vbi uero factus est in cōuallibus lilium: con/
tinuo ēt efficitur/ꝓxima eius imitatiōe/ipsius lilium:
ut operæprecium fuerit/qm̄ ipse effectus est lilium:
ut ēt ꝓxima sua: idest unaquæq; aia quæ ei approxi/
mat: & exemplum eius/imitationēq; sectatur: lilium
fiat. Quod ergo ait. Sicut lilium in medio spinarū:
ita ꝓxima mea in medio filiarū: accipiemus ecclesiam
gētium dici: q uel e medio infidelium: & nō creden
tium: quasi ex spinis emerserit: uel ꝓpheticorū circum
strepentium se morsibus in medio spinarum positæ
dicat. Quod & magis uidebit uerisimile: pro eo qd̄
dicit: ita ꝓxima mea in medio filiarū: non enim filias
appellasset illas animas/quæ nunq̄ oīno uenerūt ad
credendum. Omnes ergo hæretici primo ad credu/
litatem ueniunt: & post hæc ab itinere fidei/& dog/
matum ueritate dei declinant: sicut & Ioannes apo/
stolus in epistola sua dicit. Quia a nobis exierunt: sed
non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis: ꝑman/
sissent utiq; nobiscum. Possumus autem & ad unā/
quanq; animam id referentes: huic quidem animæ
quæ pro simplicitate sui/& planitiæ/uel æquitate
campus dici potest: florem/fieri uerbum dei: & initia
bonorum operum docere. His uero qui ꝓfundio/
ra iam quærunt: & demersiora scrutantur: quasi in
conuallibus: uel pro claritate pudicitiæ/uel pro ful/
gore sapientiæ/efficit lilium: ut & ipsi fiant lilia erū/
pentia de medio spinarum: idest pungentes cogita/
tiones. & solicitudines seculares: quæ spinis in euan
gelio comparatæ sunt. Sicut arbor mali/inter ligna
syluæ: ita fraternus meus inter medium filiorum. In
umbra eius concupiui/& sedi: & fructus eius dulcis
in faucibus meis. Decuit quidem sponsum: & de se/
metipso dicere: quid esset in campo: quid etiam in cō
uallibus: & de sponsa quæ esset: uel qualis inter cæ/
teras filias haberetur. Sponsam uero ad hæc respon/
dentem: non conueniebat de semetipsa aliquid dice/
re: sed effici totam erga admirationem sponsi: & ip/
sius laudibus inhærere. Comparat ergo eum/arbori
mali. Sed necā similitudine sermonis/simpliciores
aliqui arborem mali/malam arborē putent: & a ma/
litia dictam: dicamus nos arborem meli græco qui/
dem nomine utentes: sed simplicioribus quibusq; la
tinorū plus notiore/q̄ mali. Meli⁹ est enim ut grāma/
ticos offendamus: q̄ legētibus/scrupulū aliqd̄ in ue/
ritatis explanatione ponamus. Cōparat igit̄ eum ar/
bori mali: sodales uero eius/reliqs arboribus syluæ.
Sed sponsum/ita arbori huic mali similē dicit: ut ēt
concupisse se dicat/sub umbra eius sedere: fructumq;
eius dulcem sibi effectum in faucibus asseueret. Et
hæc adolescentulas loqui uidetur: sicut & sponsus
locutus est prius ad sodales suos: sed nunc uidea/
mus sm̄ mysterium/quos dicat sponsa filios: inter

quos tanq̄

quos tanq̃ arborem mali/præcellere reliqua syluæ ligna asserat spõsum: & uide si possumus. sm ea quæ in superioribus/de filiabus/& spinis/dupliciter exposuimus: ita hic etiam filios: uel eos qui aliqñ fuerunt: & non sunt: uel multitudinem coelestium ministrorum/dictos esse: intelligere. Ad oẽs enim in initio ptinet illud quod scriptum est. Ego dixi dii estis: & filii excelsi oẽs. Sed differentia intercessit per hoc: quod ait. Vos autem ut hoies moriemini: & sicut unus de principibus cadetis. Sed & illud in hoc respicit: qm̃ quis in nubibus æquabitur dño: aut quis assimilabitur ei/inter filios dei? Sicut ergo arbor mali/inter reliqua ligna syluæ: sic est sponsus/inter reliquos filios: hñs fructum qui non solum sapore: oẽs/sed & odore præcellat: & duos aiæ sensus. i. gustum/& odoratum efficiat. Diuersis nãq; copiis mensam nobis pparat sapientia: in qua nõ solum panẽ uitæ apponit: sed imolat carnes uerbi: & non solum miscet in cratere suum uinum: sed & mella odorata satis adhibet/& dulcia: quæ nõ in ore/& labiis suauitatem reddant: sed & interioribus tradita faucibus: dulcedinem seruent. Possumus aũt ligna syluæ/accipe eos angelos q uniuscuiusq; hæreseos auctores/fautoresq; uiri sunt extitisse: ita ut uideat ecclesia/comparans suauitatem doctrinæ christi ad asperitatem hæreticorũ dogmatum: ac sterilem/infructuosamq; doctrinam dicere: mella qdem suauia/& dulcia esse dogmata ecclesiastica: quæ in christi ecclesia pdicantur. Lingua uero syluæ/esse ea quæ diuersis hæreticis affirmantur. Et de istis uidebit infructuosis lignis syluæ dici: quod in euãgeliis scriptum est. Ecce iam securis ad radicem arboris posita est. Ois ergo arbor quæ non facit fructum bonum: excidet: & in ignem mittetur. Fraternus ergo sponsæ est/ut arbor meli/in ecclesia sponsis: cæteri uero hæresiarchæ/tanq̃ infructuosa ligna syluæ/diuino iudicio ut securi excidenda: & in ignem mittenda. Igit ut huius meli umbra/concupiscit spõsa residere: uel (ut diximus) in protectiõe filii dei: uel aia refugiens oẽs reliquas doctrinas: & adhærẽs uni soli uerbo dei: cuius etiam dulcem habeat fructũ meditando. s. indesinenter legem dei: & semper eam uelut mundum aial/ruminando. Verũ de appellatione umbræ istius sub q̃ sedere concupisse se dicit ecclesia: non puto absurdum: si ea quæ inuenire possumus in scripturis diuinis/pferamus in medium: ut quæ sit umbra meli huius dignius/& diuinius agnoscatur. Ait Hieremias in lamentationibus. Spiritus uultus nři: Christus dñs/compræhensus est in corruptionibus nostris: cui diximus: in mẽbra eius uiuemus in gentibus. Vides ergo qũo spiritu sancto pmotus ppheta/uitam de umbra christi pberi gẽtibus/dicit. Et qũo non uitam nobis pbeat eius umbra: cum & in cõceptu corpis illius/ad Mariam dicatur: Spũs sanctus ueniet sup te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Si ergo obũbratio fuit altissimi/in conceptu corpis eius: merito umbra eius/uitã gentibus dabit. Et merito sponsa/eius ecclesia/sub meli umbra sedere concupiscit: sine dubio/ut uitæ/quæ est in eius umbra particeps fiat. Reliquorũ uero lignorũ syluæ/umbra talis est: ut qui sederit sub ipsa: sedere uideatur in regione umbræ mortis. Sed adhuc ut magis/ac magis planior reddatur locus: qui habetur in manibus: requiramus qũo Apostolus dicat. Legem umbram habere futurorũ bonorũ: & oia quæ uel de diebus festis/uel sabbatis: uel neomeniis scripta sunt: umbram esse memorat futurorũ bonorũ: in his. s. quæ sm litteram gerebantur: & qũo oẽm ueterum culturam/exẽplar/& umbram/pnunciet esse coelestium. Quod utiq; si ita est: ondũtur sub umbra legis sedisse oẽs qcunq; sub lege erant: & umbram magis ueræ legis hẽbant. Nos autem alieni sumus ab umbra eorũ: qm̃ non sumus sub lege: sed sub gratia: sed quãuis non sumus sub umbra illius: quam legis littera faciebat: sumus tñ sub umbra meliore. In umbra eni christi/uiuimus inter gentes. Et est profectus qdam de umbra legis/uenire ad umbram christi: ut quia christus est uita/& ueritas/& uia: efficiamur primo in umbra uiæ: & in umbra uitæ: & in umbra ueritatis: ut compræhendamus ex parte: & in speculo/ac in ænigmate: ut post hæc/si icedamus per hãc uiam quæ est christus: quo peruenire possimus in hoc/ut facie/ad faciem comphẽdamus ea quæ prius quasi in umbra/& in ænigmate uideramus. Non enim quis poterit ad illa quæ uera sunt/& pfecta/peruenire: nisi prius desyderauerit/& concupierit in hac umbra residere. Sed & Iob/oẽm hoium uitam/dicit eẽ sup terram: credo pro eo q anima/in hac uita/uelamẽto huius crassi corporis obumbrat. Oẽs ergo qui in hac uita sunt: necesse est in umbra quadã esse: sed alii qdem sunt sedẽtes in regione umbræ mortis: hi profecto qui non credunt christo. Ecclesia uero cũ fiducia dicit. In umbra sponsi concupiui/& sedi: q̃uis certe fuerit tp̃s quo potuerit/quis sub umbra legis residẽs: defendi a duritia arboris/& æstus. Sed trãsiit illud tempus. Veniẽdum est nunc ad arboris meli umbram: & quãuis diuersa quis utatur umbra: uidetur tñ omnis anima/donec in præsenti uita est: umbram hẽre necessariam. Propter illud credo ardorem solis: qui cum exortus fuerit: continuo semen qd' in alta radice demersum est/arescit: & deperit. Sed hunc ardorem tenuiter qdem/legis umbra propellit: christi uero umbra/in qua nũc in gentibus uiuimus. i. incarnationis eius fides auertet penitus: & extinguet. Ille enim adurebat ambulãtes sub umbra legis/tp̃e passionis christi: sicut fulgur uisus est cecidisse de coelo: q̃uis etiam huius umbræ tp̃s/in finem sæculi compleatur: qa (sicut diximus) post cõsummationẽ sæculi/iam nõ per speculum/nec in ænigmate: sed facie/ad faciẽ uidebimus ueritatem: simile esse puto & illud qd' scriptum est: sub umbra alarũ tuarũ exultabo. Sed & in sequẽtibus huius libelli/ita dicit sponsa. Fraternus meus mihi: & ego illi ipsi: qui pascit inter lilia/donec respiret dies: & amoueantur umbræ. Edocens per hoc qa ueniet tp̃s: cum oẽs umbræ remouebunt: & per misericordiam dei pater

bit ueritas sola: sed & quod ait: & fructus eius dulcis in faucibus meis: illius aiam hoc credo dicere: quae nihil emortuum: nihil insensibile habet in faucibus suis: & in nullo prorsus similis est illis: de quibus dicitur: sepulchrum patens/est guttur eorum. Quicúq; enim uerba mortis/& interitus de faucibus proferút ipsorum fauces sepulchra dicuntur: sicut sunt omnes qui uel contra ueram fidem loquuntur: uel contra disciplinam castitatis/& iustitiae/& sobrietatis/aliquid proferunt: Ipsi ergo sunt: quorum fauces/sepulchra sunt/& loca mortis: unde matris uerba proferuntur. Iustus autem dicit. Quam dulcia faucibus meis/eloquia tua. Et alius qui uerba uitae docebat ita dicit. Os nostrum patet ad uos/o Corinthii: cor nostrum dilatatum est: sed & alius qui uerbo aperuit os suum. Os meum aperuit/& attraxi spiritú. Introducite me in domú uini. Sponsae uerba adhuc sunt: sed ad amicos/& familiares sponsi (ut arbitror) diriguntur a quibus uidetur exposcere: ut introducant eam in domú laetitiae: ubi uinum bibitur: & epulae parantur. Quae autem uiderat cubiculú regium: desyderat etiam nunc regale introire cóuiuium: & frui uino laetitiae: supra iam diximus/amicos spósi/prophetas/& oés qui ministrauerút uerbum dei ab initio saeculi: intelligendos: ad quos recte/uel ecclesia christi: uel anima/uerbo dei adhaerens/dicat: ut se introducant in domum uini: idest ubi sapiétia miscuit in cratere uinú suum: & depraecatur per seruos suos/omnem insipientem/& egentem sensu: dicens. Venite manducate panes meos: & bibite uinum quod miscui uobis. Ista est domus uini: domusq; conuiuii: in quo conuiuio/oés qui ueniunt ab oriente/& occidente/recumbent cum Habraam/Isaac/& Iacob in regno dei. Ad quam domum/& ad quod conuiuium: prophetae perducunt aias: quae tamen eos audiunt: & intelligunt: sed & sancti angeli/coelestesq; uirtutes/qui in ministerio mittuntur/propter eos q haereditatem capiunt salutis: istud est uinum/cui scribuntur illi psalmi qui pro torcularibus attitulantur: istud est uinum quod attulerunt illi palmites qui in Iesu permanserunt: non solum in terris/sed etiam in coelis: sic enim audio illud quod dicitur. Quia omnis palmes qui non manet in me: non potest afferre fructum. Nemo enim producit fructum uini huius: nisi qui permanet in uerbo/& sapientia/& ueritate/& iustitia/& pace: omnibusq; uirtutibus. Istud est uinum quo etiam inebriari/iustis/& sanctis quibusq; optabile dicitur. Haec puto & in spiritu iam túc Noe contuens: inebriatus esse dicitur: & Dauid admiratus huius conuiuii calicem: dicit. Et poculum tuum inebrians: q̃ praeclarum est. Ad hanc ergo domum uini: ecclesia/uel anima unaquaeq; desyderant: quae perfectae sunt/intrare: & dogmatibus sapientiae/mysteriisq; scientiae: epularum uelut suauitate: & uini laetitia perfrui. Sciendum sane est: quia sic est: ut istud uinum quod de dogmatibus ueritatis pressum/cómiscetur in cratere sapientiae: ita & contrarium uinum/cum/inique inebriatur peccatores: & hi qui falsae scientiae dogmata pnitiosa suscipiunt. De quibus Salomon in prouerbiis dicit. Hi autem edunt cibos impietatis: uino autem iniquo inebriantur. De hoc eodem uino iniquo/etiam in Deuteronomio legimus/ita sciptum: ex uineis Sodomorum/uitis eorum: & palmes eorum/ex Gomorra: uua eorum/uua fellis/& botrus amaritudinis/eis. Furor draconum/uinum eorum: & furor eorum/aspidum/insanabilis. Illud autem uinum quod de uite uera procedit: nouum semper est. Semper enim per profectus discentium/scientiae/& sapientiae diuinae innouatur agnitio. Et ideo dicebat Iesus discipulis suis: quia nouum bibam illud uobiscum/in regno patris mei: innouatur enim semp agnitio secretorum/arcanorúq; reuelatio/per sapientiam dei: nó solum hominibus/sed & angelis/coelestibusq; uirtutibus. Ordinate in me charitatem: eiusdem sponsae/ad eosdem/uerba sunt: nisi quod possunt fortasse etiam apostoli christi/inter eos haberi: ad quos ista memorantur. Quod ergo ait/ordinate in me charitatem: hunc habet sensum. Omnes homines amant/sine dubio/aliquid: & nullus est qui ad id aetatis uenerit/ut amare iá possit: & nó aliquid amet: sicut etiam in praefatione huius operis sufficienter ostendimus: sed hic amor: uel haec charitas/in nónullis quidem suo ordine/& conuenienter aptata/procedit: in plurimis uero cótra ordinem. Dicitur autem contra ordinem esse in aliquo charitas: cum aut id/diligit: quod non debet: aut qd debet diligit: sed plus iusto diligit: aut minus iusto. In istis ergo inordinata esse charitas/dicitur: in illis uero/quos ualde paucos arbitror esse: qui scilicet per uiam uitae incedunt: & non declinant neq; ad dexteram/neq; ad sinistrá: in ipsis solis ordinata est charitas: & ordinem suum tenet. Est autem ordo eius/& mensura huiusmodi. Verbi gratia. Deú diligere: nullus modus/nulla mensura est: nisi haec sola: ut ei totum exhibeas/quátum habes: in christo enim Iesu/diligendus est deus: ex toto corde/& ex tota anima/& ex totis uiribus. In hoc ergo nulla mensura est. Diligere uero pximum/est mensura aliqua: proximú (inquit) tuum dilige: sicut teipsum. Si ergo aut in dei dilectione/minus aliquid feceris/q̃ potes: & q̃ in uiribus tuis est: aut inter te/& proximú tuum/nó seruaueris aequitatem: sed aliquid differétiae habueris: nó est in te charitas ordinata: nec ordinem suum tenes. Verum quoniam nobis sermo de ordine charitatis est/diligentius per singula requiramus: uel quos diligi: uel quátum diligi oporteat. Nam si (ut dicitur) membra alterutrum sumus: puto q hunc effectum erga proximos/habere debeamus: ut eos non quasi aliena corpora: sed ueluti membra nostra diligamus. Secundum hoc enim/q membra nostra inuicem sumus: aequalem erga oés habere dilectioné: similéq; conueniet. Secúdum hoc uero/q sunt in corpore aliqua mébra honorabiliora/& honestiora: alia uero inhonestiora/& inferiora: puto q rursum pro membrorum

brorum meritis/& honore:etiam dilectionis librari
debeat modus. Siquis ergo rationabiliter cũcta age/
re ſm uerbum dei : ac ſuos etiam affectus temperare
proponit:puto ꝙ erga hæc ſingula/ordinem chari/
tatis & ſcire debeat/& tenere. Verum ut apertius fiat/
quod dicimus:paulo euidentioribus utamur indi/
ciis. Siqs(uerbi gratia)laboret in uerbo dei:atq; aĩas
noſtras inſtruat/& illuminet:uiam ſalutis doceat:ui/
uendiq; ordinem tradat:nõ tibi uidetur/& hic pro/
ximus eſſe quidẽ:ſed multo amplius/alio ꝓximo
diligendus:qui hoꝝ nihil gerit! Nam & ille quidem
diligendus eſt:pro eo ꝙ membra unius corporis ſu/
mus:uniuſq; ſubſtãtiæ:ſed hic multo amplius/qui/
cũq; & ius ꝓximi nobiſcum habeat:quod cæteri ho
mines hñt:dat tñ hãc maiorem charitatis erga ſe cau/
ſamq; uiam dei oñdit:& aĩæ ſalutem diuini uerbi il/
luminationibus confert. Quod ſi aliquis me erran/
tem/& in præcipitio poſitum muliebris peccati/ad
lucem reuocet ueritatis:& de ipſo iam interitu eripiat:
ac trahat ad ſalutẽ:atq; ex ipſis faucibus æternæ mor
tis arripiat:nõ tibi uidetur:ꝙ illa ipſa(ſi fieri poteſt)
plenitudine charitatis:qua deum diligimus:diligen/
dus ſit poſt deum! Et ne putes/ꝙ nos pſumamus:
audi apoſtolum Paulum de his qui in uerbo dei la/
borant:dicentem:ut ſupabundanter habeatis in cha/
ritate eos qui huiuſmodi ſunt:ꝓpter opus ipſoꝝ. Vi
deamus & alium adhuc ordinẽ charitatis/eius dũta/
xat:quæ erga ꝓximos haberi uidetur. Si ſit/non hñs
qdem docendi/uel inſtruendi gratiam:neq; uerbum
dñi pdicandi:ſed tñ ſanctæ uitæ/uir inocens/imacu/
latus:& qui in iuſtificationibus. & mandatis dei in/
grediatur:ſine querela:uidetur ne talis tibi/hic uir in
eodem charitatis ordine habẽdus : quo ille qui nihil
agit:qñqdem/uterq; proximus dicitur! Nõne & hic
ꝓpter opus ſuum:& uitæ meritum:ſm Apoſtoli di
ctum:ut ille qui in uerbo dei laborat:ſuperabundan/
tius hñdus eſt in charitate:ꝓpter opus uitæ ſuæ. Eſt
adhuc alius ordo charitatis. Iubemur enim & inimi
cos noſtros diligere. Sed uideamus ſi etiam in ipſis:
unus ſolus modus erit dilectionis:an ibi habebit lo/
cum ſermo iſte:qui dicit:ordinate in me charitatem.
Puto ergo/ꝙ in his ſit ordo charitatis. Verbi gratia.
Eſt aliquis mihi inimicus:& aliis tñ bene agens:pu/
dicus/ſobrius/mandata plurima dei/ex parte cuſto/
diens:in aliqbus tñ errans/ut homo. Et alius qui ini/
micus qdem ſit & ipſe nobis:tñ ſit ſuæ uitæ/atq; aĩæ
inimicus:paratus ad ſcelera:præceps ad flagitia:nihil
ſancti:nihil religioſi ducens : non tibi uidetur etiam
eſſe inter ipſos inimicos/quædã diuerſitas hñda cha
ritatis! Puto qdem ꝙ ex his/ſatis patuerit eſſe/ui qui/
dem charitatem unam:multas tñ hře cauſas:& mul/
tos ordines diligendi:& ꝓpter hoc nunc dicere ſpõ/
ſam:ordinate in me charitatem:hoc eſt docete me di/
uerſos ordines charitatis. Quod ſi adhuc addẽdum
his aliquid uidetur : poſſumus illud in medium ad/
ducere:quod ait Apoſtolus. Viri diligite uxores ue/
ſtras:ſicut corpora ueſtra:ſicut chriſtus dilexit eccle/
ſiam:Quid ergo debent quidem uiri uxores ſuas di/
ligere:alias uero mulieres/non debent oino diligere
in omni caſtitate/& ſanctitate! An non uidebuntur
etiam ipſæ/eſſe de proximis! ſed impendenda qdem
eſt dilectio/uel in coniugem:uel in matrem:uel in ſo
rorem:ſi tñ fideles ſint : & deo adhærentes : & erga
aliam mulierem nullam/ſm illam quæ proxima di/
citur:eſt nobis impendenda dilectio:ꝙ ſi hoc abſur/
dum uidetur (Debet autem ſm mandati ordinem/
etiam erga eas/caſta haberi dilectio)prorſus inter ip/
ſas perſonas fœminaꝝ/quibus impẽdenda dilectio
eſt:hñdus profecto eſt ordo quidam/in charitate:cõ/
ueniensq; diſtinctio:& maiori qdem cum honorifi/
centia/matri deferenda eſt dilectio. Sequẽti uero gra/
du/cum quadam nihilominus reuerentia/etiam ſo/
roribus. Proprio uero quodã & ſequeſtrato ab his/
more charitatis coniugibus exhibenda. Poſt has ue/
ro perſonas pro meritis etiam/& cauſis/unicuiq; in
omni (ut diximus) caſtitate : deferenda dilectio eſt.
Secundum hæc etiam de patre/uel fratre/atq; aliis ꝓ/
pinquis/obſeruabimus. Erga ſanctos uero/qui nos
in chriſto genuerunt:ſed & paſtores/atq; epõs:uel q
uerbo dei pſunt præſbyteri:aut qui beati miniſtrant
in eccleſia:uel qui in fide pcellunt cæteros. Quomõ
uero pro uniuſcuiuſq; meritis/affectio penſabit cha/
ritatis! lõge eminẽtior:q̃ erga eos haberi poteſt. Qui
autem nihil hoꝝ/aut non integre egerunt:ſed & iter
parentes fideles/& infideles:& fratres fideles/ac infi/
deles/ſororeſq;:poteſt ne fieri:ut non erga hos ſingu
los/diuerſus ordo habeatur charitatis! Quas diuer/
ſitates intuens ſponſa:& uidens de his oĩbus/aĩæ ad
perfectionem tendenti : neceſſariam uideri ſcientiam
earum reꝝ:ut uniuſcuiuſq; loci/& ordinis menſuras
poſſit tenere charitatis:dicit ad amicos ſponſi:eos ui
delicet/qui uerbũ dei miniſtrant:ordinate in me cha
ritatem:hoc eſt docete me:& tradite mihi : quomo/
do:per hæc ſingula/ordinem ſeruare debeam chari/
tatis. Omnes enim homies(ſicut iam diximus)ſm
hoc ꝙ ſimiles/& ex nobis ſunt : ſimiliter diligendi
ſunt:imo omnis rationabilis natura a nobis utpote
rationabilibus/æqualiter diligenda eſt. Adiiciẽdum
tamen in charitate eſt unicuiq;/ad hoc/quo eſt:& ad
hoc/ꝙ rationabilis eſt. Si uerbi grã/aut in moribus/
aut in opere:aut in ꝓpoſito/aut in ſcientia:aut in ſtu
diis/cæteros pcellit:pro his ſingulis/ſm ſuum quẽq;
meritum/ad generalem dilectionem:addendum eſt
etiam ſpecialis aliquid charitatis. Verum/ut maior de
his habeatur auctoritas:ab ipſo deo capiamus exem/
plum. Ipſe enim amat omnia quæ ſunt æqualiter:ut
nihil oderit eorum quæ fecit. Neq; enim fecit aliqd:
quod odio haberet:non tamen ob hoc ſimiliter di/
lexit hebræos:ut ægyptios:& Pharaonem/ut Moy/
ſem:& Aarõ. Nec rurſus aliquos filios Iſrael ſimili/
ter dilexit:ut Moyſem/& Aarõ/& Mariã:nec iterum
Aaron/& Mariã/ſimiliter dilexit:ut Moyſem : q̃uis
ueꝝ ſit:ut dr̃ ad eum. Parcis autem oĩbus/quia om/
nia tua ſunt dñe/amator aĩaꝝ:ſpiritus enim incorru/

ptionis est in oibus. Tamen ille qui mensura/ & numero/ & pondere disposuit oia/ sm mensuram: sine dubio uniuscuiusq; meritorum/ & dilectionis suæ temperat libram. Nunquid nõ putabimus: quia non similiter ab eo dilectus est Paulus/ cum psequeretur ecclesiam dei: sicut diligebatur/ dum ipse cũ ea persecutiones/ cruciatusq; tolerabat: & cum dicebat: sibi inesse sollicitudinem oium ecclesiarum! Multum est nũc ut inter istos ordines charitatis: ẽt de effectu odii: qui uidetur huic charitatis: effectui contrariis: inferamus: quia ẽt dñs dicit: inimicus ero/ inimicis tuis: & aduersabor aduersariis tuis. Et iterum si peccator tu assistis: & ei quem odit dñs: amicus es: quæ utiq; hãc habẽt absolutionem: quã & illud quod dictum est: honora patrem tuum/ & matrẽ tuam: & iterum qui non odit patrem: & reliqua. In quo pfecto inimicus charitatis in deum/ his qui aduersantur: cõtrarium uidetur generare effectum: dum nulla potest esse cõsonantia luci/ & tenebris/ & christo/ cum belial: nec eadem portio esse fideli/ cum infideli. His ergo (ut potuimus) de charitate/ ordinibus expositis/ patet ad intelligendum: quid sit: quod poscat sponsa: idest ecclesia uel aia/ tendens ad pfectionem: præstari sibi ab amicis sponsi: qm introduci se poposcerat in domũ uini: ubi sine dubio ĩtellexerat in oibus quæ uiderat: eminere/ & præcellere gratiam charitatis: & ipsam didicerat/ maiorem oium: solãq; esse charitatem: quæ nunq̃ cadet. Ideo deposcit: ut ordinem eius discat: ne forte aliquid inordinatum faciens: uulnus ab ea aliquod accipiat: ut in posterioribus dicitur. Vulneratæ charitatis ego sum. Ea aũt/ siue ad angelos dei accipiamus: a quibus se instrui postulat: & muniri: nihil absurdum uidebitur sm hoc/ quod de populo dicitur. Lætamini gentes/ cum populo eius: & confortent eos oẽs angeli dei: & ut in aliis dicitur. Circundat angelus dñi in circuitu timẽtium eum: & eripiet eos. Et item alibi. Nolite contẽnere unũ ex minimis istis: qui in ecclesia sunt: quia angeli eorum semp uidẽt faciem patris mei: qui in cœlis est. Sed & in Apocalypsi Ioãnis/ angelo tiatirẽsi/ testimonium dat filius dei: præ charitate quã ordinauit angelus ipse/ in ecclesia sibi cõmissa. Sic enim scriptum est. Scio opa tua/ & charitatem tuam/ & fidem: & ministerium/ & patientiam: & opera tua nouissima/ maiora/ q̃ priora. Sed & si ad pphetas/ hæc referamus: qui ministrauerunt uerbum dei/ ante aduẽtum sponsi: ut per ipsorum doctrinam/ uideat ecclesia uelle ordinem discere charitatis: idest ppheticis instrui uoluminibus: nõ uidebitur absurdum. Sed & oẽs sancti qui de hac uita decesserunt: habentes adhuc charitatem erga eos/ qui in hoc mundo sunt: si dicãtur curam gerere salutis eorum: & iuuare eos precibus suis/ atq; interuentu suo apud deum: nõ erit incõueniens. Scriptum nãq; est in Machabæorum libris/ ita. Hic est Hieremias propheta dei/ qui semp orat pro populo. Sed & ad Apostolos hæc dici (ut supra iam dixi) nõ uidebitur alienũ. Per hos enim ois ecclesia dei/ uel aia quærens deum introducitur in domum uini (ut supra diximus) & aromatibus/ atq; odoribus repletur: & componitur in melius: sicut in posterioribus legimus: & edocetur oẽm ordinem/ rationẽq; charitatis. Cõfirmate me in unguentis: stipate me in malis: quia uulneratæ charitatis ego sum: in græco qdem habetur confirmate me in amyris. Amyrrim genus quoddã arboris nominans: quod latini putãtes myrrhã dictum: unguẽta interpretati sunt. Igitur ordo sermonis huiusmodi est. Postea q̃ sponsa/ & uerba ex ore ipsius sponsi audiuit: & cubiculum regis ingressa est: & domum uini/ lociq; conuiuii/ ac sapiẽtiæ/ & in eo uictimas/ & craterem mixtum sacramentis eius aspexit: quasi in horum oium admiratione stupens/ & sauciata: postulat ab ipsis nihilominus amicis/ & sodalibus sponsi/ ut confirmaretur: & quasi deficiens sustentaretur: incumbens paululum sup arborem amyrã/ uel meliam. Amoris ẽt uulnere percussa: arborum solatia syluarũq; sectat. Hæc sm litteram. Sed ex his ut exeq possimus intelligẽtiam spiritalẽ: indigemus illa gratia: quã consequi a deo meruit ipse Salomon: q omnium quæ sunt: radicum/ & arborum/ & uirgultorum naturas didicit: ut sciremus & nos: quæ uis/ & quæ natura sit arboris amyræ: quo competẽter ex hac/ spiritalis aptari possit expositio. Hoc est autẽ/ q solum peruenire ad nos de huius: arboris notitia potuit: qa odorem solum habeat suauem: nullum tamẽ afferat fructum. Melia uero arbor/ notum cunctis est: quod non solum ferat fructum: sed & dulcissimũ/ & suauissimum ferat. Omnes igitur hoĩes/ arbores dicuntur: siue bonæ/ siue malæ: & fructuosæ/ siue ĩfructuosæ: sicut & dominus in euãgelio dicit. Aut facite arborem bonam: & fructum eius bonum: aut facite arborem malam: & fructum eius malum. Et omnis arbor quæ non facit fructum bonum/ excidetur: & in ignem mittetur. Tres ergo differentiæ in hoĩbus uidentur esse. Quidam qui oĩno nullum fructum afferunt: & ecce alii qui afferant. Sed in his qui afferunt: aut mali sunt fructus/ aut boni. Hic ergo sponsa: idest ecclesia christi/ confirmari se postulat: & reclinari quidem super unam arborem meliam/ afferentem fructus bonos: & recte/ ac competenter. Super his enim cõfirmatur/ & stipat ecclesia: q in bonis opibus fructificant/ & crescũt. Quid aũt est/ quod in amyris infructuosis. s. arboribus confirmari uult: odore solo gaudẽtibus. Ego puto/ q istos q solo odore gaudẽt: & nec dum fructus fidei afferũt: illos dicat: quos Paulus ad Corinthios scribẽs/ dicit: qui inuocãt nomen dñi nostri/ Iesu christi in omni loco ipsorum/ & nrm: p eo ergo q inuocãt nomen dñi nostri Iesu christi: habent in semetipsis odoris/ quandam ex ipsa inuocatione nominis/ suauitatem. Pro eo uero/ q nõ cum omni fiducia/ & libertate/ accedunt ad fidem/ nullos fidei afferunt fructus. In loco hoc possumus nos/ cathecuminos ecclesiæ intelligere: super quos ex parte aliqua confirmantur ecclesiæ. Habẽt enim & in ipsis non parum fiduciæ/ & spei plurimum

quod & ipsi fiant aliquando arbores fructiferæ: &
plantentur in paradiso dei/ab ipso agricola patre. Ip/
se enim est/qui plãtat huiusmodi arbores in ecclesia
Christi: quæ est paradisus delitiarũ: sicut & dñs dicit.
Omnis plantatio quam non plantauit pater meus
coelestis/eradicabitur. Stipatur ecclesia/& inter me/
lias/& super ipsas requiescit. Quæ meliæ illæ putan/
dæ sunt aiæ quæ quotidie inouantur ad imaginem
eius/q creauit eas. Quia enim per innouationem sui/
imaginem reparant filii dei: merito & ipsæ arbores/
meliæ appellantur: quia & ipse sponsus earũ in super
rioribus/dictus est: sicut arbor meliam esse/in lignis
syluæ. Et ne mireris si idem ipse/& arbor uitæ/& di/
uersa alia dicatur: cũ idem & panis uerus: & uitis ue/
ra: & agnus dei/& multa alia noĩetur. Oĩa nãq; hæc/
uerbum dei unicuiq; efficitur: prout mẽsura/uel desy
derium participãtis exposcit se: ad quod significan/
dum illud q̃ est/& mãna unicuiq; esset unus cibus:
unicuiq; tñ desyderii sui reddebat saporem. Præbet
ergo seipsum/non solum esurientibus panem & si/
tientibus uinum: sed & delitiari uolentibus/semetip
sum/& fragrantia exhibet poma. Propterea ergo &
spõsa uelut refecta iam/& bene pasta/fulciri in meliis
se poscit: sciens in uerbo esse sibi non solum oẽm ci/
bum: sed & oẽs delitias: & per ea maxime discurrit:
dum se uulneratam sentit esse iaculis charitatis. Siq̃s
uis q̃ est: qui fideli hoc amore/uerbi dei arsit aliquan/
do: si quis est ut ꝓpheta dicit: qui electis iaculis eius/
dulce uulnus/plagamq; accepit: si quis est qui sciẽtiæ
eius amabili confixus est telo: ita ut diurnis eum de/
syderiis/nocturnisq; suspiret: aliud quid loqui non
possit: audire aliud nolit: cogitare aliud nesciat: desy/
derare preter ipsum/aut cupere aliud/uel sperare/non
libeat: ista aĩa merito dicat. Vulnerate charitatis ego
sum: & ab illo uulnus accæpi: de quo dicit Hesaias.
Et posuit me sicut iaculum electũ: & in pharetra suã
abscondit me. Tali uulnere/decet deum ꝑcutere aĩas:
talibus iaculis/telisq; configere/ac salutaribus eas uul
neribus sauciare: ut quia deus charitas est: dicãt & ip/
sæ. Quia uulneratæ charitatis ego sum. Et q̃dem in
hoc/quasi amatorio dramate/sponsa charitatis se di/
cit uulnera suscepisse. Potest autem similiter feruens
aĩa/erga sapientiam dicere: quia uulneratæ sapientiæ
ego sum: illa. s. quæ sapientiæ eius pulchritudinem
potuit intueri. Potest & alia aĩa uirtutis eius magnifi
centiam contuens: & admirata potentiam uerbi dei
dicere: quia uulneratæ uirtutis ego sum. Talis credo
aliqua/sicut erat illa quæ dicebat. Dñs illuminatio
mea/& saluator meus: quem timebo. Sed & aĩa erga
morem iustitiæ eius feruens: & dispensationum/ac
prouidentiæ eius iustitiam contuens: dicit sine du/
bio. Vulneratæ iustitiæ ego sũ: & alia bonitatis eius/
ac pietatis immẽsitatem respiciens: similia loq̃tur. Sed
& horum oĩum generale est istud charitatis uulnus:
quo se uulneratam ꝓdicat sponsa. Sciendum tñ est:
q̃ sicut sunt ista dei iacula: quæ aiæ habenti desyde/
rium bonorũ/salutis uulnus infligunt: ita sunt & ia/
cula maligni ignita: quibus anima quæ non est scu/
to fidei protecta/uulneratur in mortem. De ipsis di/
cit propheta. Ecce peccatores intenderunt arcum: pa
rauerunt sagittas suas in pharetra sua: ut sagittent in
obscuro rectos corde. Hic peccatores de occulto sa/
gittantes dæmones inuisibiles dicit: & ipsi sunt/ha/
bentes quædam iacula fornicatiõis: alia cupiditatis/
& auaritiæ: quibus q̃plurimi uulnerantur: habent et
spicula iactantiæ/& uanæ gloriæ: sed ista ualde subti/
lia sunt: ita ut confixam se aĩa ab eis/sauciatamq;/uix
sentiat: nisi si induta est armis dei: & stat uigilans/&
imobilis ergã astutias diaboli: scuto semetipsam fidei
per oĩa contegens: & nullam corporis partem fidei/
nudam relinquens. Quantacũq; autem dæmones fe
cerint tela: si inueniant mentem hoĩs fide munitam:
etiam si fuerint ignita: etiam si cupiditatum flãmis:
& incendiis ardeant uitiorũ: fides plena/cũcta restrin
git. Leua eius sub capite meo: & dextera eius ample/
ctetur me. Descriptio est quidem amatorii dramatis/
sponsæ festinantis ad cõiubium spõsi: uelut tamen
paulo apertioribus corporis appellationibus currit.
Sed conuerte te uelocius ad spiritum uiuificantem:
& refugiens appellationes corporeas: uere perspice
quæ sit uerbi dei leua: quæ sit dextera: quod etiã ca/
put sponsæ eius/aiæ. s. perfectæ uel ecclesiæ: & non
te rapiat carnalis/& passibilis sensus. Ipsa enim est hic
sponsi dextera/& leua: quæ in prouerbiis de sapien/
tia dicitur: ubi ait. Longitudo enim uitæ in dextera
eius. In sinistra uero eius diuitiæ/& gloria: & sicut
hic sapientiam/non ideo aliquam foeminam dicipu
tabis: quia foeminino noĩe appellari uidetur: ita ne in
hoc quidem/q̃m masculino genere spõsus/uerbum
dei dicitur: corporaliter intelligere debes: leuam eius/
aut dexteram/uel amplexus sponsæ/uel aiæ pro foe/
minei generis declinatione/pcipere: sed uerbum dei:
q̃uis apud græcos masculino: apud nos neutro ꝓfe/
ratur. Super masculinum tñ/& neutrum: ac foeminĩ/
num genus: & super omne oĩno/quod ad hoc respi
cit esse: cogitanda sunt ista: de q̃bus sermo est: & non
solum uerbum dei: sed & ecclesia eius/atq; aĩa perfe/
cta: quæ & sponsa noĩatur: sic enim & Apostolus di
cit: in Christo enim neq; masculus/neq; foemina: sed
oẽs in ipso unum sumus. Hæc autem propter hoĩes
qui aliter audire non possunt: nisi his uerbis quæ in
usu habentur: in scriptura diuina/humani more refe/
runtur eloquii: ut uerbis quidem notis eas/& solitis
audiamus: sensu tñ illo quo dignum est de diuinis
rebus/& icorporeis sentiamus. Nam sicut is q amã/
torem dicit se esse pulchritudinis sapientiæ: hoc oñ/
dit/q̃ naturalem q in se est charitatis affectum ad stu/
dia transtulerit sapientiæ: & hic sponsa deposcit/uel
aĩa uel ecclesia: ut sponsus suus qui est uerbum dei:
Leua quidem sua/caput eius sustentet: dextera uero
eius/omne eius reliquum complectatur: & constrin
gat corpus. Est autem leua/in qua/sapientia diuitias
continere/& gloriam dicitur. Quas autem habet di/
uitias ecclesia/& quã gloriam/nisi illas quas accepit

ab eo qui cum diues esset : pauper factus est : ut illius
paupertate/ecclesia fieret diues? Quæ autem est glo/
ria? illa sine dubio de qua dicit: pater clarifica filium
tuum: passionis sine dubio gloriam designãs. Fides
ergo passiõis christi gloria/ & diuitiæ ecclesiæ sunt:
quæ in leua eius continentur : Leuam autem / puto
uerbum dei/hoc modo debere intelligi: qm̃ quidem
sunt in eo quædam dispensationes/ante incarnatio/
nem/gestæ. Sunt uero aliquæ / & per icarnationem.
Illa pars uerbi dei/quæ ante ascensionem carnis / in
dispensationibus pacta est: dextera potest uideri: hæc
uero quæ per incarnationem/sinistra appellari. Vn/
de & sinistra/diuitias/& gloriam habere dicitur. Per
incarnationem nãq; diuitias / & gloriam quæsiuit:
oium scilicet salutem. In dextera autem/lõgitudo ui/
tæ esse dicit: per quod sine dubio/illa eius pars quæ
in principio apud deum / deus erat uerbum : sempi/
ternitas indicat. Hanc ergo leuam/ecclesia cuius chri
stus est caput: optat habere sub capite suo : & fide in/
carnationis eius / caput suum muniri. Dextera uero
eius amplecti.i.illa agnoscere: & de illis instrui: quæ
ante huius quoq; per incarnationem gesta/dispensa/
tionis tp̃s in arcanis habentur/ & reconditis. Dexte/
ra nãq; ibi putanda sunt essooia : ubi nihil de pctõr
miseriis: nihil de fragilitatis lapsu continetur. Hic ue/
ro leua/ubi uulnera nostra curauit: & peccata nostra
portauit: factus etiã ipse pro nobis peccatum: & ma/
ledictũ. Quæ oia / quãuis caput/ & fidem sustẽtent
ecclesiæ: merito tñ sinistra/uerba dei appellabuntur:
in quibus aliqua etiam/p̃ter illam naturam quæ to/
ta dextera est: & tota lux/ & splẽdor/ & gloria pertu/
lisse memoratur. Adiuraui uos filiæ Hierusalem in
uirtutibus: & in uiribus agri: si eleuaueritis / & susci/
taueritis charitatem quoadusq; uelit. Sponsa adhuc
ad adolescentulas loquitur: prouocans eas: & exhor
tans/imo & adiurans per ea quæ eis cara esse nouit/
& amabilia : ut si forte eleuare cœperint charitatem/
iacẽtem quippe in eis: & excitare eam: utpote adhuc
dormientem apud eas: in tantum eleuent eam: in tã/
tum suscitent: in quantum uoluerit sponsus: nec mi/
nus aliquid in ea agant: q̃ uolũtas ipsius patit. Hæc
est enim amantis sponsæ p̃fectio: ut a nullo uelit cõ/
tra aios/& uoluntatem eius fieri: quem diligit : & ut
hoc non negligenter/aut segniter agant : per uirtutes
agri.i.per plantaria & uirgulta quæ in agro sunt: &
per uires eius sine dubio per ea quæ in eo sata sunt:
adiurantur. Tali ordine/taliq; uerbor₂ compositio/
ne textus historici dramatis dirigatur. Nunc iam qd
arcani intrinsecus contegat: requiramus. Omnis aia
præcipue / quæ filia est Hierusalem / habet aliquem
agrum proprium: qui ei secreta quædam per Iesum/
meritor₂ sorte delatus est: sicut fuit & ille ager Iacob:
cuius suauitate permotus Isaac patriarcha / mysticis
aiebat elogiis: ecce odor filii mei/sicut odor agri ple/
ni: quem bñdixit dñs. Habet ergo unaquæq; anima
(ut diximus) agrum suum. Vita nãq; & cõuersatio
eius: ager est eius. In hoc agro aia quæ diligẽs/& stu

diosa est/satis agit: & studet plãtare bonos sensus: &
oẽs excolere animi uirtutes : nõ solum autem animi
uirtutes/sed & uires operum: quibus uidelicet/imple
ri possunt ministeria mãdatorum. Est ergo (ut dixi/
mus) unicuiq; aius/suus ager: quem colit / & plãtat/
& seminat sm̃ hæc quæ diximus: est autem & oium
simul filiar₂ Hierusalem/unus quidam & cõmunis
ager : de quo Paulus ait. Dei agricultura estis uos.
Quem agrum cõmunem: exercitium ecclesiasticæ fi
dei/ & cõuersationis accipiamus: in quo certum est/
uirtutes inesse cœlestes/ & uires spiritalium gr̃arum.
Vnaquæq; aia quæ nũc filiæ Hierusalem/hic appel/
lantur: sciẽtes q̄ matrem habeat Hierusalem cœle/
stem: conferat aliquid necesse est ad agrum hunc ex/
colendum: & cœlesti eum possessione / dignum cu/
piat effici. In istius ergo agri uirtutibus/eleuari chari/
tatem christi/ & exercitari ab adolescentulis / & initia
fidei habentibus/protestatur ecclesia: & dicit ad eas.
Si leuaueritis/& exercitaueritis charitatẽ/quoadusq;
uelit: hoc est / si iam in hoc ueneritis: ut incipiatis agi
non spiritu timoris/& adoptionis : & in hoc profe/
ceritis/ut perfecta in uobis dilectio/foras mittat timo
rem: & ut eleuetis/atq; exaltetis in uobis charitatem:
& excitetis eam: tãdiu eleuate eam: & tãdiu extollite:
quãdiu ipse uelit filius charitatis: imo ipse qui ex deo
est charitas: nec forte putantes sufficere humanæ cha
ritatis mensuras/in charitate dei minus aliqd / q̃ deo
dignum est: agatis. Mensura enim charitatis hæc so/
la est: ut tantum quantum ipse uult: diligatur. Volũ/
tas autem dei semper eadem est: nec unq̃ mutat. Nũ/
q̃ ergo imutatio aliqua/aut finis ullus in dei charita/
te recipitur. Notandum sane est q̄ non dixit: si acce/
peritis charitatem: sed si leuaueritis: quasi quæ est q/
dem in uobis: sed iacet/& nunq̃ erecta est. Et rursum
non dixit: si inueneritis: sed si excitaueritis charitatẽ:
quasi quæ sit intrinsecus quidem/sed iaceat/& dor/
miat in eis: donec inueniat suscitãtem. Ipsam credo/
& Paulus suscitabat tũc adhuc in discipulis dormiẽ
tem: cum dicebat. Exurge qui dormis : & continges
christum. Vox fraterni mei: frequenter nos admone/
re conuenit: q̄ libellus hic in modum dramatis texi/
tur. Præsens enim uersiculus quem proposuimus/
tale aliquid indicat: q̄ cũ sponsæ sermo esset ad ado/
lescentulas filias Hierusalem : subito quasi eminus/
uocem sponsi senserit: quasi cum aliquibus loquen
tis/interruptoq; sermone: quem faciebat ad adolescẽ
tulas sponsa/aurem conuerterit ad auditum: qui ad
eam peruenerat: & dixerit. Vox fraterni mei. Spon/
sum uero intellige / primo quidem / anteq̃ appareret
oculis sponsæ: uoce ei sola agnitum. Post hæc uero/
etiam cõspectibus eius aperuisse super mõtes quos/
dam uicinos illi loco / in quo sponsa morabatur sa/
lientem: & magnis qbusdam passibus/non tanq̃ sal/
tibus: colles/montesq; in modum cerui/uel capreæ/
transcendentem: & ita ad sponsam suam/omni cum
properatione uenientem. Vbi uero ad domum/itra
quam sponsa cõmorabatur: aduenit: stetisse eũ pau/
lulum/

lulum/intellige post domum:ita ut sentiretur qdem
adesse:nondum tamen modum/palam uellet & eui/
denter intrare:sed prius/quasi sub amatoris specie/p
fenestras aspicere uelle:sponsam intellige:aut retia q/
dam prope domum sponsæ : aut laqueos esse posi/
tos:ut si forte ipsa/uel aliqua sodaliũ eius i ex filiabus
Hierusalem exisset aliqñ:caperet. Ad ista uero retia ue
nisse sponsum/certum est:qui capi ab eis non posset:
sed fortior eorũ effectus diruperit ipsa retia:diruptisq;
eis/super ipsa incedens:etiam per ipsa prospexerit:&
postq̃ hoc opus fecerit:dicat ad sponsam. Exurge/ue
ni proxima mea:sponsa mea:columba mea. Hoc au
tem dicat:ut ipso opere ostendat ei/qũo cum fiducia
debeat contẽnere iam retia/quæ ei tetenderat inimi/
cus:nec timeat laqueos quos ad se iam uiderat esse di
ruptos:& adhuc / ut amplius ad se sponsam prouo/
cet festinare:dicat ei. Quia omne tempus quod iam
graue uidebatur:transiuit:& hyems quæ ei causa ex/
orta uidebatur:abscessit : pluuiæq; inutiles abierunt:
& tempus iam floridum uenit:nihil moreris iter ag/
gredi:ueni ad me. Ecce enim & agricolæ:quia ueris
iam tempus arrisit:& uineas colunt. Vox enim/cum
& aliarũ auium : tum etiam sonora / & grata turturis
uernãtis auditur. Sed & ficus/de ueris/certa tempe/
rie/germen suum produxit. Vitis uero/in tantum de
temporis tranquillitate non dubitat : ut flores suos
iam audeat/odoresq; proferre. Hæc quidem de tran/
quillitate tpis/idicat sponsæ:ut maiore cum fiducia/
arripere iter augeat pergendi ad sponsum. Sed & lo/
cum describit ei/in quo uult eam secum requiescere:
& dicit uelamento cuiusdam saxi / quod muro ipsi
uel loco pmurali contiguum sit:opacissimum quen
dam effici locum:ad quem uenire eam uult:& abla/
to uelamine/ibi eius reuelatam faciem cõtueri:ut fa/
cie/ad faciem inotescat sponso suo:& non solum fa/
ciem eius reuelatam uideat spõsus/& liberam:sed &
uocẽ eius ibi audeat:certus iam/q & facies eius pul/
chra sit:& uox eius suauis est/ac delectabilis. Hæc au
tem pueniente s cõiunximus:ne ordinem dramatis/
& historiæ textum/uideremur irrumpere. Sed pue/
nientes paululum/usq; ad illum locum/fabulæ ordi
nem psecuti sumus:ubi ait. Quoniam uox tua sua/
uis:facies tua speciosa. Nunc ergo repetentes uidea/
mus primo/qd est quod ait. Vox fraterni mei. Et uo/
ce sola/ab ecclesia sua primo christus agnoscitur. Pri/
mo enim/uocem suam pmisit per pphetas : & cum
non uideretur:audiebatur tñ. Audiebatur autem per
ea quæ annunciabantur de eo:& tãdiu sponsa:idest
ecclesia quæ ab initio sæculi congregabatur : solam
uocem eius audiuit : usq; quo oculis suis eum uide/
ret:& diceret/ecce hic uenit:saliens super montes:trã/
siliens super colles. Saliebat enim super propheticos
montes/ & sanctos colles. Illos scilicet/q in hoc mũ/
do imaginem eius/formamq; gesserunt. Sed & si in
apostolis eum ponas:quasi in montibus salientem/
& eminentem cunctis : & in collibus nihilominus/
his dũtaxatq secundo loco electi ab eo/& missi sunt:

non erit inconueniens. In his enim similis efficitur
capreæ/& hinnulo ceruorũ. Capreæ q oẽm uisum/
uisus eius præcellit. Et ceruo/quod ad interitum ser/
pentis aduenit. Sed & unaquæq; aia/si qua tamẽ est:
quæ uerbi dei amore constringitur:si qñ in disputa/
tione sermonis est posita:ut nouit omnis qui exper/
tus est:qũo cum in arctum uenitur:& angustiis pro/
positionum/quæsitionumq; concluditur:si quan/
do cum legis/ac pphetarũ/uel ænigmata/uel obscura
quæq; dicta concludunt : si forte adesse eum sentiat
aia:& eminus sonitum eius accipiat : subleuatur sta/
tim:& ubi magis/ac magis propinare sensibus eius
cœperit:& illuminare quæ obscura sunt : tunc eum
uidet salientem supra montes/ & colles/altæ.s.& ex/
celsæ sensus sibi intelligẽtiæ suggerẽtem:ita ut meri
to dicat hæc aia:ecce hic uenit saliens super montes:
transiliens super colles. Hæc autem dicimus:nõ im/
memores q iam & in superioribus / coram positus/
præsenti collocutus sit sponsæ. Sed qñ (ut sæpe di/
ximus) dramatis speciem libellus hic continet:nunc
in præsenti dicuntur aliqua:nũc etiam in absenti : &
sic agitur imutatio personarũ:ut uterq; ordo compe/
tenter dirigi uideatur. Quãuis enim promittat spon
sus/& dicat ad sponsam suam/qui sunt electi discipu
li eius:qa ecce ego uobiscum sum oibus diebus/usq;
ad cõsumationem sæculi:tamen iterum per parabo/
las dicit:quia paterfamilias uocauit seruos suos : &
unicuiq; distribuit pecuniam / negociandi gratia : &
profectus est. Et iterum dicit. Quia abiit petere sibi re
gnum. Et iterũ quasi de absente sponso dicitur. Quia
media nocte clamor factus est:dicentium/quia uenit
sponsus. Sic ergo nunc psens est sponsus / & docet:
nunc absens dicitur/& desyderatur:& utrũq; uel ec/
clesiæ/uel aiæ studiosæ cõueniet. Cum enim pati pse
cutiones/& tribulatiões permittitur ecclesia : absens
ei uidetur. Et rursum cum in pace proficit/& in fide/
ac bonis operibus floret:psens ei esse itelligitur. Sed
& aiæ cum quærit aliquẽ sensum agnoscere:obscu/
ra quæq;/& arcana desyderat:donec inuenire nõ po
test:absens ei sine dubio est uerbum dei. Vbi uero oc
currerit/& apparuerit/quod requiritur:quis dubitat
adesse uerbum dei:& illuminare mẽtem / ac scientiæ
lumẽ ei præbere? & iterum subduci nobis eum:atq;
iterũ adesse:sentimus per singula/quæ aut aperiũtur/
aut claudunt in sensibus nostris? Et hoc eo utiq; pa/
timur:donec tales efficiamur : ut non solum reuisere
nos:sed & manere dignetur apud nos : sm q inter/
rogatus/a quodam discipulo dicente:dñe quid est fa
ctum:q incipis nobis manifestare temetipsm/& non
huic mundo:rñdit saluator. Si qs diligit me:uerbum
meum custodit:& pater meus diligit eum:& ad ipm
ueniemus:& mansionem apud eum faciemus. Si er/
go & nos uolumus uidere uerbum dei : atq; animæ
sponsum salientem super montes/ & exultantem su/
per colles:primo audiamus uocem eius : & cum au/
dierimus eum in oibus:tũc etiam eum uidere pote/
rimus : sm ea quæ in psenti loco / uidisse describitur

ſponſa. Nam & ipſa quis & prius eum uiderit ı non
eum tamen ita uiderat/ut nunc ſalientem ſuper mõ/
tes:& exilientem ſuper colles ı neq; per feneſtras ſuas
procumbẽtem:neq; per retia proſpicientem:ſed ma/
gis uidetur / ꝙ prius hyemis tp̃e cum uiderit. Nunc
enim dicit. Quia hyems tranſiit. Igitur(ut res indi/
cat)etiam per hyemẽ ſponſæ ſuæ apparet.i.tribula/
tionum/& tentationum tp̃e ı ſed & alia eſt uiſitatio:
in qua uiſitatur paululum:& iterũ deſeritur : ut pro/
betur:ac rurſus requiritur ı ut caput eius ſuſtentetur:
& ut tota complectatur ı ne forte aut in fide titubet:
aut corpus eius tentationum pondere ꝑgrauetur. Et
ideo uidetur mihi/hyems fuiſſe illud tp̃s:cum caput
ſuum/fidei.ſ.ſũmitatem/leua ſponſi.ſ.contineri po/
ſcebat:& dextera eius omne corpus amplecti. Nunc
autem iſta uiſio quæ de montibus apparet/& colli/
bus:gratiarũ puto ſpiritalium altitudines / potẽtiaſq;
deſignet. Sed & per feneſtras/qđ perſpicere dicitur
ſenſibus mihi lumen uidetur ꝓbere. Et retia quæ di/
rumpit/& conterit:laqueos indicari diabolicos pu/
to:utpote tentationum tp̃e:tanq̃ hyeme iam ꝑfecta.
Oñduntur etiam ſigna ueris/& æſtatis:ſicut in pſal/
mis dictum eſt. Aeſtatem & uer/tu feciſti ea. Inde de/
niq;/& flores profectuum protulit eccleſia/tentatio/
nibus ſuperatis : & putationis diſpenſatione tranſa/
cta:ſicut in ſuis locis/cum ad hæc differenda uẽtum
fuerit:oſtendetur. Ecce hic uenit ſaliens ſuper mõtes:
tranſiliens ſuper colles. Hiſtoricum ordinem iam ꝓ/
ſecuti ſumus. Nunc autem q̃ło chriſtus ad eccleſiam
ueniens ſaliat ſuper montes:& exiliat ſuper colles:ui
dendum eſt. Exiliens enim magis q̃ tranſiliens/pro/
poſiti ſermonis proprietas habet. Iſaac enim ambu/
lans/& progrediens:maior fiebat:uſq; quo fieret ma
gnus ualde. Paulus autem non tam ambulando ꝓ/
fecit/ſed currendo:cum dicit curſum cõſumaui. Sal/
uator autem noſter/& eccleſiæ ſponſus/neq; ambu/
lare/neq; currere:ſed ſuꝑ hæc ſalire dicitur ı & exilire.
Si enim cõſyderes q̃ło parui tp̃is ſpatio/occupatum
falſis ſuꝑſtitionibus mundum / ſermo dei percucur/
rit:& agnitionem ueræ fidei reuocauit:itelliges q̃ło
ſaliat ſuper mõtes:magna uidelicet quæq; regna ſal/
tibus ſuis ſuperans:& ad recipiẽdam cognitionem
diuinæ religionis inclinans:& exiliat ſuꝑ colles:cum
etiam minora regna uelociter ſubiugat:atq; ad pieta
tem ueri cultus adducit : & ſic de loco ad locum ı de
regno ad regnum:de prouinciis ad prouincias præ/
dicationis illuſtratione trãſiliens ı per eum/qui dice/
bat. Quia ab Hieruſalẽ/in circuitu uſq; ad illyricum/
repleuit euangelium dei:intelliges q̃ło ſuper mõtes
ſaliens ueniat:& exiliens ſuper colles. Sed & alio mo
do poteſt itelligi:ſicut ſupra diximus. Quoniam q/
dem Moyſes de ipſo ſcripſit:& prophetæ nihilomi/
nus de ipſo annunciauerunt. Sed & hæc annuncia/
tio in lectione ueteris teſtamẽti / uelamen habet ſuꝑ/
poſitum. Vbi uero ſponſæ eccleſiæ.ſ.ad eum cõuer/
ſæ ablatũ eſt uelamen:ſubito uidet eum in iſtis mon/
tibus/legis dũtaxat uoluminibus/ſaliẽtem:& in col/
libus ſcripturæ ꝓpheticæ per aperta/& euidenti ma/
nifeſtatione/non tam apparentem/q̃ exilientem(uer
bi gratia) quaſi reuoluens ſingulas propheticæ le/
ctionis paginas/inueniat de ipſis exilientẽ chriſtum:
& per loca ſingula lectionum/ablato nunc demum/
quo prius tegebatur uelamie:ebulire eum cernat / &
emergere:atq; euidenti iam manifeſtatione prorum/
pere:ob hoc credo/& ipſe Ieſus cum ad transformã
dum ſe uenit/non in aliqua planicie/aut cõualle fuit:
ſed montem conſcendit. Vbi & trãſformatus eſt:ut
ſcias eum ſemper in montibus/aut in collibus appa/
rere:& ut te doceat:ne uſq̃ eum niſi in legis / & pro/
phetarũ montibus quæras. Quod aũt ſancti quiq;
montes appellantur:multis ſcripturæ locis inuenies
indicari:ſicut ait in pſalmis. Fundamẽta eius/in mõ/
tibus ſanctis. Et iterũ. Leuaui oculos meos in mõtes:
unde uenit auxilium mihi. Auxilium nãq; in tribu/
latiõibus/& ſcripturarũ diuinarũ ſenſibus / capimus.
Poſſumus adhuc & mõtes in quibus ſalire uerbum
dei dicitur:& quaſi liberius efferri : nouum accipere
teſtamẽtum. Colles uero/de quibus quaſi diu com/
preſſus/& occultatus/exilit ueteris teſtamenti ſentire
uolumia. Sed & apud Hieremiam uenatores/& piſ/
catores qui mittuntur capere hoies ad ſalutem:mon
tibus/& collibus/eos capere dicuntur. Sic enim ait.
Ecce mitto multos piſcatores/& multos uenatores:
& capient eos ſuper oẽm montem/& ſuper omnem
collem:quod ego magis ad futurum tp̃s / in conſu/
matione ſæculi implendum puto:ut cum miſſi fue/
rint angeli/ſm̃ euangelicam parabolam/meſſis tem/
pore/ut ſeparent frumenta/a zizaniis:qui excelſioris
uitæ/& eminentioris fuerit cõuerſationis:iſte in mõ/
tibus inuenietur/aut in collibus. Non inuenietur in
humilibus / & deiectis locis ı ne ibi mixtus uideatur
eſſe zizaniis:ſed in excelſioribus ſenſibus / & in emi/
nentia fidei poſitus:ſalienti in montibus uerbo dei:
& exilienti in collibus ſemper adhærens. Quod per
aliam nihilominus parabolam/ſub eodem tñ itelle/
ctu dicitur in euangelio. Siquis in tecto eſt : non de/
ſcẽdat tollere aliqđ de domo. Poteſt adhuc & alium
nobis ſenſum ꝓdıues iſte præſentis uerſiculi ſermo/
ſuggerere. Poſſibile nãq; eſt oẽm qui plena fide cre/
dit in deum ı uel montem/uel collem appellari : pro
qualitate.ſ.uitæ/& magnitudine intelligẽtiæ ı etiam
ſi fuerit aliqñ uallis proficiente in eo Ieſu:ætate/& ſa
piẽtia/& gratia:ois uallis replebitur. Superbi autem
quiq;/& elati/ut montes/& colles humiliabunť:qm̃
qui ſe exaltat:humiliabitur:& qui ſe humiliat:exalta/
bitur. De ipſis eni dr̃. Qui confidunt in dño / ſicut
mons ſyon. Et de Hieruſalem dicitur. Montes in cir/
cuitu eius. Vnde puto / ꝙ merito etiam ſaluator no/
ſter:qm̃ & ipſe dicit lapis de monte exciſus/ſine ma/
nibus:& factus eſſe mons magnus:ſicut rex regum/
& põtificum pontifex:poteſt etiam mons mõtium
appellari. Verum ut etiam tertia expoſitio habeat lo/
cum:ad unamquãq; aiam ſermo dirigať. Siqui ſint
capaciores uerbi dei : qui ab Ieſu aquam ſibi datam
biberunt:

biberunt:& hæc/facta est in eis fons aquæ uiuæ / salientis in uitam æternam:in his.f.in quibus uerbum dei/crebris sensibus/ & copiosis:ueluti perennibus ebullit fluctibus:in his uitæ/ac scientiæ/& doctrinæ merito montibus/& collibus effectis: dignissime salire uerbum dei dicitur & exilire:factus in eis per affluentiam doctrinæ/fons aquæ uiuæ salientis in uitā æternam. Similis est fraternus meus / capreæ / hinnuloq; ceruoꝝ/in montibus Bethel. Caprea/uel ceruus / q inter munda habeantur aialia: manifeste ex his quæ in deuteronomio scripta sunt:idicatur:est enim hoc modo scriptum. Hæc enim sunt aialia quæ manducabitis/uitulum:& agnum ex pecoribus: & hircum & capris:ceruū/& capream/& bubalum: & tragelaphum:& ibicē:camellum/& pardalum. Sed & qd sanctus/ceruo comparatur:in multis scripturæ diuinæ locis:ut in psalmo/ubi dicit. Sicut ceruus desyderat ad fontes aquaꝝ:ita desyderat aia mea ad te deus. Verūtamen in sermonibus quos ex deuteronomio assumpsimus: etiam hoc non negligenter consyderandum uidetur:q̄ dignum/in aialibus mundis enumerādis/ordinem tenuerit:ut primo uitulum:secundo agnum:tertio hircum scriberet. In his uero/quæ sm eundem Moysem non offeruntur ad altare: primo ceruum:secundo capream noiat. Et ita post hæc reliqua per ordinem scribit animantia. Quoꝝ ratio/his quibus abūdantior gratia spiritalis in dono scientiæ/concessa est: per spiritum sanctum manifesta / & euidens fiet. Nobis interim qm̄ de ceruo/& caprea/dicere nunc in expositione præsentis uersiculi icumbit:conueniens uidetur ex scripturis diuinis congregare pro uiribus/quæ de his aialibus referuntur: de quibus idem Moyses cum de carnibus loqueretur. quæ in omni desyderio aiæ comederentur:non oblatæ ad altare sicut caprea inqt:& ceruus. Egregium uero quid uicesimus octauus psalmus/ubi de uirtutibus/& efficacia uocis dei:p ordinem scribit de ceruo/hoc modo dicit. Vox dñi perficientis ceruos.i.pfectos facientis ceruos:& reuelabit cōdensa: sicut.n. uox dñi intercidere dicitur flāmā ignis:& concutere desertum:ita pficere ceruos/ac reuelare cōdensa memoratur. Sed & in Iob/de ceruo ita inuenimus referri:ubi dñs ad Iob per turbinem loquens / & nubem: ait. Aut ergo obseruasti partus ceruoꝝ: aut numerasti menses eoꝝ plenos ad partum:dolores autem eorum soluisti:aut nutristi eoꝝ natos: aut sine doloribus partus eoꝝ emittes. Abrumpēt filii eoꝝ:& multiplicabuntur in natiuitate:exibunt/& non reuertentur. His adiungenda sunt etiam illa/quæ in pverbiis legimus:hoc modo. Ceruus amicitiarum:& pullus gratiaꝝ/loquatur tibi. Hæc interim ad psens de ceruo/nobis scripta occurrere potuerunt. Quæ ob hoc assumpsimus:ut loquamur non in doctrina humanæ sapiētiæ:sed in doctrina spiritus:spiritalibus/spiritalia computantes. Et ideo iuocemus deum pfem uerbi:quo/nobis uerbi sui manifestet arcana:sensumq; nostrum remoueat a doctrina humanæ sapiētiæ: & exaltet/atq; eleuet doctrinam spiritus:ut non ea quæ sentit carnalis auditus:sed ea quæ continet uoluntas spiritus sancti/proloquamur. Paulus nos apostolus docet:q inuisibilia dei ex uisibilibus intelligātur:& ea quæ nō uidentur: ex eoꝝ quæ uidentur/ratione/ & similitudine contēplentur:ostēdens q uisibilis hic mūdus/de inuisibili doceat:& exemplaria quædam coelestiū/contineat positio ista terrena:ut ab his quæ deorsum/ad ea quæ sursum sunt/possimus ascendere:atq; ex his quæ uidemus in terris:sentire / & intelligere ea quæ habentur in coelis. Ad quoꝝ similitudinem quandam quo facilius colligi per hæc/ac sentiri possent diuersitates creaturaꝝ:quæ in terris sunt similitudinem conditor dedit. Et fortassis/sicut hominem deus ad imaginem / & similitudinem suam fecit:ita etiam cæteras creaturas/ad alias quasdam coelestes imagines/per similitudinem condidit: & fortasse in tātum singula quæq;/quæ in terris sunt: hñt aliquid imaginis/ & similitudinis / in coelestibus: ut etiam granum sinapis/quod minimum est in oibus seminibus: hēat aliquid imaginis / & similitudinis/ in coelis. Et hoc/q talis ei quædam composita est alternatio naturæ/ut cum minimū sit oium seminum: maius fiat oibus holeribus:ita ut possint uenire aues coeli: & habitare in ramis eius: similitudinem ferat/ non solum alicuius coelestis imaginis: sed ipsius regni coeloꝝ. Sic ergo possibile est/etiam cætera semina quæ in terris sunt: ut habeant aliquid in coelestibus:similitudinis/& rationis. Quod si semina: sine dubio/& uirgulta:& si uirgulta:sine dubio & aiantia/uel alitum:uel repentium/& quadrupedum. Sed & illud adhuc potest intelligi:q sicut granum sinapis/non unam similitudinem tenet regni coelorum: habitationis scilicet / & auium/in ramis suis: sed hēt & aliam similitudinem/uel imaginem / perfectionis scilicet fidei:ita ut siquis habeat fidem/sicut granum sinapis:& dicat monti transferri se: & transferret: ita possibile est etiam cætera / non in uno aliquo:sed in pluribus:speciem/& imaginem coelestium ferant. Et cum plures sint:uerbi gratia/in grano sinapis uirtutes:quæ reꝝ coelestium imagines teneāt:ultimus & extremus eius usus / est iste: q habetur apud hoies in ministerio corporali:ita etiam in reliquis:uel seminibus/uel uirgultis/uel herbaꝝ radicibus:uel etiam in aiantibus intelligi potest:ut usum quidem/& ministerium hoibus pbeant corporale. Habeāt autem incorporalium reꝝ formas/& imagines:quibus doceri aia possit/& instrui/ad contēplanda etiam ea quæ sunt inuisibilia/ & coelestia:& hoc fortassis est/quod ille scriptor diuinæ sapiētiæ dicit. Ipse enim mihi dedit eoꝝ quæ sunt/scientiam ueram:ut sciam substantiam mundi:& uirtutes elementoꝝ:initiū/& finem/ & medietatem temporꝝ:uicissitudinum / pmutationes/& conuersiones temporꝝ:anni circulos: & stellarum positiōes:naturas aialium: & iras bestiarum: spirituum uiolentias/& cogitationes hoium; differentias uirgultoꝝ:& uirtutes radicum: sed & quæ

cunq; occulta sunt/& manifesta sunt/cognoui. Vide
ergo/si possumus ex his scripturæ sermonibus/ea q̃
discutere ꝓposuimus: lucidius/euidētiusq; collige/
re. Etenim scriptor iste sapientiæ diuinæ/cum singu/
la quæq; enumerasset:ad ultimum dixit:quia occul/
toꝝ/& manifestoꝝ/acceperit scientiam:ostēdens sine
dubio/q unũquodq; eoꝝ/quæ in manifesto sunt:
referatur ad aliquid eoꝝ/quæ in occulto sunt: idest
singula quæq; uisibilia habere aliqd similitudinis/
& rōnis/ad inuisibilia. Quia ergo impossibile est ho
mini in carne uiuenti/agnoscere aliquid de occultis/
& inuisibilibus:nisi imaginem aliquam/& similitu
dinem:conceperit de uisibilibus:ob hoc arbitror/q
ille/qui oia in sapientia fecit: ita creauit unamquãq;
uisibilium speciem in terris:ut in his doctrinã quan/
dam/& agnitionem reꝝ inuisibilium/& coelestium
poneret: quo per hæc ascenderet mens humana ad
spiritalem intelligētiam:& reꝝ causas/in coelestibus
quæreret: ut posset edocta per sapiam dei/etiam ipsa
dicere:quæ in occulto sunt/& quæ in manifesto:co/
gnoui. Secundum hæc quoq;/agnoscit & substan/
tiam mundi:nõ solum hãc uisibilem/corporeamq;/
quæ palam est:sed & illam incorporeã/inuisibilemq;/
quæ in occulto est. Agnoscit etiam elemēta mundi/
nõ solum uisibilia:sed & inuisibilia/& utrorũq; uir/
tutes. Sed & initium quod dicit/& finem/& medie/
tatem temporꝝ. Initium ait uisibilis quidem mũdi:
quod ante sex milia nõ integros annos/initium de/
signat Moyses: medietatem quoq; sm temporꝝ ra/
tionem:finemq; illum/qui speratur:cum coelum/&
terra transibit. Secundum occultoꝝ uero scientiam/
initium illud quod intelligitis/quem sapientia dei
docuerit:quod nulla possunt tpa:nulla saecula com/
præhendere. Medietatem uero/hæc quæ nunc sunt.
Finem uero/ea quæ futura sunt: idest perfectionem/
consumationemq; uniuersitatis:quæ tñ ex his uisi/
bilibus coniici possunt:& intelligi. Sed & uicissitu/
dinum permutationes:& temporꝝ conuersiones/&
anni circulos/ex his quæ uidentur:refert ad inuisibi/
les reꝝ incorporalium permutationes/ac uicissitudi/
nes:circulos quoq; annoꝝ/temporalium/& præsen
tium:refert ad antiquores aliquos/ac sempiternos an/
nos:sm eum qui dicebat. Et annos æternos in men/
te habui. Sed & stellaꝝ positiones non dubitauit ab
his/quæ palam uidentur:referre ad illa quæ in occul
tis sunt:qui occultoꝝ/manifestorũq; scientiam me/
ruit: & dicit esse aliqd sanctoꝝ genus: quod de Ha/
braam ꝓcipue stirpe descendit/sicut stellas coeli. Sed
& resurrectiõis futuræ gloriam/stellas esse/sm occul/
toꝝ scientiam pronunciauit:sequens eum qui dixit.
Alia gloria solis:& alia gloria stellarum. Stella enim
a stella differt in gloria:ita & resurrectio mortuorum.
Nisi sm hæc itelligeretur illud quod ait naturas ani/
malium: nunq̃ dixisset in euangeliis saluator: dicite
uulpi huic. Neq; Ioannes de quibusdam dixisset:ser/
pentes/generatio uiperaꝝ. Sed neq; propheta dice/
ret de nõnullis:q equi emissarii facti sũt. Et itē alius/
homo cum in honore esset/non intellexit:compara/
tus est iumentis insipientibus:& similis factus est il/
lis. Sed & ille diligenter agnouit iras bestiaꝝ/qui di/
cebat:furor illis/sm similitudinem serpentis:sicut as/
pidis surdæ/& obturantis aures suas. Hæc erit ratio
etiam de eo/quod ait/spirituum uiolentias: uisibili/
ter qdem de uentis/& flatibus aeris: inuisibiliter ue/
ro/de uiolentiis imundoꝝ spirituum loquēs:quos/
& Paulus uentos doctrinæ nomiauit. Post hæc iam
sequitur:ut & cogitationes hoium sciat corporaliter
quidem hæc de humano corde ꝓcedunt. Inuisibili/
ter autem intelligat eos/qui iniiciunt hoibus malas/
& pessimas cogitationes:sicut in euãgelio scriptum
est. Cum diabolus misisset in cor Iudæ Schariothis:
ut traderet dñm. Et ut in prouerbiis dicitur. Si spiri/
tus ptãtem habētis/ascenderit super te:locum tuum
ne derelinquas:qa sanitas compescit peccata magna.
Sed & bonaꝝ cogitationum est aliquis auctor:pro/
pter quod/& in psalmis puto scriptũ est. Beatus ho/
mo/cuius est auxilium abs te dñe: ascensus in corde
disposuit. Et iteꝝ. Cogitatio hoīs cõfitebitur tibi:&
reliquiæ cogitationũ/diem festum agent tibi. Ita igi/
tur cuncta/sm ea quæ ꝓfati sumus: ex uisibilibus re/
ferri possunt ad inuisibilia:& a corporalibus ad icor/
porea:& a manifestis/ad occulta:ut ipsa creatura mũ/
di/tali quadam dispensatione condita intelligat per
diuinam sapiam:quæ rebus ipsis/& exemplis inui/
sibilia nos de uisibilibus doceat: & a terrenis nos
transferat ad coelestia. Hæc autem rōnes non solum
in creaturis oibus habentur: sed & scriptura diuina/
tali quadam sapiæ arte conscripta est. Propter quæ/
dã nãq; occulta/& mystica:uisibiliter populus edu/
citur de ægypto ista terrena:& iter agit per desertum:
ubi serpēs erat mordēs/& scorpius:& sitis/ubi non
erat aqua:& cætera/quæ in his gesta referũtur. Quæ
oia (ut diximus) occultoꝝ quorundam formas/&
imagines tenent. Et hoc non in scripturis tãtum ue/
teris:sed & in gestis dñi/& saluatoris nñi:quæ in euã/
geliis referuntur/inuenies. Igitur si oia quæ in mani/
festo sunt/sm ea quæ superius approbauimus/ad ali
qua referuntur:quæ in occulto sunt:cõsequens sine
dubio est/ut ceruus iste uisibilis/uel caprea quæ in
cantico canticoꝝ scribitur/sm rõnem naturæ suæ/
quam corporaliter gerunt:referantur ad aliquas reꝝ
incorporalium causas:ut illis occultis/& inuisibilibus
ceruis/uideatur posse conuenire:qd' dictum est. Vox
dñi perficientis ceruos. Quæ enim perfectio/ex uo/
ce dñi fiat istis uisibilibus ceruis. Aut quæ ad eos do
ctrina unq̃/ex dñi uoce descendit? Si uero spiritales
ceruos quæramus:quoꝝ formam/& imaginem te/
net illud aial corporale:illos inuenias ad summam per/
fectionis/ex uoce dñi posse ꝓduci. Sed & quoꝝ cer/
uorum dñm seruare decuerit ptus:& uelut medendi
officia præbentem/parturientibus astare conuenerit:
donec pareret filios tales/qui aduersarentur/& per/
sequerentur serpētium genus:ut dignum est diuina
maiestate: debemus aduertere qualium ceruoꝝ dñi

decet

decet seruare partus: ne in aborsum decidant: sed & menses eorum numerare plenos/ad partum: eorumq; labores/& dolores custodire: ut generatiões eorum non cadant in uanum: sed ut perfecta sit eoꝝ natiuitas: & tádiu parturiant: donec formetur christus in eis. Huiusmodi ceruoꝝ pullos dominus nutrit: eoꝝ dūtaxat/qui iactant in domino cogitationem suam: ut ipse eos nutriat: & ipse seruet doloris partus eoꝝ: cum ex timore dei in uentre conceperint: & parturierint: & spiritum salutis pepererint. Huiusmodi partus dolores/ipse dñs seruat/& curat. Sed & emittit dolores eorum: ut euntes eant/& fleant: portátes semina sua: & sint in doloribus hominum: ac flagellentur cum hominibus: ne forte teneat eos superbia. Isti quoq; ipsi cerui abrumpunt (ut ait) natos suos. Quos enim genuerint per euangelium: abrumpunt eos a uinculis peccatoꝝ: & a laqueis diaboli: ne ultra uoluntati eorum teneantur obstricti. Isti etiam multiplicabuntur (& ut ait) reuertentur. Non enim imitabunť uxorem Loth: nō redibunt retrorsum. Sciút enim/qa qui mittit manum suá ad aratrum: si retro spexerit: aptus nō erit regno coeloꝝ: sed semp q̃ retro sunt: obliuiscuntur: & in ea quæ ante sunt: se extendunt. Tales enim ceruos/uox dñi facit esse perfectos. Quæ uox dñi/nisi illa quæ in lege/& in ꝓphetis habetur: & ꝓuenit usq; ad Ioánem qui erat uox clamátis in deserto? Et ipsa enim uox Io[illegible]qui dicebat. Parate uiam dñi: rectas facite sem[illegible]ei nostri. Perfectos faciebat seruos: ut essent per[illegible]eodem sensu & in eadem scientia. Qui enim tal[illegible] merito dicit. Sicut ceruus desyderat ad fontes aquarum: ita desyderat anima mea ad te deus. Ceruus quoq; amicitiarum/quis alius uidebitur: nisi ille qui peremit serpentem illum/q seduxerat Euam: & eloquii sui flatibus/peccati in ea uenena diffundens: omnem posteritatis sobolem/contagio ꝑuaricationis infuderat: & uenerat soluere inimicitias in carne sua: quas inter deum/& hominē/noxius mediator effecerat? Pullus uero gratiaꝝ/potest accipi spiritus sanctus/a quo sitiētes/& desyderantes deum: spiritales gratias/& dona coelestia consequuntur. Hæc aút oia a nobis dicta sunt: ut manifestior fieret causa: qua sponsa comparare uidetur fraternum suum/hinnulo ceruoꝝ. Quod si ét hoc requirendum est: cur non ceruo/ut in aliis: sed hinnulo ceruoꝝ cóparatur: illud aduerte/q cum in forma dei esset: filius datus est nobis: & puer natus est nobis: cuius potestas super humerum eius. Ideo ergo hinnulo ceruoꝝ/quia paruulus puer natus est. Et forte possunt cerui/accipi sancti quiq;: ut Habraam/Isaac/& Iacob/& Dauid/& Salomon/& omnes ex quoꝝ semine christus sm carnem descendit. Quos ceruos/uox domini perfectos facit: & ipsoꝝ est hinnulus iste: qui ex ipsis/sm carnem natus est puer. Mouet me etiam illud quod in .ciii. psalmo scriptuȝ est: ubi ait. Montes excelsi/ceruis. Et quidem de ceruis/iam superius diximus: q sancti quiq; accipiūtur: qui ob hoc/in hunc mundum uenerunt: ut serpentis uenena perimerent. Qui autem sint montes excelsi/uideamus. Quasi qui soli cerui sequestrati uidentur: & ad quos/nisi ceruus sit aliquis: non possit ascendere. Ego puto q personas trinitatis/montes excelsos appellauerit: ad cuius capacitatem/nullus nisi ceruus efficiatur: ascendit. Sed uidem ipsi qui hic/montes excelsi pluraliter appellantur: in aliis/mons excelsus singulariter dicitur: sicut Hesaias ait. In montem excelsum ascende: qui euangelizas syon: exalta in fortitudine uocem tuam: qui euágelizas Hierusalem. Idem náq; ipse/qui ibi trinitas/propter distinctionem personarum: hic unus deus intelligitur pro unitate substantiæ. Satis sit ista de hinnulo ceruoꝝ. Núc uideamus q̃uo etiam capreæ uel dámulæ/comparetur fraternus. Hoc animal/quátum ad græca uocabula/nomen a uidendo/atq; clarius ꝑspiciendo: sortitum est. Et qs est/qui ita uideat: ut uidet christus? Solus náq; est qui uidet: idest agnoscit patrem. Nam & si dicantur hi/qui mundo sunt corde: deum uisuri uidebūt: ipso sine dubio reuelante: quia & caprea habet in natura sua: ut non solum uideat ipsa/& perspiciat acerrime: sed & aliis uisum præbeat. Asserunt náq; hi/qbus medicinæ peritia est: inesse huic animali intra uiscera/humorem quendam: q caliginem depellat oculorum: & obtusiores quousq; uisus exacuat. Merito ergo capreæ uel dámulæ/christus comparatur: quia non uidet ipse p̃rem: sed & uideri ab aliis facit: quoꝝ uisus ipse curauerit. Obserua autem ne audiens patrem: uideri corporeum aliquid sentias: & deum uisibilem putes. Visus quo deus uidetur: non est corporis/sed mentis & spiritus. Quod etiam ipse saluator in euangelio/uocabulo proprio distinguens/dixit. Nemo uidet patrē: nisi filius. Deniq; & his quos facit deum uidere: dat spiritum scientiæ/& spiritum sapientiæ: ut per ipsum spiritum/uideant deum. Et ideo dicebat ad discipulos. Quia qui me uidet: uidet & patrem. Et utiq; nō ita inepti erimus: ut putemus/q qui sm corpus eum uidit: uiderit etiam patrem. Alioquin inueniuntur & Scribæ/& Pharisæi/& Hipocritæ/& Pilatus qui eum flagellis cædit: & omnis populus qui clamabat crucifige/crucifige eum: uidentes Iesum sm carnem: etiá deum patrem uidisse. Quod utiq;/non solum absurdum uideť esse: sed & impium. Sicut enim cum turbæ eum comprimerét euntem cum discipulis: nullus eoꝝ qui ꝑmebant/& coarctabant eum tetigisse dr̃ eum: nisi illa sola/quæ pro fluxú sanguinis passa: uenit/& tetigit fimbriam uestimenti eius: & ipsi soli testimonium perhibet/dicés. Quia tetigit me aliqs. Ego enim sensi uirtutem/de me exisse. Ita & cum plures essent/q eum uidebát: nullus eum uidisse dicitur: nisi qui agnouit/q uerbum dei/& filius dei est. In quo utiq; simul agnoscit: & uideri/dr̃ pater. Sed & hoc nos non prætereat: q prius capreæ/& sic hinnulo ceruoꝝ cóparatur: cum utiq; maius aial ceruus/q̃ caprea uideať. Sed aiaduerte/ne illa potius in his hńda sit ratio: qa cū dupliciter constet salus credétium: ꝑ agnitionem fidei/& opeꝝ

perfectionem. Ratio fidei/quæ pro intuitu/& inspe/
ctione contemplationis capreæ (ut diximus) com/
parantur:primus habeatur salutis gradus. Secundo
uero in loco/operꝶ pfectio/quæ cerui formam tenet:
uincentis/& perimẽtis uenena serpẽtum.i. artes dia/
bolicas/memoretur. Sic ergo sponsa similẽ dicit esse
fraternum suũ: capreæ/uel hinnulo ceruoꝶ/in mon/
tibus Bethel. Bethel uero/domus dei interpretatur.
Montes ergo/qui in domo dei sunt possunt legis/&
prophetaꝶ:sed & euãgelica/& apostolica accipi uo/
lumina:in qbus/& fides dei pspicitur/& contempla/
tur:& operꝶ pfectio dr/& adimpletur. Ecce hic stetit
post parietem nrm:incumbẽs sup fenestras:pspiciẽs
per retia. Rñdet fraternus meus mihi. Cum cõsyde/
ro difficultates inuestigãdi sensus:in his qui ppositi
sunt scripturæ sermonibus: simile me aliqd pati ui/
deor huic qui ad inuestigãdum uenationem: odora/
tibus/sagacis canis/pcedit/ubi iterdum moris est: ut
cum uestigiis intẽtus/pximum se uenator latentibus
effectum putauerit eẽ cubilibus:subito uestigioꝶ de/
feratur indiciis: & rursum fixius impressis odorati/
bus/easdẽ quas explicauerat: retrorsum redeat uias:
donec inueniat locum:in quo se altius excutiẽs uena/
tio:latẽter ad aliam trãstulit uitam:quã cum uenator
inuenerit:alacrior insequitur: spe prædæ certior: &
uestigii firmitate securior. Ita ergo & nos ubi se præ/
positæ explanationis quodãmodo subtraxere uesti/
gia:paululum emensa repetẽtes: & planiorem q̃ du/
dum uidebatur/expositionis ordinem psequentes:
speramus q dñs deus noster tradat in manus nras
uenationem/quã pperantes ppe amiseramus: & sm
scientiam matris Rachel rationabilis: uerbis talibus
condiat in nobis: ut benedictiones mereamur con/
sequi a spiritali patre Iacob. Propter quod necessa/
rium uidetur (ut diximus) breuiter dicta repetere:ex/
planationẽꝗ priorem retexere:ut qui sit lucidior sen
sus/aperiatur. Intelligi ergo mihi uidetur ex initio p/
positi dramatis: sponsam foris stare in biuio: & ob
amorem spõsi/hinc atꝗ inde prospicere:si forte ue/
niat:si forte appareat:ne uiam ingredi uelle aliquam:
dum ignorat unde magis ueniat: nec domi/sed fo/
ris stare:& desyderio eius agitari ac dicere: osculetur
me/ab osculo oris sui. Vbi autẽ uenit sponsus:dicat.
Bona sunt ubera tua/sup uinum: & reliqua/usꝗ ad
eum locum ubi ait:post te curremus. Post hæc/dile/
cta iam/& uicem charitatis ab ipso sponso recipiens:
introducatur in cubiculo eius: & dicat. Introduxit
me rex in cubiculum suũ. Sed & cætera/quæ postea
sunt scripta:intus posita loquatur ad sponsum:præ/
sentibus/& assistentibus sponsæ quidem adolescen/
tulis:sponsi uero sodalibus. Verũtamen intelligatur
sponsus:utpote uir:nõ semp in domo:neꝗ semp as/
sidere sponsæ itra domum positæ:sed exeat frequen
ter:& illa eum quasi amore eius sollicita requirat ab/
sentem:sed & ipse interdum redeat ad eam. Propter
quod/& uideatur p totum libellum: aliqñ quidem
uelut absens requiri sponsus: aliquando sicut præ/
sens/loqui cum sponsa. Ipsa aũt sponsa/cum multa/
& magnifica in sponsi cubiculo puidisset: petit se
etiam in domum uini introduci. Quo cum ingressa
pspexisset:sponsus/utpote uir/nõ resederit in domo.
Ipsa uero rursus amore exagitata/exierit foras:& cir/
cuiens pagret circum:domũ non ingrediens:ex om/
ni parte pspiciat:quando ad eam redeat sponsus: &
ecce subito uideat eum/uicinoꝶ montium iuga im/
mensis saltibus/supantem/descendere ad domũ: in
qua/amore eius sollicita æstuat sponsa:pueniens ue/
ro sponsus ad parietem domus: stet paululum post
ipsum:consyderans (ut fieri solet) aliquid/& animo
retractans. Iam uero etiam ipse sentiens aliquid amo/
ris/erga sponsam/altitudine sua: quæ attingit usꝗ
ad domus fenestras: quæ fenestræ habeant aliquam
partem operis (ut aiunt) reticulati. Et cum incubat
qdem per fenestras: eminẽtior aũt sic sit fenestris:at/
tingatꝗ usꝗ ad supiora earꝶ:quæ reticulato (ut dixi/
mus) opere/distinctæ sunt. Indeꝗ prospiciens/allo/
quatur spõsam:& dicat ei. Exurge: ueni pxima mea:
formosa mea:colũba mea:& reliqua. Hæc sunt:quæ
(ut superius designauimus) difficultatẽ plurimam
dirigendi ordinis/& aperiendæ intelligẽtiæ/habere
nobis uisa sunt:quæ ut puto/euidentiora fecerit: re/
petita hæc/nũc indago sermonum. Spiritalis autem
in his expositio/non ita laboriosa/ac difficilis habea/
tur. Spõsa enim uerbi anima/quæ eius in domo re/
gali:hoc est in ecclesia cõsistit/docetur:ꝗ a uerbo dei:
qui est sponsus suus:quæcũꝗ reposita sunt/& recõ/
dita/intra aulam regiam/& cubiculum regis:discit in
hac domo:quæ est ecclesia dei uiui:etiam uini cellas/
illius: quod de sanctis torcularibus cõgregatum est:
cellam uini/nõ solum noui: sed & ueteris/ac suauis:
quæ est doctrina legis/& pphetarum:in quibus suf/
ficienter exercitata/recipiat in seipsam: q erat in prin/
cipio apud deum deus uerbum:sed nõ semp secum
permanẽtem. Non enim possibile est hoc/humanæ
naturæ:sed interdum qdem uisitetur ab eo:iterdum
uero relinquatur: ut amplius desyderet eum. Cum
uero uisitatur a uerbo dei:sm ppositũ uersiculi ser/
sum:per montes saliens/uenire dicitur ad eam:excel/
sos scilicet/& eleuatos/reuelans ei cœlestis sciẽtiæ sen
sus:ita ut perueniat usꝗ ad ædificationem ecclesiæ/
quæ est domus dei uiui:columna/& firmamentum
ueritatis:& stet iuxta parietem:& post parietẽ:ut neꝗ
penitus abscondatur:neꝗ oino in promptu sit. Ver/
bum enim dei:& sermo scientiæ:non in publico/&
palam positus: neꝗ cõculcandus pedibus apparet:
sed cum q̃situs fuerit:iuenitur:& iuenitur:nõ (ut di/
ximus) in propatulo positus:sed obtectus: & quasi
post parietem latens. Anima aũt/quæ in ecclesia esse
dr: non intra ædificia parietum collocata intelligi/
tur:sed itra munimẽta fidei:& ædificia sapientiæ po
sita:celsisꝗ uestigiis charitatis/obtecta. Propositum
ergo bonum:& fides rectoꝶ dogmatum esse in do/
mo ecclesiæ facit: cuius domus/mẽbra qdam sunt:
quæ uel cubiculũ:uel domus uini:uel alia huiusmo/

di/pro gratiarum scilicet gradibus:& donoꝝ spirita/
lium diuersitatibus/appellantur. Sic ergo & paries/
nūc pars quædam domus huius est : quæ potest in/
dicare dogmatum firmitatem : sub qua stare dicitur
sponsus:& in quibus tam magnus/& excelsus est:ut
emineat omne ædificium:& ꝓspiciat sponsam/idest
aīam. Et nondum qdem apertum se ei/totumq; ma/
nifestet:sed quasi per retia ꝓspiciens:hortetur eam/&
prouocet:non sedere intrinsecus segnem:sed exire ad
se foras : & conari : ut non iam per fenestras/& retia:
neq; per specula in enigmate:sed procedens foras fa/
cie/ad faciem/uideat eum. Nunc enim qa nondum
potest ita eum intueri:ꝓpterea non ante/ sed retro ei:
& post parietem stet. Incumbit aūt per fenestras/quæ
sine dubio patebāt ad recipiēdum lumen:ad illumi/
nandam domum. Per has ergo sermo dei incūbens/
& prospiciens:prouocat exurgere:&ad se uenire ani
mam. Possumus aūt sensus corporeos / fenestras in/
telligere:ꝑ quos/aut mors aut uita itrat ad aīam. Sic
enim designat Hieremias ꝓpheta:cum de peccatori/
bus loqtur dicens. Ascendit mors per fenestras ufas.
Quomō ascendit mors per fenestras? si oculi pecca/
toris uideant mulierem:& moecchentur eam in cor/
de suo:sic mors igressa est ad aīam/per fenestras ocu/
loꝝ. Sed & cum recipit qs auditum uanum : & ꝑci/
pue falsæ sciæ dogmatum ꝑuersoꝝ:tunc per aurium
fenestras/mors intrat ad aīam. Si uero aīa intuens or/
namentum mūdi:& ex pulchritudine creaturarum:
cōditorem oīum intelligat deum:& opa eius mireť:
laudetq; opeꝝ creatorem:ad aīam hanc/uita igredi/
tur per fenestras oculoꝝ. Sed & cum auditum incli/
nat ad uerbum dei:& rōnibus sapiæ/ac scientiæ eius
delectatur:huic per aurium fenestras / ad aīam/sapiæ
lumen ingrediť. Per has ergo fenestras ꝓspiciens uer
bum dei:& ꝓfectum suum ad spōsam aīam dirigēs:
assurgere hortať eam:& uenire ad se : idest corporea/
& uisibilia relinqre:& ad incorporea/& inuisibilia/ac
spiritalia ꝓperare:qm̄ quæ uidentur tpalia sunt:quæ
autem non uidentur:æterna sunt. Sic & spūs dei cir/
cuire dr:& quærere dignas aīas:quæ apte/recteq; fie
ri possint ad habitaculū sapiæ. Quod aūt/per retia fe
nestraꝝ ꝓspicere dr:illud sine dubio idicat:ꝙ donec
in domo huius corporis/posita sit aīa:nō potest nu
dam/& aptam dei sapiam capere:sed per exempla q̄/
dam/& idicia/atq; imagines reꝝ uisibilium:illa quæ
sunt inuisibilia/& icorporea contēplatur : & hoc est
prospicere ad eam spōsum/per retia fenestraꝝ. Si ue/
ro de christo/& ecclesia exponamus : domus in qua
habitabat ecclesia : scripturæ sunt legis/& ꝓphetaꝝ.
Ibi enim & cubiculum regis est / oībus diuitiis sciæ/
& sapiæ repletum:ibi & domus uini : doctrina.s.uel
mystica/uel moralis:quæ lætificat cor homis. Adue
niens ergo Christus/stetit paululum post parietē ue/
teris testamenti. Stetit enim post parietem:cum non
manifestareť ad populum:ubi uero affuit tps:& cœ/
pit per fenestras legis/ac ꝓphetaꝝ per ea.s.quæ de eo
prædicata fuerant/apparere:& ostendere se ecclesiæ/

intra domum:hoc est intra litteram legis sedenti : ꝓ/
uocat eam inde exire:& uenire foras ad se : nisi enim
exeat:nisi ꝓcedat:& progrediatur a littera/ad spūm:
non potest sponso suo cōiungi:neq; christo sociari.
Vocat ergo eam/& inuitat a carnalibus/ad spiritalia:
a uisibilibus/ad inuisibilia:a lege/uenire ad euāgelia.
Et ideo dicit ei. Surge/uēi ꝓxima mea:formosa mea:
colūba mea. Et ut aliqua etiam de his/quæ postmo/
dum dicenda sunt:ꝓueniamus:timētes sensum per/
dere:qui occurrit in hoc loco:ꝓpterea fortassis & il/
lud dicit ad eam:qa etiam hyems trāsiit:pluuia abiit:
simul & passionis suæ tps indicans:ꝙ transacta hye/
me/& deiectis imbribus/ipse passus est:simul & illud
quoq; per spiritalem designans intelligentiā:ꝙ usq;
ad illud tps :quo christus passus est : imbres fuerunt
sup terram. Mandabat.n.adhuc dn̄s imbribus/pro/
pheris scilicet / ut pluuerent uerbi pluuiam super ter/
ram. Sed quia usq; ad Ioānem Baptistam/ꝓphetica
finiuntur officia:merito imbres abiisse / & discessisse
dicuntur. Cessarunt autem ꝓphetici imbres:non ad
damnum credentium:sed ad maiora ecclesiæ lucra.
Quid enim imbribus opus est:ubi flumen dei lætifi
cat ciuitatem:ubi in corde uniuscuiusq; credentium
fons aquæ uiuæ fit/saliētis in uitam æternam? Quid
opus imbribus : ubi iam flores apparuerunt in terra
nostra:& ex aduentu dn̄i/iam nō exciditur ficulnea:
quæ prius nō attulerat fructum? Nūc enim iam pro/
duxit grossos suos (sed & uineæ dederunt odorem
suum) tn̄ & unus quidam ex ista uinea dicebat:quia
christi bonus odor sumus deo in omni loco : in his
qui salui fiunt:& in his qui pereunt. Sed hæc (sicut
supra designauimus) anteq̄ ad ipsa scripturæ loca
ueniremus:præsumpsimus:ne forte fugeret nos sen
sus:qui occurrisse uidebatur in tpe:nunc repetamus/
q̄uo per retia ꝓspicere dicatur:scriptum est:nō enim
inique tendūtur retia auibus. Et iteꝝ. Iustus si incur/
rerit in peccatum : effugere iubetur:sicut & dāmula
ex laqueis:& aues ex retibus. Plena est ergo uita mor
talium laqueis offensionū : retibus plena deceptio/
num:quas tendit aduersum genus humanum ille q
contra dn̄m gigas/uenator/Mēbroth appellatur. Ve
rum etenim gigas qs alius est/nisi diabolus : q etiam
aduersus deum rebellat? Laquei ergo tentationum/
& decipulæ insidiaꝝ/diaboli retia appellanť. Et qm̄
hæc retia ubiq; tetēderat inimicus:atq; in ipsis/pene
oēs inuoluerat:oportebat esse aliquem / qui fortior/
& eminētior fieret his:& cōtereret ea:ut sequentibus
se uiam posset aperire. Iccirco ergo & saluator priusq̄
in cōiugium & in societatem ueniret ecclesiæ:tenta/
tur a diabolo:ut uincens retia tentationum: per ipsa
prospiceret:& per ipsa uocaret eam ad se : docēs sine
dubio/& ostendens ei:ꝙ nō per ocium/& delitias : sed
per multas tribulationes / & tentationes/ueniēdum
sibi esset ad christum. Nullus ergo alius fuit:qui retia
ista supare potuerit. Oēs enim peccauerunt:sicut scri
ptū est:& rursus/ut scriptura dicit : Nō est iustus sup
terram:qui faciat bonum:& nō peccauerit. Et iteꝝ.

Nemo mundus a sorde / nec si unius diei fuerit uita
eius. Solus ergo est dominus / & saluator noster Ie/
sus christus/qui peccatum nõ fecit / sed peccatũ/eum
pater fecit pro nobis:ut in similitudine carnis pecca/
ti/de peccato damnaret peccatum. Venit ergo ad ista
retia: sed inuolui in eis/solus ipse non potuit. Quin/
imo diruptis eis/& contritis : dat ecclesiæ suæ fidu/
ciam:ut audeat iam cessare laqueos : & trãsire per re/
tia / & cum omni alacritate dicere : Aĩa nostra erepta
est de laqueo uenãtium:laqueus cõtritus est : & nos
liberati sumus. Quis autẽ contriuit laqueos : nisi ille
qui solus in eis teneri non potuit? Quãuis ipse/& in
morte fuerit/uoluntarie:& nõ ut nos necessitate pec
cati. Solus est enim qui fuit inter mortuos/liber : &
quia liber inter mortuos fuit: Iccirco deuicto eo/qui
habuit mortis imperium:abstraxit captiuitatẽ : quæ
tenebatur in mortem. Et non solus semetipsum re/
suscitauit a mortuis: sed & eos qui tenebant̃ in mor/
te/simul excitauit:simulq; sedere in coelestibus fecit.
Ascendens enim in altum : captiuam/duxit captiui/
tatem:nõ solum aĩas educens: sed corpa eoꝝ resusci/
tans. Sicut testatur euãgelium : q̃ multa corpora san
ctoꝝ resuscitata sunt:& apparuerũt multis:& introie/
runt in sanctam ciuitatem dei uiuentis Hierusalem:
Hæc nobis expositio de retibus/secundo in loco/as/
sumpta est. Sit sane legentis iudicium : quæ earum/
mysticis dignius aptari possit eloquiis.

ℭ LIBER QVARTVS.

SVRGE: Veni proxima mea/speciosa
mea/colũba mea:qm̃ ecce hyems tran
5 siit:pluuia abiit / & recessit sibi : flores
uisi sunt in terra: tẽpus putationis ad/
uenit:uox turturis audita ẽ in terra no
stra. Arbor fici ꝓduxit gemina sua:uites florẽtes de/
derunt odorem suũ. Quid contineat ordo drama/
tis:iam supra descripsimus : nunc uero q̃d uel sermo
dei ad aĩam se dignam/sibiq; aptam : uel quid Chri/
stus ad ecclesiam dicere itelligendus sit:aduertamus.
Sed interim primus sermo dei loquatur ad hãc spe/
ciosam/decoramq; aĩam : cui per sensus corporeos:
idest per intuitum lectionis : & per auditum doctri/
næ: quasi per fenestras apparuit : proceritatẽq; ei suæ
magnitudinis demonstrauit:ita ut in superioribus ei
loqueretur:incumbens/atq; inde euocans eam:ut ꝓ/
cedat foras: & extra sensus iam corporeos effecta/de/
sinat esse in carne:ut merito audiat : uos autem non
estis in carne sed in spiritu. Non enim aliter diceret
eam uerbum dei proximam sibi : nisi coniungeret se
ei: & fieret cum eo unus spiritus:nec diceret eam spe/
ciosam : nisi uideret imaginem eius renouari de die/
in diem: & nisi uideret eam capacem spiritus sancti:
qui in specie columbæ descẽdit in Iordane super Ie/
sum:non ei diceret:columba mea. Cõceperat enim
amorem uerbi dei: & cupiebat ad ipsum / uolatu cele
ri/peruenire: dicens. Quis mihi dabit pennas sicut co
lumbæ: & uolabo: & requiescam/cum apprehende/
ro sapientiæ/& sciẽtiæ/thesauros? Puto enim q̃ ii qui
mortem christi recipiunt: & mortificãt membra sua
sup terrã: cõsortes efficiant̃ similitudinis mortis eius:
ita & ii qui uirtutem spiritus sancti recipiunt: & san/
ctificantur ex eo: & donis eius replentur : quia ipse in
specie columbæ apparuit : ut ẽt ipsi columbæ fiant:
ut de terrenis/& corporeis locis/euolẽt ad coelestia
pennis sancti spũs subleuati. Quod si aũt tẽpus op/
portunum:quo hæc fieri possint : cõsequenter inse/
ruit:q̃a ecce hyems inquit transiit:pluuia abiit. Non
enim ante aĩa uerbo dei iungitur & sociatur : nisi oĩs
ex ea hyems perturbationum / ac uitioꝝ procella di/
scesserit: & ultra iam nõ fluctuet : & circũferatur om/
ni uento doctrinæ. Vbi ergo ex anima / hæc cuncta
discesserint: desyderioruq; ab eadem tempestas desue
rit: tunc incipient in ea flores uernare uirtutum: tunc
eius menti/& tempus putationis adueniet: & si quid
superfluum q̃dq; minus utile fuerit in eius sensibus/
uel intellectibus resecabitur: & ad gẽmas spiritalis in/
telligentiæ reuocabitur. Tunc etiam uocem turturis
audiet: illius sine dubio sapientiæ: quam dispensator
uerbi loquitur inter ꝑfectos sapiẽtiæ dei altioris: quæ
abscondita est in ministerio. Hoc nãq; indicat ap/
pellatio turturis. Hæc namq; auis in secretioribus/&
remotis a multitudine locis : uitam transiit : aut de/
serta montium diligens : aut secreta syluarum / pro/
cul semper a multitudine posita : aut a turbis aliena.
Quod aũt & aliud q̃d oportunitati : tẽporis huius:
amoenitatiq; conueniat : ficus inquit produxit ger/
mina sua:noti dum q̃dem fructus spiritus:q̃ sunt
gaudium/charitas/pax/& caetera. Sed iam tamen ger
mina eoꝝ ꝓferre incipit spũs hoĩs: qui in ipso est : fi/
guraliter ficulnea nominatus. Sicut enim generali/
ter in ecclesia diuersæ arbores / singulæ quæq; ani/
mæ credẽtium intelliguntur. De quibus ait: Oĩs ar/
bor quã non plãtauit pater meus coelestis: eradicabi/
tur: & iterum Paulus: qui se dicit adiutorẽ dei esse in
agricultura dei: ait ẽt ipse. Ego plãtaui : Apollo riga/
uit. Sed & dñs in euãgeliis. Aut facite arborẽ bonã:
& fructum eius bonũ: aut arborem malã/& fructum
eius bonum. Sicut ergo generaliter/ita singuli quiq;
credẽtium diuersæ arbores itelligunt̃. Est ergo & in
aĩa ficus quædam / quæ ꝓducit germẽ suum : & est
uitis quæ floreat: & reddat odorem suũ. Cuius uitis
palmites purgat pater coelestis agricola : ut fructum
plurimũ afferãt: sed hæc primo ꝑ odoris suauitatem/
quæ ex flore reddit̃: lætificat odoratũ : sm̃ eum q̃ di/
cebat. Quoniã christi bonus odor sumus deo/in oĩ
loco. Hæc ergo initia uirtutum uidens sermo dei in
aĩa: uocat eã ad semetipsm̃: ut festinet/& exeat/& abii/
ciens cũcta corporea uenit ad eum: ut ꝑfectionis eius
particeps fiat: Iccirco igit̃ quasi adhuc iacẽti: & in re/
bus corporeis incubãti: primo dicit. Exurge & quasi
quæ statim obædierit: & obsecuta sit uoluntati: col/
laudatur ab eo: & audit: ꝓxima mea : & colũba mea.
Et post hæc ne ad tentationum turbines trepidaret:
annũciat ei: q̃ hyems discessit: & pluuia transierit: &
abierit sibi. Bene autem uitiorum & peccatoꝝ natu/

tam/uno

iam/uno miro sermone prolato/significauit:ut hu/
iusmodi diceret hyemem/& pluuiam:quæ ex uitio/
rum delicto/tempestateq; / descendant : sibiq; abiisse
indicans:& per hoc nullam esse substantiam pctõ℞.
Non enim decidẽtia de hoie uitia/ad aliquam aliam
substantiam cõgregantur:sed sibi abeũt:& in semet/
ipsa resoluta euanescunt : atq; in nihilum rediguntur.
Et ideo dixit:quia abiit sibi.Sic ergo tranqllitas aiæ/
apparente ei uerbo dei:& cessante peccato : & ita de/
mum florente uinea:incipit/uirtutes/atq; arbuta.i.bo/
no℞ ope℞ fructum germinare.Sed nunc ite℞ chri/
stus hæc loquitur ad ecclesiam:& in anni circulum/
omne præsentis uitæ spatium ponit.Et per hyemem
qdem illud indicat tps:in quo uel ægyptios/grãdo/
& turbines/ac reliqua decem plaga℞ uerbera/flagel/
labant:uel cum diuersa bella pferebat Israel:uel etiam
cum coram ipso saluatore restitit:& icredulitatis tur/
bine correptus est:& naufragio fidei submersus.Vbi
ergo illo℞ delicto/salus gentibus facta est : uocat tũc
ad se ecclesiam:dicitq; ei.Exurge/& ueni ad me:qa iã
hyems quæ submersit incredulos:& uos in ignorã/
tia reprimebat:abscessit.Sed & pluuia ptransiit:idest
iam non mandabo nubibus/,pphetis scilicet/ut plu/
ant pluuiam uerbi super terras.Sed ipsa uox turtu/
ris:hoc est/ipsa dei sapientia/loquetur in terris:& di/
cet.Ipse qui loquebar adsum.Flores ergo credẽtium
populo℞ & orientium ecclesia℞ apparuerunt in ter
ra:sed & putationis tps/per fidem meæ passionis:&
resurrectionis aduenit.Amputãtur enim & execran/
tur ab hoibus peccata:cum in baptismo donatur re/
missio peccato℞.Vox quidem turturis(ut diximus)
iam non per diuersos prophetas : sed ipsius sapiẽtiæ
dei/auditur in terris.Et ficulnea germinant:quæ po
test in fructibus sancti spũs accipi:qui nunc primum
aperiũtur/& demõstrantur ecclesiæ : uel etiam in lit/
tera legis:quæ ante aduẽtum christi clausa erat:& cõ/
stricta/& indumento quodam intelligẽtiæ carnalis/
obtecta.Ex psentia uero eius/& aduentu:platum est
ex ea germẽ spiritalis itelligentiæ.Et sensus uiridis/&
uitalis:qui in ea tegebatur:apparuit : & ecclesia tege/
batur a christo/in ficulnea:idest in lege/non apparuit
arida:nec occidẽtem lfam sequi sed florentem & ui/
uificantem spũm.Sed & uites florere dicũtur & de/
disse odorem suum.Possunt qdem & diuersæ eccle
siæ:quæ per orbem terræ habẽtur:uites dici florere:
ut uineæ:uinea dñi Sabaoth:domus Israel est:& ho
mo Iuda:dilecta nouella.Istæ ergo uineæ cũ primo
accedunt ad fidem:florere dicunt.Cum uero p reli/
gionem/ope℞ suo℞ suauitate adornantur : odorem
suum dedisse dicunt.Et non sine causa/puto q non
dixerit odorem dederũt:sed odorem suum:ut osten
deret inesse unicuiq; aiæ uim possibilitatis:& arbitrii
libertatem:qua possit agere omne quod bonum est.
Sed qa hoc naturæ bonum/puaricationis occasiõe/
deceptum:uel ad ignominiam:uel ad lasciuiam fue
rat iflexum:ubi per gratiam reparatur : & per doctri/
nam uerbi dei restituitur:odorem reddit sine dubio

illum:quem primus conditor deus inolcuerat : sed
peccati culpa subtraxerat.Possunt autem & uites/uel
uineæ itelligi uirtutes coelestes:& angelicæ : quæ ho
minibus largiuntur odorẽ suum:idest doctrinæ/&
institutionis bonum:quo introducunt/& imbuunt
aias:donec ad perfectionem ueniant:& incipiant ca/
paces fieri dei . Sicut & Apostolus ad hebræos scri/
bens:dicit.Nonne oẽs sunt ministeriales spiritus/in
ministerium missi propter eos : qui hæreditatem ca/
pient salutis?Et ideo dicuntur ab ipsis / q̃si primum
florem/& odorem bono℞ ope℞ capere hoies:nunc
fructus ipsos uitis/ab eo sparare:qui dixit. Non bibam
de generatione uitis huius : donec bibam illum uo/
biscum nouum/in regno patris mei.Illi ergo perfecti
flores/& fructus/ab ipso sperãdi sunt:initia uero(&
ut ita dicam)proficiendi suauitas : potest a coelesti/
bus uirtutibus ministrari.Vel certe per eos qui dice/
bant(ut supra diximus)qm̃ christi bonus odor su/
mus deo/in omni loco . Sed & alio mõ / possumus
adhuc intelligere hæc/quæ habentur in manibus/ut
dicamus:ueluti prophetiam quandam uideri ad ec/
clesiam factam:per quam uocetur ad repromissiões
futuras:ut quasi post consumationem sæculi:cũ tps
resurrectionis aduenerit:dicatur ei exurge : & qa ser/
mo hic/statim opus resurrectionis designat:tanq̃ ex
resurrectione clarior/& splendidior/effecta:inuitatur
ad regnum:& dicitur ei:ueni proxima mea / speciosa
mea/columba mea:quia hyems transiit . Hyemẽ/si/
ne dubio huius præsentis uitæ procellas:& turbines
nominans:quibus humana uita/tentationum pro/
cellis/agitatur. Transiit ergo hyems ista cum pluuiis
suis:abiit sibi. Sibi enim unusquisq; egit in hac uita:
oẽ quod egit : principium uero repromissionum fu
tura℞:flores . Securim ad radicem arboris positam/
in consumationem sæculi:ut excidat oẽm arborem/
non facientem fructum bonum:tempus putationis
intellige:uocem uero turturis / quæ in litteris repro/
missionis auditur:quam mansueti in hæreditate su/
scipient:christi personam facie/ad faciem:& non iam
per speculum/& in ænigmate docentis/aduente . Fi/
culnea uero/quæ germẽ suum producit:totius con/
gregationis iusto℞ fructus habeatur . Istæ uero san/
ctæ/& beatæ angelicæ uirtutes:qbus electi quiq; / &
beati ex resurrectione sociabũtur:qui erunt sicut an/
geli dei:ipsæ sunt uites florentes/& uineæ quæ odo/
rem suum unicuiq; aiæ / & gratiam:quam a condi/
tore suscepit prius:& nunc ite℞ pditam recuperauit:
impartiunt:suauitateq; coelestis odoris/fetorem tan/
dem/abiectæ ab eis mortalitatis : corruptionisq; de/
pellũt.Surge/& ueni pxima mea:colũba mea:in ue/
laminibus petræ:iuxta pmurale. Oñde mihi faciem
tuam:& auditam fac mihi uocem tuam:qm̃ uox tua
suauis est:& facies tua speciosa . Secundum ppositi
dramatis ordinem:sponsus q saliens sup montes:&
exiliens sup colles/ad spõsam uenerit:pspiciens eam/
& intuens p fenestras:secũdo iam loco/dicit ad eam.
Surge/ueni pxima mea:speciosa mea columba mea.

Nunc uero addit etiam hoc/ut ostenderet ei locum:
ad quem uenire debeat:qui locus sub uelamento/&
tegmine saxi sit positus. Sit aũt idem locus/ nõ tam
iuxta murum:q̃ iuxta ꝓmurale quoddam. Promu/
rale aũt dicitur:cum extra muros qui ambiunt ciui/
tatem:alius ducitur murus: & est murus ante muꝝ.
Tu deinde/quasi si reuerentiæ cã/ ipsa spõsa obtecta
sit/& uelata:petit ab ea sponsus: ut ueniens ad illum
locum:quem supra ostendit:utpote secretiorem: ibi
ei/quasi reiecto uelamine/ ostendat faciem suam. Et
quia pro multa reuerentia/taceret sponsa: desyderat
sponsus aliquando etiam uocem eius audire: & de/
lectari in uerbis eius:& dicit:ut auditã sibi faciat uo/
cem suam. Videtur tñ/q̃ non ei penitus incognita sit
facies eius:neq; uocis eius ignarus sit. Sed quia inter/
cesserit aliquid/in quo nec faciẽ eius uiderit: nec uo/
cem audierit. Iste sit propositi dramatis textus:cui &
hoc additur:q̃ ueris tempus agi uideatur:cum & flo
res apparuisse memorantur in terra: & uox turturis
personare:& gemmẽ arboris produxisse. Propter hoc
uelut opportuno tempore/ ꝓgredi prouocat spon/
sum:quæ sine dubio hyemem totam/ intra domus
claustra resederit. Sed hæc nullam mihi uidentᷣ quã/
tum ad historicam narrationẽ ꝑtinet:utilitatem con
ferre legentibus/at aliquã saltem narrationis ipsius
seruare consequentiam:sicut in cæteris scripturæ hi/
storiis/inuenimus. Vnde necesse est/cuncta ad spiri/
talem transferre itelligẽtiam. Primo ergo ĩtelligemi/
hi aiæ hyemem:cum adhuc passionum fluctibus ia/
ctatur: & uitioꝝ procellis:ac duris malignoꝝ spiri/
tuum flatibus uerberatur. In his positã/nõ hortatur
eam sermo dei foras exire:sed intra semetipsam colli/
gi:& uniri undiq;:atq; cõtegi: contra pnitiosos ma/
lignoꝝ spirituum flatus. Nulli nunc in diuinis litte/
ris studioꝝ flores/apud eam:nec ꝓfundioris sapien/
tiæ secreta/& recondita mysteria:quasi per uocẽ tur/
turis resonant. Sed neq; odoratus eius gratiæ aliqd/
quasi ex uineæ floribus recipit:neq; uisus eius/ tanq̃
in ficulneæ gemmine delectatur:sed sufficit/ut in tem/
pestatibus tentationum/a lapsu peccati tuta/ ac mu/
nita ꝑmaneat. Quod si obtinuerit/ut illæsa perduret
& hyems transiit:& uenit ei uer(uer nãq; ei est: cum
quies animo datur:& tranqllitas menti:tunc ad eam
uenit uerbum dei)tunc eam uocat ad se: & hortatur
ut exeat:nõ solum extra domum:sed extra ciuitatem:
idest non solum extra carnis uitia efficiatur: sed extra
omne quicquid corporeum/ & uisibile continetur
in mundo. Nãq; figuraliter in lege/ciuitatem iam in
superioribus euidenter ostendimus: euocatur ergo
aia extra muꝝ:& usq; ad promurale ꝑducitur: cum
abiiciens/& relinquens ea:quæ uidentur:& tempo/
ralia sunt:cõtendit ad ea quæ nõ uidentur:& æterna
sunt. Ostenditur ergo ei iter istud/ sub uelamine pe/
træ agendum:non sub aere nudo:neq; ut patiatur so
lis ardores:ne iterum fusca fiat:ne iterum dicat:despe
xit me sol:ꝓpterea sub uelamine petræ/agit hoc iter.
Hoc autem ipsum uelamen non uult ex frondibus
ei esse:aut linteis/aut pellibus: sed petram uult ei esse
uelamẽ.i. firma/& solida christi dogmata:ipm nãq;
esse petram/Paulus pronunciat dicens. Petra autem/
erat christus. Christi ergo doctrinæ/fide si obtegatur
aia:& uelatur: tuto potest ad illud ꝑuenire secretum:
ubi reuelata facie/gloriam domini contẽpletur. Me/
rito autẽ uelamen istud petræ/ tutum creditur:quia
& Salomon de ea dicit in prouerbiis: q̃ uestigia ser/
pentis nõ possunt depræhendi sup terram. Sic enim
ait. Tria sunt quæ impossibile est mihi intelligere: &
quartum quod ignoro. Vestigia aquilæ uolitantis:
& uiam serpentis super petram: & semitas nauis in
pelago:& uias uiri in iuuentute. Serpẽtis ergo:idest
diaboli uestigia:idest signa aliqua peccati/in hac pe/
tra:quæ est Christus:inueniri non possunt: quia so/
lus est:qui peccatum non fecit. Huius ergo petræ/ue
ro uelamine/anima tute peruenit ad ꝓmuralem lo/
cum:idest ad cõtemplandum incorporalia/ & æter/
na. De hac eadẽ petra/alia uerbi specie Dauid in.xvii.
psalmo dicit. Et statuit supra petram pedes meos: &
direxit semitas meas. Nec mireris si apud Dauid/pe/
tra hæc quasi fundamentum/ & crepido est aiæ:per
quã ꝓgit ad deũ:& apud Salomonẽ/uelamẽ est aiæ
ad mystica sapientiæ secreta/tendentis:cũ & ipse chri
stus/nunc uia dicatur: per quam credẽtes incedunt:
nunc ẽt præcursor/sicut ait Paulus:in quod præcur
sor introiuit pro nobis Iesus. Simile est & istud qđ
per Moysem dicitur a deo. Ecce posui te in foramine
petræ:& uidebis posteriora mea. Igit̃ petra ista/quæ
Christus est:nõ est ex omni parte clausa:sed habet fo/
ramen. Foramẽ uero est petræ:qui reuelat/ & inote/
scere facit hoĩbus deum. Nemo ergo uidet patrẽ:nisi
filius. Nemo ergo uidit postrema dei: idest quæ in
postremis temporibus fiunt:nisi positus in forami/
na petræ: scilicet cum ea/Christo reuelante/didicerit.
Et hic ergo sub uelamine petræ/aĩam proximam sibi
effectam inuitat sermo dei:ad ꝓmuralem iam locum
(sicut supra diximus)ad cõtemplanda ea:quæ non
uidentur:& æterna sunt:& ibi dicit ad eam. Ostende
mihi faciem tuam. Profecto ut uideat: si aliquid in
uultu eius/ueteris adhuc uelaminis habeat:sed possit
intrepidis obtutibus/gloriam domini speculari: ut
hæc ipsa dicat. Et uidimus gloriam eius/gloriam tã/
q̃ unigeniti a pře:plenum gratiæ:& ueritatis. Sed &
cum digna fuerit:ut de ipsa dicatur:sicut & de Moy
se dcm̃ est:qa Moyses loquebatur:& dñs rñdebat ei:
tunc cõpletur in eo: qđ ait:auditam fac mihi uocem
tuam. Ingẽs uero laus eius ostẽditur in eo: quod dr.
Vox tua suauis. Sicut enim sapiẽtissimus ꝓpheta Da/
uid dicebat:suauis sit ei disputatio mea. Suauis autẽ
est uox aiæ:cum uerbũ dei loqtur cum fide: & dog/
matibus ueritatis exponit:cũ dispẽsationes dei/ & iu/
dicia eius explanat. Si uero aut stultiloquium:aut scur/
rilitas:aut uanitas/de ore eius ꝓcedunt: aut uerbum
ociosum:de quo reddẽda sit rõ in die iudicii:insua/
uis/& iniucũda uox ista ẽ. Ab hac uoce christus auer
tit auditum suum. Et ideo quæq; perfecta anima po/
nit ori

nit ori suo custodiam: & ostium circumstantiæ labiis suis: ut talem semp sermonem proferat: qui sale conditus: det gratiam audiētibus: & dicat de ea uerbum dei: quia uox tua suauis. Sed & facies tua (inquit) speciosa. Si intelligas illam faciem/ de qua Paulus dicit. Nos autem oēs reuelata facie. Et item cum dicit. Tunc autem facie/ ad faciem: tūc uidebis quæ sit aiæ facies: quæ laudetur a uerbo dei: & speciosa esse dicatur. Illa sine dubio quæ quotidie renouatur ad imaginem eius: qui creauit eam: quæ non habet in se maculam/ aut rugam/ aut aliquid huiusmodi: sed & sancta/ & imaculata: qualem & ipse sibi exhibuit christus ecclesiam: aias scilicet/ quæ ad pfectionem uenerunt: quæ oēs simul efficiūt corpus ecclesiæ. Quod corpus utiq; pulchrum uidebitur/ & decorum: si aiæ/ ex quibus corpus illud efficitur/ in omni pfectionis decore permanserint. Sicut enim cum aia in iracundia est: turbatum/ & ferum reddit corpus uultum: cū uero in mansuetudine & tranquillitate persistit placidum mitēq; reddit aspectū: ita & ecclesiæ facies: pro uirtutibus/ & motibus credentium/ aut decora pronūciatur/ aut turpis: sm quod & scriptum legimus. Vestigium cordis/ in bonis/ uultus hilaris: Et item alibi: Cordis læti/ facies florida: in tristitiis autem positi/ mœstus est uultus. Cor ergo lætum est/ cum hēt in se spiritum dei: cuius primus fructus charitas est: secundus: gaudium est. Ex his puto quosdam sapientes sæculi assumpsisse illam sniam: quæ dicit: quia solus sapiens speciosus est: hois autem nequā/ turpis est. Superest nobis/ ut aliquid apertius etiam de nomine promuralis dicamus. Quod (sicut supra diximus) indicat murum/ esse ante murū: qd' etiam in Hesaia/ hoc modo dicitur. Ponit murum: & circa murum: murus/ munimentum ciuitatis est. Alius uero murus/ ante murum/ uel circa murū: maiora/ & ualidiora munimenta designat. Per quod ostenditur: quia euocans sermo dei aiam: & educens eam a corporalibus negociis/ & corporis sensibus: docere eam de futuri sæculi mysteriis cupit: & inde ei munimenta conquirere: ut ipsa futurorū munita/ & circundata/ in nullo possit uel illecebris uinci: uel tribulationibus fatigari: nunc etiam uideamus/ q̃uo hæc a christo ad ecclesiam dicantur: quæ est proxima ei/ & speciosa. Speciosa autē nulli alii/ nisi soli ipsi: hoc enim significat cum dicit speciosa mea. Hāc ergo exuscitat christus: & ipsi euangelium resurrectionis annunciat: & ideo dicit. Exurge: ueni proxima mea: speciosa mea: quia autem dedit & ei pennas columbæ: postea qui dormiuit in medio sortium: media autem iter duas uocatiōes/ Israelis ecclesia uocata est: qa primo Israel uocatus est: post hæc/ ubi ipse offendit/ & occidit: uocata est ecclesia gentium: cum autem plenitudo gentium introierit: tūc iterū omnis Israel uocatus/ saluabitur. In medio ergo duarū sortium dormit ecclesia. Et propter hoc: dedit ei pēnas columbæ deargentatas: q̄ significat rationabiles pēnas/ in sancti spiritus donis. Et posteriora dorsi eius/ uel in uiriditate' auri/ ut quidam legunt: uel ut alii scriptum habent: in pallore auri. Quod ostēdere potest: quia posterior illa uocatio: quam ex Israel futuram/ dicit Apostolus: non erit in obseruantia legis: sed in pciositate fidei. Auri nāq; uiriditatis gerit spem. Fides autem uirtutibus florens. Potest autem dici. In medio sortium dormire/ uel gescere ecclesia: in medio duorū testamentorū: & pennæ eius deargentatæ ex sensibus legis: aurum in posterioribus dorsi eius/ intelligi euangelici muneris donum. Ad hanc ergo ecclesiam dicit christus. Veni tu columba mea: & ueni in operimento petræ: docens eam/ ut operta ueniat: ne quid patiatur ab incursantibus eam tentationibus: sed sub umbra petræ incedat/ obtecta: dicens. Spiritus uultus nr̄i christus dn̄s: cui diximus. In umbra eius uiuens in gentibus. Obtecta autem incedit/ & adoperta: quia debet potestatem habere super caput/ propter angelos. Cum autem peruenerit ad promuralem locum: idest ad futuri sæculi statum: ibi ad eam dicit. Ostende mihi faciem tuam: & auditam mihi fac uocem tuam: qa uox tua suauis est. Auditā uult fieri uocem ecclesiæ suæ: quia qui eum confessus fuerit coram hoibus: & ipse confitebitur eum coram patre suo/ qui in cœlis est. Quia uox tua suauis est. Et quis non fatetur suauem uocem/ ecclesiæ catholicæ fidem ueram confitentis. Insuauem uero/ & iniucundam esse hæreticorū uocem: qui non dogmata ueritatis: sed blasphemias in deum: & iniqtatem/ in excelsum loquuntur? Sic & facies ecclesiæ speciosa est. Hæreticorū uero turpis/ & foeda: si quis est tn̄ qui bene nouerit pulchritudinem uultus probare: idest si quis spiritalis est: qui scit examinare oia. Nam apud imperitos/ & aiales homines/ pulchriora uident' mendacii sophismata: q̄ dogmata ueritatis. Possumus autem adhuc de loco promurali/ etiam hoc addere: q̄ promurale sit patris/ in quo positus unigenitus filius enarrat oia/ & enunciat ecclesiæ suæ quæcūq; in secretis/ & in absconditis/ patris finibus cōtinentur. Vnde & quidam ab eo edoctus: dicebat: Deum nemo uidit unq̄. Vnigenitus filius/ qui est in sinu pr̄is: ipse enarrauit. Illuc ergo euocat sponsam suam christus: ut & de oibus eam/ quæ apud patrem habentur: edoceat: & dicat. Quia oia uobis nota feci: quæ audiui a pr̄e meo: Et ut iterum dicat. Pater uolo/ ut ubi ego sum: illic sit & minister meus. Capite nobis uulpes pusillas exterminātes uineas: & uineæ nostræ florebunt. Secundum dramatis ordinem/ mutata est persona. Non enim iam ad sponsam/ sed ad sodales loquitur sponsus: & ipsis dicit: ut capiant uulpes pusillas: quæ insidiant' uineis: ubi primum germē ostenderint: nec sinunt eas peruenire ad florem. Capi ergo eas pcepit: saluti/ & utilitati consulens uinearū. Sed hæc (ut cœpimus) spiritali expositione discutienda sunt. Et puto q̄ si de aia hæc quæ se uerbo dei cōiungit/ aduertas: uulpes/ contrariæ potestates/ & nequitiæ dæmonum/ intelligi debeant per cogitationes prauas/ & intelligentiam peruersam: exterminantes in aia uirtutum florem: &

fructum fidei perimentes. Prouisio igitur uerbi dei/
qui est dominus uirtutum: mandat angelis suis: qui
ad ministerium missi sunt / propter eos qui hæredi/
tatem capiunt salutis: ut capiant ex unaquaq; anima
huiusmodi cogitationes a dæmonibus immissas:
ut abiectis eis/ possint florem uirtutis afferre. Capiũt
autem cogitationes malas in eo: cũ suggerunt men/
tim nõ esse eas a deo: sed esse a maligno spiritu: & dant
aiæ discretionem spirituum: ut intelligat/ quæ sit co/
gitatio sm̃ deum: & quæ sit ex diabolo. Vt aũt scias/
esse cogitatiões quas immittit diabolus in cor hoium:
uide in euangelio qd' scriptum est. Cum autem imi/
sisset (inquit) diabolus in cor Iudæ scariotis/ ut tra
deret eum. Sunt ergo huiusmodi cogitationes: quæ
a dæmonibus imittiuntur in cordibus hoium. Sed
quia non deest diuina prouidentia: ne forte per hu/
iusmodi importunitatem / turbaret libertas arbitrii:
& non esset iusta causa iudicii: idcirco benignis ange/
lis/ & amicis potestatibus/ hoium cura mandatur: ut
cum deceptores/ quasi uulpes incursare coeperint ho
minem: dextris eum auxiliis subleuent: & ideo dicit.
Capite nobis uulpes pusillas. Competẽter sane cum
adhuc pusillæ sunt capi eas mandat/ & cõphendi.
Dum enim cogitatio mala in initiis est: facile potest
abiici a corde. Nam si frequenter iteretur: & diu per/
maneat: adducit aiam sine dubio ad consensum: &
post cõsensum/ intra cor suum cõfirmatum: certum
est/ quia ad peccati tẽdat effectum. Dum ergo in ini/
tiis est: & pusilla est: capi debet/ & abiici: ne si adulta
fuerit/ & inueterata/ iam non possit expelli. Deniq; &
Iudas initiũ mali habuit/ in amore pecuniæ. Et hæc
fuit illi uulpes pusilla. Sed ab hac / cum uideret dñs
Iudæ aiam/ quasi florẽtem uineam lædi: capere eam
uolens: & abiicere ex eo: cõmisit ei pecuniæ loculos:
ut possidens quod amabat/ a cupiditate cessaret. Sed
illa/ utpote habens sui arbitrii libertatem: non est am/
plexus medici sapiam: sed indulsit semetipm illi/ ma/
gis cõsilio/ quo exterminabatur aia sua: q̃ quo sana/
batur. Si uero hæc de christo & ecclesia itelligamus:
sermo uidebitur ad doctores ecclesiæ dirigi: & man/
dari eis de captiõe uulpium exterminãtium uineas.
Vulpes autem/ peruersos doctores hæreticorum dog/
matum possumus intelligere: qui per argumentum
calliditatem/ seducunt corda inocentium: & uineam
dñi exterminant: ne floreant in fide recta. Datur ergo
pceptum doctoribus catholicis: ut dum adhuc pusil
læ sunt istæ uulpes: & nondum plures aias decepe/
runt: sed initium habet praua doctrina: arguere hos/
& refrenare festinent: & uerbo ueritatis contradicen/
tes reuincere/ & capere hos assertionibus ueris. Si.n.
permanserint in principiis/ & indulserint: sermo eorum
sicut cancer serpit: & fiet isanabilis: ut multi inuenia/
turq; decepti ab eis: pugnare iam pro ipsis incipiãt:
& defendere suscepti erroris auctores. Sic ergo pusil
las dignum est/ uulpes capere: & dolosa hæreticorum
sophismata in ipsis statim initiis/ ueris assertionibus/
confutare. Vt autem utriusq; expositiõis nostræ eui/
dentior clarescat assertio: cõgregemus ex diuinis uo/
luminibus: sicubi animalis huius mẽtio facta est. In/
uenimus ergo in .lxii. psalmo de impiis ita dici. Ipsi
uero in uanum quæsierunt aiam meam: introibunt
in inferiora terræ: tradentur in manus gladii: partes
uulpium erũt. Sed & in euangelio sm̃ Matthæum/
saluator ad scribam q dicebat ei. Magister sequar te/
quocũq; ieris. Respondit. Vulpes foueas habent: &
uolucres coeli nidos/ ubi requiescant: filius aũt hois
non habet/ ubi caput suum reclinet. Similiter autem/
& in euãgelio sm̃ Lucam/ ad eos qui dixerunt dño.
Exi & uade hinc: qa Herodes uult te occidere: rñdit
Iesus. Euntes/ dicite uulpi huic. Ecce ego eiicio dæ/
monia: & sanitates pficio hodie/ & crastina: & in die
tertia consumabor. In libro quoq; iudicum/ Sãpson
cum uxor quæ erat ex genere Philistinorum / ei fuisset
ablata: ait ad patrem eius. Innocens sum ego/ hac ui/
ce ab Allophylis: qa faciam uobiscum mala. Et abiit
Sampson: & accepit tercẽtas uulpes: & accepit lam/
padas: & ligauit caudam/ ad caudam: & posuit lam/
padam unam inter duas caudas uulpium: & accẽdit
ignem in lampadibus: & emisit eas per messes Allo/
phylorum/ & incendit oẽs messes eorum: & stipulas eorum:
& uineas eorum: & oliueta eorum. Adhuc etiam in secun
do libro Hesdræ: ubi Tobias Ammanites impediuit
ædificationem eorum/ qui de captiuitate redierant: ut
ædificarẽt templum/ & murum: ait ad Allophylos.
Nũquid isti sacrificabunt: aut comedent imolata: in
hoc loco? nõne ascendent uulpes: & destruent mu/
rum ipsorum / quem ex lapidibus ædificant? Hæc sunt
interim / quæ ad præsens nobis ex scripturis diuinis
occurrere potuerunt: in quibus aialis huius memo/
ria facta est: ut ex his sapiens quisq; lector prudenter
possit coniicere: si apta usi sumus expositiõe in his/
quæ proposita sunt nobis ad explanãdum id quod
ait. Capite nobis uulpes pusillas. Et q̃uis operosum
sit/ singula quæ exẽpli causa assumpsimus explanare:
tñ quæ poterimus/ breuiter contingemus. Et primo
de .lxii. psalmo uideamus: ubi cum iusti aiam perse/
querentur impii: ille psallebat dicens. Ipsi autem in
uanum quæsierunt aiam meam: introibunt in infe/
riora terræ: tradent in manus gladii: partes uulpium
erũt. In quo utiq; ostẽditur/ q uanis/ & inanibus uer/
bis/ praui doctores decipere uolentes aiam iusti: in/
troire dicunt in inferiora terræ: terram utpote sapiẽ/
tes: & de terra loquẽtes/ atq; in inferiora eius: idest in
profundum stultitiæ descendentes. Puto enim q hi
qui carnaliter uiuunt: qa sibi ipsis tñmodo nocent:
terra esse/ & in terra habitare dicuntur. Hi uero q ter/
renis/ & carnalibus sensibus/ scripturas intelligũt: &
alios ita docendo decipiunt: pro eo ipso q argutias
quasdam/ & argumenta/ carnalis/ & terrenæ sapien/
tiæ/ confingant: in inferiora terræ dicantur ingredi:
uel certe quia grauius delinquũt/ qui terrena docẽt:
q̃ qui ita uiuunt: eis futura poena etiam grauior imi/
net: iidemq; ipsi in manus gladii tradendi prophe/
tãtur/ illius fortassis flãmei/ & uersatilis. Quomodo

autem/& partes uulpium fiunt:uideamus. Omnis
anima/aut pars est dei:aut pars est cuiuscunq;/qui ac/
cœpit potestatem super homines. Nam cum diuide/
ret altissimus gentes:& dispergeret filios Adam:sta/
tuit fines gentium/sm numerum angelorum dei:&
facta est portio dñi Iacob. Cum ergo constet unam/
quãq; animam/aut in parte dei:aut in parte esse alte/
rius cuiuslibet: quoniam quidem per arbitrii liber/
tatem/possibile est unumquẽq; ex parte alterius tran
sire:uel ad partem dei/si melius/ipso iuuãte/elegerit:
uel si nequius/ad dæmonũ portionem: hic horum
mentio habetur in psalmo. Qui in uanum quæsie/
runt animam iusti:partes erunt uulpium:uelut si di/
ceret:& pessimorum/& neqssimorum dæmonum
partes erunt:ut unaquæq; maligna uirtus: & dolo/
sa per quam deceptiones/& fraudes falsæ scientiæ:
introductæ sunt: figuraliter uulpes appellentur hi/
qui in hunc errorem deducuntur:& nolunt acquie/
scere sanis sermonibus/domini nostri/Iesu christi:&
doctrinæ quæ sm pietatem est: sed decipi se patiun/
tur a talibus:isti talium partes uulpium fient: & in/
troibũt cum eis in inferiora terræ. Ipsi sunt & illi/in
quibus sm euãgelium uulpes istæ:quas(supra me/
morauimus)foueas habere dicuntur:in quibus fi/
lius hominis nõ habet:ubi caput suum reclinet. He/
rodem quoq; uulpem nominatum/pro fallaci calli/
ditate/credẽdum est. Nam si Sampson trecentas uul
pes cœpisse/& colligasse per caudas: atq; interiecisse
lampadas ardentes in medio caudarum:atq; imisis/
se per messes Allophylorꝝ/& incendisse eas cum sti/
pulis/& oliuetis/uineisq; memoratꝰ: ualde mihi dif/
ficilis formæ huius/uel figuræ/uidetur explanatio.
Tentemus tamen aliqua ex his pulsare pro uiribus:
& ponamus sicut expositio nostra in supioribus cõ
tinet:uulpes esse fallaces/peruersosq; doctores. Hos
Sãpson qui ueri/& fidelis imaginem tenet docto/
ris:capiens uerbo ueritatis:caudam/ad caudam col/
ligetiidest aduersantes sibi/& diuersa a se inuicem sen/
tientes/docentesq; confutet: atq; ex ipsorum uerbis
propositiones/collectionesq; accipiens:in Allophy/
lorum segetem/ignem conclusionis emittat: & ex
propriis eorum argumentis/omnes eorum fructus/
atq; uineas/& oliueta pessimæ generationis incen/
dat. Sed & ipse numerus trecẽtarum uulpium/quæ
a semetipsis diuersæ/& dissonantes erant: triplicem
formam indicãt peccatorꝝ. Omne enim peccatum:
aut in facto/aut in uerbo/aut in consensu mentis ad/
mittitur. Verum ne illud quidem/quod in secundo
libro Hesdræ scriptũ diximus:penitus omittendum
est. Vbi cum ædificarentur sancta sanctorum: idest
cum fides christi/& sanctorum eius mysteria conde/
rentur:inimici ueritatis/fideiq; contrarii/qui sunt sa/
pientes huius sæculi:uidentes absq; grãmatica/& pe
ritia philosophica/consurgere muros euangelii: ue/
lut cum irrisione quadam dicunt:perfacile hoc pos/
se destrui/calliditate sermonum:per astutas fallacias/
& argumenta dialectica. Hæc interim quantum bre/
uitas potuit pati:de assumptis exemplis/dicta suffi/
ciant. Nunc iam ad ꝓpositum reuertamur. Videtꝰ er/
go in cãtico canticorꝝ pceptum dari ab sponso/ami/
cis sibi uirtutibus:ut capiant/& arguant cõtrarias po
testates quæ insidiantꝰ aĩabus hoium: ne exterminet
eorꝝ initia fidei: floréq; uirtutum/sub specie secretæ
alicuius/& occultæ sapiæ:quæ q̃si uulpes in foueis:
ita in his hoibus q semetipsos ad hæc sectanda præ/
buerint:delitescũt:& quo facilius cõfutari possint:&
argui:dum paruæ sint uulpes ipsæ:& initia hñt pes/
simæ psuasiones capi iubentur. Nam si forte creue/
rint:& maiores fuerint uulpes affectæ/iam nequeãt
ab amicis sponsi:sed ab ipso fortassis solo spõso ca/
pi poterunt. Sed & sancti quiq; doctores/& magi/
stri ecclesiæ: sicut acceperunt ptãtem calcandi super
serpentes/& scorpiones:ita accipiũt ptãtem etiam ca
piendi uulpes. Sic enim data est potestas eis sup oẽm
uirtutem inimici. Vna sine dubio ex cæteris inimici
uirtutibus/est uulpes:quæ extermiãt uineas: quæq;
cum adhuc parua est/capi iubetur:sicut & in centesi/
mo.xxxvii.psalmo/beatus dr̃ qui tenet:& allidet par
uulos Babylonis ad petram:nec pmittit sensum Ba/
bylonum crescere in semetipso:& augeri:sed cum est
in initiis allidit eum:& tenet ad petram. Tunc.n.fa/
cile permittitur. Sic.n.ordo explanationis percurrat.
Capite uulpes nobis pusillas: quæ uulpes extermi/
nant uineas florentes. Quod aũt dicit nobis:hoc est
mihi spõso/& spõsæ:uel certe mihi/& uobis: q estis
sodales mei. Potest aũt/& ita accipi. Capite uobis uul
pes:& post distinctionem dici:pusillas/exterminan/
tes uineas:ut pusillas nõ tam ad uulpes/q̃ ad uineas
referamus:ut uideantꝰ pusillæ qdem uineæ extermi/
nari posse:idest paruæ quæq; aĩæ/& initia hñtes:nõ
firmæ/& robustæ/lædi posse a cõtrariis ptãtibus:si/
cut in euangelio dr̃. Siqs scandalizauerit unum de
pusillis istis:in quo ondıtur/qa scandalizari non põt
grãdis/& pfecta:sed pusilla/& rudis aĩa:sicut in psal/
mo dicitur. Pax multa diligẽtibus nomen tuum: &
non est illis scãdalum. Simili ergo exẽplo potest ui/
deri: q pusilla quæq; uinea/incipiens uidelicet aĩa/
possit a uulpibus:idest malignis cogitationibus/uel
prauis doctoribus lædi:perfecta uero/& ualida non
possit. Sed si capiantur a bonis doctoribus uulpes
istæ:& abiiciantur ex anima:tunc proficiet in uirtu/
tibus:& florebit in fide. Amen.

¶ Explicit tractatus Origenis super can/
ticum canticorum Salomonis.

¶ INCIPIT TRACTATVS ORIGE/NIS IN HESAIAM. HOMILIA. I.

VAMDIV Ozias rex uixit: uidere
non potuit uisionem Hesaias prophe
q ta:erat enim Ozias peccator:& faciẽs
malignum ante conspectum domini:
& agens aduersus uoluntatem diui/
næ legis, Ingressus est templum: & facta sanctorꝝ:&
ob hoc lepra perfusus in fronte est:ita ut foras ciuita/

tem uadens: inter imundos computaretur. Talem
ergo principem aiæ oportet mori: ut uisionem dei
uidere possimus: neq; enim frustra scriptum est. Et fa
ctum est in áno quo mortuus est Ozias rex: uidi do/
minum. Vnicuiq; nrum uiuit Ozias: siue Pharao: &
non suspiramus ægyptia opera faciētes: si autem mo
ritur: tunc suspiramus: ut in Exodo scriptum est. Si
Ozias uiuit: non uidemus gloriam dei: si autem mo
ritur/túc uidemus statim/ut moritur Ozias gloriam
dei. Tantum hoc sit: ut regnet in nobis sermo qui di
xit. Ego autem constitutus sum rex ab eo: & non re/
gnet ira: est quidam & peccati rex. Apostolus ita sen/
tiens ait. Non ergo regnet peccatum in mortali ue/
stro corpore. Miserabilis ille homo/cui peccatum re/
gnat: qui tali se tradit regi: despiciens regnum dei: &
subiiciēs se uoluptati: propterea uoluptatis amator:
non est amator dei: & sm Apostolum: de qbusdam
dicitur. Amantes uoluptatem magis q̃ deum: & q/
dem/idipsum nō ex his dictum est: qui oino sunt in/
fideles: sed de his qui intrinsecus cómorantur: uolu/
ptatem magis amantes q̃ deum: qui hñt figuratio/
nem pietatis: uirtutem autem eius negantes. Hæc p/
pter mortem regis Oziæ: post cuius interitum: uidis/
se se ait uisionem ppheta. Quæ est autem uisio? Vidi
dñm sedentem sup thronum excelsum: & eleuatum.
Non omnis qui uidet dñm: uidet eum sedentem su/
per thronum excælsum/ & eleuatum &c̃. Scio alium
prophetam uidisse dñm: & uidisse eum sedentem su
per thronum: sed nō excælsum/neq; eleuatum. Dif/
ferēs est scriptura? Daniel dicit. Throni positi sūt: &
non erat excælsus ille thronus: & ueniam: & sedeam
ad iudicādum populum in ualle Iosaphat. Ergo hic
in ualle sedit: & in ualle cum iudicaturus est: cum cō/
dēnaturus. Aliud autem est uidere eum sedentem su
per thronum excælsum / & eleuatum: & in Michea.
Egreditur/& descēdit deus: & ut uideret Sodomam
descendit. Descendens (ait) uidebo si sm clamorem
eorum uenientem ad me: consumauerunt. Igitur
deus aliqñ sursum: aliqñ deorsum iuxta dignitatem
uidetur negociorꝝ. Vidi ergo dñm Hesaias ait: seden/
tem super thronum excælsum/ & eleuatum. Si uideo
deum eis qui hic sunt regnantem: non eum uideo su
per thronum excælsum / & eleuatum: si uideo eum
regnantem coelestibus uirtutibus: uideo eum super
thronū excælsum/ & eleuatum. Quid est q dixi coe/
lestibus uirtutibus? Throni/ Dñatiōes/ Principatus/
Potestates; & uideo eum: qūo eis regnet in uerbo. Vi
di dñm sedētem super thronum excælsum/ & eleua/
tum: & plena domus gloria eius sursum quo eleua/
tus est thronus eius: plenaq; est domus gloria eius.
Non arbitror & quia plena est domus gloriæ: hæc
quæ in terra est. Dñi est terra & plenitudo eius: pleni/
tudinem autem gloriæ dei nō inueniet in præsenti.
Sed siqs ædificauerit templum deo: uidebitur glo/
ria dei: & seruat hoc q dictum est: plena domus ui/
debitur gloriæ dei. Videtur gloria dei. Nescio autem
an sicut domus gloria cópleatur. Et in Leuitico quá/

tum ad præsens pertinet: nec dñm. Deo autem lar/
giente/legitur in collecta quæ sequitur: quia præce/
pit dñs quædam fieri: ut uideat̃ gloria dñi. Nec unq̃
apparebit gloria dei: si non hæc fiant. Cognoscimus
autem illa cū lecta fuerint. Et Seraphin stabat in cir/
cuitu eius: sex alæ uni: & sex alæ alteri. Duo uideo se/
raphin unumquodq; eorꝝ in semetipso hñs sex alas.
Deinde dispositio alarꝝ: & duabus quidem alis uela/
bant faciem: non propriam/sed dei. Duabus aūt alis
uelabant pedes: nō proprios/sed dei. Duabus autem
alis uolabant: iuxta quod scriptum contrarium sibi
uidetur: si stabant: uolare nō poterant. Scriptum ue/
ro est: stabant in circuitu eius: sex alæ uni: & sex alæ al
teri: & duabus qdem uelabant faciem: & duabus ue/
labant pedes eius: & duabus uolabāt: & clamabant
alter ad alterum. Verꝝ hæc seraphin qui circa deum
sunt: quæ sola cōmotione dicunt Sanctus. Sanctus.
Sanctus: propter hoc seruant mysterium trinitatis:
quia & ipsa sunt sancta: his enim in oibus quæ sunt:
sanctius nihil est: & non leniter dicunt alter ad alterꝝ.
Sanctus. Sanctus. Sanctus: sed salutarem omnibus
confessionem/clamore pronunciant: quæ sunt ista
duo seraphin? Dominus meus Iesus/ & spiritus san/
ctus: nec putes trinitatis dissidere naturam: si noium
seruātur officia. Opiebant faciem dei. Exordium.n.
dei ignotum est: sed & pedes / nouissimum enim q
in deo non cōphendit̃. Sola tñ media uidentur:
ante ista quæ fuerint: nescio. Ex his quæ sunt intelli/
go deum: post ista quæ futura sunt: iuxta q futura
sunt: quis pronunciauit ei? Dixit Ecclesiastes. Priora
annunciate mihi: & nouissima quæ erunt: & dicam/
qm̃ dii estis inquit. Dixit Hesaias. Ex quo / si quis di/
xerit præterita: & potuerit nouissima dicere: deus est.
Quis ergo potest dicere præter Seraphin? Quis po/
test dicere. Sanctus. Sanctus. Sanctus? Seraphin. Nu
dauerunt autem: quam partem dei: ut ita dicam me/
dietatem eius. Et clamabant aliud ad aliud assistentia
deo / atq; dicētia. Sanctus. Sanctus. Sāctus. Stant igi
tur/ & mouentur: stant cum deo: mouentur demō/
strantia deum. Intellige enim quia uelant faciem: ue/
lant pedes: non mouent quæ uelata sunt: nō uelant
quæ uolant. Et dicunt. Sanctus. Sanctus. Sanctus
dñs sabbaoth: plena est omnis terra gloria eius. Dñi
mei Iesu christi nunciatur aduentus. Nunc itaq; ple/
na est omnis terra gloria eius. Aut certe: necdum ple
na est: sed futurum est/ut impleatur: cum expleta fue/
rit oratio qua/patrem nos ipse dñs iussit orare. Cum
oraueritis (inquiēs) dicite Pater noster qui es in coe/
lis. Sanctificet̃ nomē tuū. Adueniat regnum tuum.
Fiat uoluntas tua sicut in coelo: & in terra. Adhuc in
coelo uoluntas est patris: in terris necdum uoluntas
eius expleta est. Et ipse Iesus iuxta dispēsationem car/
nis quam induerat: ait. Dedit mihi uniuersam pote/
statem ut in coelo/ & in terra: nō q potestatem non
haberet in terra: is qui habebat in coelis: & aliquid de
mundo acciperet: qui in sua uenerat: sed ut ita crede/
retur deus in terra: qūo credebat̃ in coelo. Ergo acce/
pit potestatem

pit potestatem homo christus quam ante nõ habuit: & usq; ad præsens necdum habet in terra omnium potestatem. In his quippe qui peccant: necdum regnat. Sed quando ei data est etiam horum potestas? Cum ei subdita fuerint omnia: tunc completur potestas: & perambulat/subiiciens sibi omnia: quidam autem necdum uolunt subiici ei: uerum adhuc inimicis eius subiiciũtur. Nos porro dicamus. Nõne deo subiecta erit aīa mea? apud eum enim salutare meum. Et duabus uolabant: & dicebant alter ad alteꝝ. Sanctus. Sanctus. Sanctus. deus sabbaoth: plena est omnis terra gloria eius: & eleuatum est superliminare a uoce qua clamabant. Voce Iesu christi: & uoce sancti spiritus. Si aliquis e nobis clamantium/audierit uocem Iesu christi/& sancti spiritus: eleuatur superliminare: & altius fit q̃ eo tẽpore cum eleuatum est. Cũq; dictum est attolite portas principis uestri: & eleuamini portæ æternales: & itroibit rex gloriæ. Et domus impleta est fumo/ex remissione ignis cuncta impleta est domus. Fumus autem/uapor ignis est. Et dixi. O miser ego quoniam compũctus sum: quia cum sim homo/& imunda labia habeam: non possum sentire: quia humiliauerit seipsum. Hesaias uere dicit: testimonium dat scriptura: quia mundẽtur eius labia ab uno Seraphin: qui missus est ad auferenda peccata eius. Vnus autem ex seraphin: Dominus meus Iesus christus est: qui ad auferenda peccata nostra a patre missus est: & dicit. Ecce abstuli iniq̃tates tuas: & peccata tua circũmundaui. Nec putes naturæ contumeliam/si filius a patre mittit. Deniq; ut unitatem deitatis in trinitate cognoscas: solus christus in præsenti lectione peccata dimittit: & tamen certum est a trinitate peccata dimitti: q enim in uno crediderit: in omnibus credit. Deferat ergo mihi de altari cœlesti forceps: ut tangat labia mea. Forceps domini si tetigerit labia mea: mundat ea: & si mundauerit ea: & circũciderit initiis: nuper diximus. Aperiam uerbo dei os meum: nec ulterius sermo imũdus exeat de ore meo: quia cum sim homo? & imunda labia habeam: In medio quoq; populi imũda labia habẽtis habitem. Seraphin q̃d missum fuit mũdauit labia prophetæ: non mundauit autem labia populi. Confessus est. n. ipse imunda labia se habere: & in medio populi imunda labia habẽtis/habitare. Sed hoc ꝙ missus est a seraphin: non iudicauit dignos esse de populo: ut & illorum labia mundauerit: & iccirco adhuc impie agunt. Iccirco adhuc deum meum Iesum christum repudiant: adhuc & maledicũt imundis labiis. Ego autem precor: ut ueniens Seraphin emundet labia mea. Et regem dñm sabbaoth uidi oculis meis. Cur non dicamus in præsenti traditionem quandam iudæorum uerisimilem quidem: nec tamen ueram ex solutionem eius: quare non inueniamus (aiunt) ideo esse iam sectum a populo: quasi legem præuaricantem: & extra scripturas annunciantem: scriptura enim dicit. Nemo uidebit faciem meã: & uiuet. Iste uero ait. Vidi dominum sabbaoth. Moyses (aiunt) non uidit: & tu uidisti? & propter hoc eum secuerũt: & condẽnauerunt ut impium. Non enim sciebant/quia duabus alis uelauerint faciem dei Seraphin. Vidi dominum. Si faciem uidit Hesaias: & Moyses uidit posteriora. Vidit (ut scriptum est) Moyses: Verũtamen uidit dominum: etiam si faciem eius non uidit: & hic ergo uidit: licet faciem nõ uiderit. Male igitur condẽnauerũt prophetam. Et regem dominum sabbaoth uidi oculis meis. Et missus est ad me unus de Seraphin. Non est unus domini mei Iesu christi aduentus/quo descendit ad terras: & ad Hesaiam uenit: & ad Moysen uenit: & ad populum uenit: & ad unumquenq; prophetarum uenit. Neq; tu timeas/etiam si iam receptus est: iterum ueniet: qui autem & ante præsentiam carnalem uenerit: ipsum accipe testem denũciantem/atq; dicentem. Hierusalem/hierusalem quæ occidis prophetas: & lapidas eos qui missi sunt ad te: quoties uolui colligere filios tuos: quoties uolui: non dicit: nõ uidi te nisi in isto aduentu: sed dicit quoties uolui: & per singulos prophetarum conuertens se: ego eram christus qui loquebar per prophetas. Dixi: neq; tu timeas: & nunc mittitur: Iesus christus nõ mentitur: Vobiscum sum (ait) omnes dies: usq; ad consumationem sæculi. Non mentitur: Vbi duo & tres collecti sunt in meo nomine: & ego sum in medio eoꝝ. Quoniam igitur præsto est: & assistit Iesus christus: & paratus est/ꝑncipius summus sacerdos offerre patri interpellationes nostras: surgentes per ipsum/sacrificia patri offerimus. Ipse enim propitiatio est pro peccatis nostris: cui est gloria: & imperium/in sæcula sæculorum. Amen.

❡HOMILIA SECVNDA.

QVANTVM Ad dictum attinet: uerecunde fecit Achaz: cum ei fuisset imperatum: ut peteret signum in profundum/aut i excælsum: & rationem reddidit: cur petere noluerit. Ait quippe non petam/neq; tentabo deum: & tamen super hoc uerecundo culpatur: & dicitur ad eum. Audite nunc domus Dauid. Nunquid modicum uobis præstare certamen hominibus? & quomodo domino præstatis certamen? Deinde de hoc repromissio. Ideo dominus ipse dabit uobis signum. Ecce uirgo in utero accipiet: & pariet filiũ: & uocabis nomen eius Emanuel. Hæc exponantur: & de reliquis uidebimus: indigentibus & illis gratia dei: ut manifestentur. Iubetur ut petat signum non simpliciter: sed sibi ipsi. Sermo quippe ait: pete tibi signum a domino deo tuo in profundum/aut in excælsum propositum est signum: dominus meus Iesus christus. Hoc enim est signum ꝙ iubetur ut sibi postulet in ꝓfundum/aut in excælsum. In ꝓfundum quidem: quia qui descendit: ipse est: In excælsum uero: quia q ascendit: super omnes cœlos ipse est. Mihi autem hoc signum propositum: dominus meus Iesus christus in profundum/& in excælsum. Nihil prodest si non mihi fiat mysterium de profundo: & excælso eius. Cum enim

ego recepero mysterium de christo Iesu de profun/
do/& excælso. Tūc accipiā signum sm præceptum
domini: & dicitur mihi quasi habenti in semetipso
in profundum / & in excælsum. Ne dixeris in corde
tuo: quis ascendit in coelum: hoc est christum dedu/
cere: aut quis descendit in abyssum: hoc est christum
ex mortuis reducere? Iuxta uerbum tuum est: uehe/
mens in ore tuo/& in corde tuo. Præcipitur ergo no
bis omnibus: ut petamus nobis hoc signum: ut no/
bis utile fiat signum: q dat dominus deus in ꝓfun/
dum/& in excælsum. Siquis autem est qui sciat: &
rationabiliter contemplationem cognoscat: hoc q
dictum est in profundum / & in excælsum: non dis/
iunctiue esse dictum. Significat enim hoc q utrūq
possit. Pete tibi ipse signum ad non profundum/&
in excælsum: & in promissione dixit Apostolus. Vt
cognoscamus quid profundum/& excælsum/& la/
titudo/& longitudo: & dixit Achaz. Nō petam. In/
credulus fuit. Dicit eni pete tibi ipse. Populus autem
usq hodie non petit signum: propterea non habet il
lum: & præbet domino certamen: populus qui non
recipit dominū meum Iesum christum. Deinde alia
sequitur quæstio. Isto enim dicente non petam: neq
tentabo dominum: & æstimantem tētationem esse/
si peteret signum: ait. Audite nunc domus Dauid.
Nunqd modicum uobis præstare certamen homi/
nibus? & quomodo domino præstatis certamen.
Non præstat autem certamen domino: sed neq ho/
minibus eum arbitror præstare certamen: qui petit
signum in profundum/aut in excælsum. Certamen
qppe dei est: quomodo saluet hominem. Non præ/
stat igit domino certamen: qui confugit ad salutem:
qui uero domino certante ut saluet hominem: fugit
a salute & procul recedit a domino: præstat domino
certamen. Ideo dabit dominus ipse uobis signum.
Ecce uirgo in utero accipiet: & piet filium: & uocabis
nomen eius Emanuel. Veritas exemplariorū prophe/
tæ eius dicit: uocabis. In Matthæo porro scimus le/
ctitari: & uocabunt nomen eius Emanuel. Non pos/
sumus dicere quia oporteat minus aliquid facere de
propheta: quomodo uero euangelium hanc habet
scripturam. Vtrum ab aliquo modo intelligente: &
faciliora currēte: quomodo & in aliis multis factum
est. An sic a principio ut dicam: forsitan aliquis ædi/
tum esse euangelium: qui uult deliberet: propheta qui/
dem manifeste hēt: & uocabis nomē eius Emanuel.
Noui quēdam in exordio scripturarū euāgelii legen
tem: & uocabis nomen eius Emanuel: dixisse intra
semetipsm. Quid est uocabis? Quis uocabit? Achaz.
Et quomodo potest Achaz de saluatore q post gene
rationes multas uenit audire. Vocabis nomen eius
Emanuel: atq ita pro eo q est uocabis: scripsisse uo/
cabunt? Sed uide quia non ad Achaz dicitur: & uo/
cabis nomen eius Emanuel: sed domui Dauid. Vide
manifeste dictum. Audite nunc domus Dauid. Nū/
qd modicum nobis præstare certamen hominibus?
& quomodo domino præstatis certamen? Ideo da/
bit dominus ipse uobis signum. Ecce uirgo in utero
accipiet: & pariet filium: & uocabis nomē eius Ema/
nuel. Si quādo itaq nō intelligimus hoc q dictum
est: nihil ex eo minus faciamus: neq ad faciliora cur/
ramus: sed expectemus donec gratia dei subiiciat no
bis per illuminationem sanctæ explanationis. Aut
certe rursus gratia dei: per quem uult illuminet nos:
ut nō ultra quæramus: sed quæstio nostra soluatur.
Quæ ē ergo domus Dauid? si Dauid christus est: ut
frequenter ꝓbaui: domus Dauid: nos sumus ecclesia
dei: & dicit nobis qui de ecclesia sumus: ut non præ/
stemus certamē deo supradictum: & ut dante domi/
no/signum suscipiamus illud nobis: nō domui Da/
uid: ista dicuntur/& prophetātur: quia siquis est do/
mus Dauid: uocabit nomē eius Emanuel. In aduen
tu enim christi: sola ecclesia nostra de christo dicit: no
biscum deus: his/ut dedit gratiam/explanatis: alia iam
quæramus ænigmata. Butyrum / & mel manduca/
bit. Quomodo christus prophetatur: butyrum / &
mel comesturus: Si hoc fuerit expositū dño tribuen/
te: rursus ea quæ sequunt: aliam nobis igerent quæ/
stionem. Vtinā q oēs faceremus illud q scriptū est.
Scrutamini scripturas. Plura ex corporalibus cibis
nominata sunt in scripturis pro escis spiritualibus:
quasi modo nati paruuli/rationabiles: sine dolo lac
desyderate. Ergo est sine dubio lac rōnabile: & opor/
tet nos istiusmodi lac quærere. Rursum in ꝓuerbiis
de melle scriptum est. Mel inueniens: comede: q suf/
ficit: ne forte plenus euomas. Et curauit spūs sanctus
de melle isto/q notū est: ne forte plus comedamus.
Sed sciens utiq spūs sanctus mel spirituale dicit. Mel
inueniens: comede q sufficit. Quid autem sentiens
spūs sanctus præcepit nobis: ut si inuenerimus mel:
inuentibile est siqdem mel: comedamus q sufficit.
Vade (ait) ad apem: & disce quō operatrix est/& in/
ueniuntur prophetæ apes esse: fingunt siquidem ce/
ras/& mella conficiunt. Et si audeo ut mihi expedit di
cere. Faui eorū/scripturæ sunt quas reliquerunt: & uo
lens uenit ad scripturas: & inuenit mel/sed & come/
de mel. Et in prouerbiis rursus dicitur. Bonus enim
fauus: ut indulcētur fauces tuæ: putasne hoc dicit spi
ritus sanctus? Comede mel q in usu est: bonum est
enim. Ego nō audeo dicere quia de melle corporeo
mihi ꝓcipiat spūs sanctus: Comede mel. Ecce nō ha/
beo: aut certe naturæ eiusmodi sum: ut mel comede/
re non possim: qua rōne mihi dicit. Comede mel: &
noli comedere carnes: sed comede fili mel. Bonū .n.
si uideas apes prophetas: & opus eorū/mella/uel fa/
uus. Tunc uidebis quō pro dignitate sancti spiritus
intelligas. Comede fili mel. Bonum .n. siqs medita/
tur eloquia diuina/& nutrit sermonibus scripturarū:
complet mandatum iubentis: Comede fili mel: & fa
ciens q iustum est/potitur sermone: qui sequitur. Bo/
num est enim quia bonum est hoc mel q in scriptu/
ris inuenitur: q autem dicitur. Vade ad apem: istius/
modi est quædam (ut ita dicam) apis super apes: &
quō inter apes rex qdam est: qui noiatur esse rex. Sic

princeps apũ dñs meus est Iesus christus:ad quē mit
tit me dñs scũs:ut comedã mel. Bonũ est.n.& fauos
eius:ut idulcent fauces meæ:& forte subtiliores Isæ/
faui erũt. Mel uero est/q in his est itellectus. Iste porro
q est natus ex uirgine Emanuel:butyrũ/& mel man/
ducat:& quærit ab unoquoq; nrm butyrũ mãduca
re. Quomõ a singulis nrm butyrũ quærit & mel:ser
mo docebit. Opa nra delitiæ/sermones nri suauissi/
mi/& utiles:mella sũt quæ mãducat Emanuel: quæ
mãducat iste q de uirgine natus est. Si uero sermões
nri amaritudine pleni sũt:ira/aiositate/moestitia/tur/
pilogo/uitiis/cõtentiõe:dedit in os meũ fel:& nõ co
medit ab his sermõibus saluator. Comedit aũt salua/
tor de sermõibus q sunt apud hoies:si fuerit sermões
eorũ mel. Approbemus hoc scripturis. Ecce sto añ ho
stium:& pulso:siqs apuerit mihi hostiũ:igredior ad
eũ:& coenabo cũ illo:& ille mecũ. Igit ipse pollicet se
ex nris coenaturũ eē nobiscũ. Certũ est aũt qa & nos
cũ illo coenemus:si coenemus illũ. Comedens qppe
de nris bonis sermõibus/opibus/& itellectu:repascit
nos suis escis spũalibus:& diuis/& melioribus. Pro/
pterea qa btm̃ est suscipe saluatoré aptis hostiis prin/
cipalis cordis nri:præparemus ei mella/& oēm coe/
nam eius:ut ipse nos ducat ad magnam coenam pa/
tris in regno coelorum:quæ est in christo Iesu:cui est
gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶HOMILIA TERTIA.

EPTEM Mulieres patiunt obpro/
briũ: & circũeunt qrentes eũ recipe q
a possit auferre obprobriũ earũ. Ipsæ se/
ptē mulieres repromittũt:ut suũ panē
mãducēt:& uestimētis suis opiantur.
Non necesse hñt panē eius q obprobriũ earũ auferre:
nõ indigēt uestimētis hois:quem assumũt. Meliora
hñt uestimēta/quã põt eis hõ pstare:lautiores hñt ci/
bos q̃ cõditio põt hũana largiri. Cuius ergo sũt septē
mulieres:& q̄ obprobriũ sit earũ/dignũ est cõsydera
re. Septē mulieres/una sũt:spũs.n.dei sunt:& ista una
septē sũt:spũs.n.dei:spũs sapiæ/& itellectus/spũs con
silii & uirtutis:spũs sciæ/& pietatis:spũs timoris dñi.
Ista sapia patit obprobriũ a multis sapiētis isurgēti/
bus in se. Iste uerus intellectus:sustinet obprobriũ ab
intellectibus falsis. Istud magnũ cõsiliũ approbrat a
multis cõsiliis nõ bonis. Ista uirtus maledicit a qua/
dam quæ cũ nõ sit uirtus:repromittit se esse uirtutē.
Ista scia patit obprobrium a quadã falsi nois scia no
mē suũ surripiētis. Ita pietas exprobrat ab ea/q cum
se dicat esse pietatē:ipietas est:& impios istruit. Iste ti/
mor patit obprobriũ ab eo q putat esse timor. Multi
eni pollicent diuinum metũ:sed nõ conscia metuũt.
Quomõ ergo iste septē patiant obprobriũ cõsydere/
mus. Vide sapiam sæculi huius:Vide sapiam princi/
pũ mũdi istius:qũo exprobrant sapiam xpi mei:qũo
exprobrãt sapiam Iudaismi ueri:iuxta qđ nos circũci
dimur spũaliter:isti uere pcidunt. Intellige itaq; qũo
sapia sæculi huius/& pricipiũ mũdi istius maledicũt
sapiæ. Ab hoc quærit hõ q cum istis septē spũalibus
mulieribus sit:ut auferat eorũ obprobrium/proprie
unus est hõ:q auferat obprobrium earũ. Quis est iste
hõ? Iesus q exiuit iuxta carnē de radice Iessæ. Factus
ex semine Dauid sm carnem prædestinatũ filii dei in
uirtute:iuxta spiritum iustificationis:exiit quippe uir
ga de radice Iessæ:uirga nõ est primogenitus omnis
creaturæ. Virga nõ est:q in principio erat apud deũ:
deus uerbum:sed uirga de radice Iessæ qui iuxta car/
nem natus est. Exiit eni uirga de radice Iessæ: & flos
de radice eius ascēdet. Quis est flos:& quæ est radix?
ambo.n.unum idipsum subiacens:differētia aũt est
negociorũ:nã si peccator es:non est tibi flos:neq; ui/
debis florē q est ex radice Iessæ: Veniet.n.& ad te uir/
ga:qũo discipulus & uirgæ/& floris loqtur? de uirga
qdem dicit: qd uultis? in uirga uenio ad uos:de flo/
re uero an in charitate dei:& spiritu mansuetudinis?
Exiit ergo de radice Iessæ uirga:ei qui suppliciis ple/
ctitur. Virga ei qui idiget increpatiõe: Virga ei qui ne/
cesse hēt ut arguat. Flos uero ei qui iam eruditus est:
& nõ indiget dura correptione:uel certe nõ indiget
poenis:sed ualenti a flore incipere:& ad pfectum fru/
ctum. Primum.n.flos oñditur: deinde post florem/
uirga fit & ad fructum. Exiit uirga de radice Iessæ:&
flos de radice eius ascēdet:& reqescent septem mulie
res:spũs dei/spũs sapiæ/& itellectus reqescit sup eum.
Spũs.n.sapiæ non requieuit in Moysem? spũs sapiæ
nõ reqeuit in Iesum naue. Spũs sapiæ non reqeuit in
singulis prophetarũ. In Hesaia/in Hieremia:nec uero
quasi blasphemãtem me lapidetis:dum uelim glori/
ficare dñm meum Iesum christum:sed sustinētes cõ/
syderate q̄ dr:& uidebitis qa in nullo eorũ reqeuerit
spũs:nõ q̄ ad nullum uenerit:sed q̄ in nullo reqeue
rit. Venit sup Moysen:& nõ credit Moyses post spm̃
sapiæ:qui uenit ad eum. Audite enim contumaces.
Nunqd ex petra ista educam uobis aquam? Venit su
per omnes iustos:uenit & super Hesaiam. Sed quid
ait? Immunda labia habens:& in medio populi im/
munda labia habentis/ego habito. Venit post spũs sa
pientiæ ad illum forficem ignem: uenit ad imunda
labia habentem: & requieuit: ministro quidem eo
usus est: non autem requieuit tribulatus: ad quem/
cũq; uenerit hominum. Peccat enim omnis homo.
Nõ est iustus super terram qui facit bonum: & non
peccet. Nemo mundus a sordibus:neq; si una die ui
ta eius:numerati autem menses eius? Igitur sup nul/
lum requiescit. Possumus & de Euangelio probare:
quia uenit spiritus super multos:& nõ maneat in eis.
Ante paululum lectum est. Non pmanebit spiritus
meus in hoibus istis in æternum. Non ait:non erit:
sed nõ pmanebit. Vnum uidit Ioãnes solum:in quo
permansit:& signum hoc erat. Super quem uideris
spiritum descendentem/& manentem in eo:iste est fi
lius dei. Ministrauit quidam uerbo dei:spiritu disce/
dente post modicum: peccat post modicũ ociosum
uerbum loqtur. Nescio aũt & sine peccato maneat.
Putas:ne pñte spiritu peccata recedãt? Sup nullum er
go reqeuit spũs dei:sm q̄ scriptũ est. Exiit uirga de ra

dice iesse:& flos de radice eius ascēdet:& reqescet sup
eum spūs dei:spiritus sapiæ/& itellectus/spūs cōsilii/
& uirtutis:pp hoc magni cōsilii est angelus ı pp hoc
iualuit:& iualescēs ascendit:& mirant̄ eum uirtutes
ascēdentem. Et dr̄ de eo. Iste est dn̄s fortis & potēs in
praelio:adhuc ego dicā ascēdentem in ecclesia:uel ad
fortitudinem eius:qa requieuit sup eum spūs cōsilii/
& fortitudinis. Fortitudo mea/& laus mea dn̄s ı &
factus est mihi in salutē. Reqeuit ergo sup eum spūs
dei:spiritus sapiæ/& itellectus:spūs consilii/& uirtu/
tis:Sic & spūs sciæ/& pietatis:& ipleuit eum spūs ti/
moris dei. Mulieres igit̄ quærētes quē assumāt ı ap/
prehendent septem unū hoiem ı & hoc ex prioribus
pendet ı & oportet primo cognoscere:qn̄ recipiāt se/
ptem mulieres unū hoiem:cū fortes Hierusalē humi
liati fuerint:cū luxerint:thecæ eoꝝ:ornamenta filiae
syon:cum derelicta fuerit illa sola:cum elisa fuerit ad
terram:tūc apphendent septem mulieres unū hoiem
dicētes. Panem nr̄m:māducabimus:& uestimentis
nr̄is oppiemur:uerūtn̄ nomen tuum inuocetur sup
nos. Tunc apphenderunt/& uere tenuerunt septem
mulieres hoiem Iesum christum dn̄m nr̄m:iuxta qd̄
ītelligit̄ homo:iuxta q̄ natus est:iuxta q̄ corpus:ap/
prehendēt septem mulieres hoiem unum dicentes.
Panem nr̄m mādacabimus. Multi ambulāt hoies:
& nullum apprehendunt mulieres:nullus eis placet
homo. Non enim pp inopiam hoium:unum homi
nem apprehendūt:nō pp raritatem hois:qualem uo
luerunt:qualem quæsierūt:unum solum repererunt
hoiem quem apprehenderūt:ut dicāt ei. Panem no/
strum māducabimus:& uestimētis nr̄is oppiemur.
Est qdam cibus sapiæ:& qdam cibus similiter & itel
lectus/& reliquoꝝ spirituū. Quis est iste cibus? Non
timeo dicere. Alius cibus est iuxta istos. Forte uerior
us est cibus sermo dei/q ait. Ego sum panis uiuus q
de coelo descēdi:& uitam do mūdo. Sic sapiæ cibus
est ipse pater:pp hoc meus cibus est:ut faciam uolun
tatem eius q me misit:& cōsumē opus eius. Nec pu/
tandum est aliqd indigere sapiam/& intellectū/cæte/
rosq; spūs:qa alium cibū habeant:cum totius dispē/
sationis unus sit cibus natura dei. Panem nr̄m man
ducabimus:& uestimētis nr̄is oppiemur. Est qdam
ornatus sapiæ quo decorat̄. Ornatæ sunt sermone
sapiæ/singulæ haꝝ mulieꝝ. Verūtn̄ nomen tuum i/
nuocetur sup nos:aufer obprobrium nr̄m. Quod est
nomen sapiæ? Iesus. Inuocet̄ ergo nomen tuum sup
nos. Ego sum sapia. Volo noie tuo uocari:ut ego sa/
pientia dicar Iesus:ut itellectum/& cōsilium magnū
& fortitudo/& scia/& pietas/& timor dei noietur Ie
sus. Vt oia in oibus tuū nomen fiat:nomē tuum in/
uocet̄ sup nos:aufer obprobriū nr̄m. Reuera abstulit
obprobrium Iesus. Iccirco surgētes oremus deum:q
hūc misit hoiem:& septē mulieꝝ spūs in eo reqeuit
ut & nobis iste homo tribuat cōionem hoꝝ mulieꝝ
& assumentes eas fiamus sapientes:& intelligentes
in deo:cæteræq; uirtutes aiam nr̄aꝫ decorātes i xp̄o
Iesu:Cui est gloria & ipium i sæcula sæculoꝝ. Amē.

HOMILIA QVARTA.

LITER Impossibile est inueniri prin
piū dei:principiū motus dei nusq̄ cō/
a prehēdis:non dico tu:sed neq; aliquis
neq; aliud qdq; eoꝝ quæ subsistunt.
Solus saluator/& spūs scūs q semp fue
runt cū deo:uidēt faciē. Forte & angeli q uidēt iugi/
ter faciem pr̄is q est in coelis ı uidēt & pricipia nego/
cioꝝ. Sic aūt & pedes abscōdunt añ hoies Seraphin.
Nouissima.n.ut sunt:nō ualēt enarrari. Quis annū/
ciauit de nouissimis? Ait scriptura:quæ uidemus:ut
tn̄ cōcedatur qa aliqd uidemus:media sunt ı quæ añ
mūdum fuerint:ignoramus. Fuerūt porro q̄dam añ
mūdum:quæ post mūdum secutura sunt:certū non
apphendimus. Erūt autē alia post mūdum. Ea igit̄ q̄
scripta sunt. In principio fecit deus coelū/& terram.
Terra aūt erat iuisibilis/& incomposita ı & tenebræ
erāt sup abyssum:& spūs dei ferebat̄ sup aquas. Mū/
di erāt istæ aquæ:in qbus incubabat spūs dei. Sed &
tenebræ quæ sup abyssum erāt:nō sūt ignitæ. Vtrūq;
enim ex nihilo creatū est. Audi i Hesaia dicentē deū:
Ego deus q cōstruxi lucē:& feci tenebras. Audi sapiē
tiam in puerbiis p̄dicantē. Añ oēs abyssos nata sum.
Nō erat ista ingenita:sed qn̄ uel qūo nata sit ı nescio.
Velant̄.n.a Seraphin priora opeꝝ dei.i.facies dei. Si/
militer aūt & pedes:ea q̄ post extremū sæculū/in sæ/
cula sæculoꝝ futura sunt:qs pōt exponere? Garrulo/
rum est minū hoꝝ notitiam polliceri nesciētium ı qa
homo tn̄ pōt cape quæ media sunt:& ea q̄ post mū
dū usq; ad cōsumationē in iudicio sūt futura:de poe/
nis de retributiōe:& hoꝝ quoq; multa abscōsa sunt
nobis. Ita pp hoc qd̄ scriptū est. Duabus uelabāt fa/
ciem. Nō solum aūt uelabāt:sed & contegebant.i.ue
labant:ut nec modicū uideret̄ prioꝝ. Dico aūt facieis
ne Paulum qd agnoscat̄ nouissimoꝝ:hoc ē pedum
eius:& duabus uelabāt. Apta sunt media ad cōtem/
plādum. Et clamabāt alter ad alteꝝ. Nō alter ad plu/
res:sed alter ad alteꝝ. Audire.n.sāctitudinē dei:quæ
annunciant̄ a saluatore:iuxta dignitatē rei nemo pōt
nisi spūs scūs. Quomō rursum ihabitare scimoniam
dei/quæ annūciat̄ a spū sancto:nemo pōt:nisi solus
saluator. Ob id alter ad alteꝝ clamabant & dicebant
Scūs. Scūs. Scūs. Nō ei sufficit clamare scūs:neq; bis:
sed pfectū numeꝝ trinitatis assumūt:ut multitudinē
scitatis manifestēt dei ı q̄ est trinæ scitatis repetita cō/
& nec una apud deum eſt inſanabilis:iccirco conſi/
lium dat his qui poſſunt tranſmigrationis in Hieru/
ſalem/& teſtimonii habere reſinam/ad emplaſtra fa
cienda:ut aſſumant medicamina: & quanto ualent
ſtudio:ſanitati reſtituāt babylonem. Hoc expiamur
& nos facere:deꝑcantes deum:ut nobis det reſinam
rationabilem: & de rationabili reſina dicamus. Eſt
μαλαγμα:malagma imponere/& oleum/& alli/
gaturas: & imponentes/colligemus uulnera baby/
lonis:imitātes Samaritanum:ut ſanetur miſera ciui/
tas:& curata/deſinat eē ꝙ fuerat. Iſtud eſt ꝙ ait. Ac/
cipere reſinam corruptioni eius: ſi qūo ſanabitur.
Vbi ſunt hæretici? Vbi ſunt q naturas quaſdam in/
troducentes:aſſerunt eſſe naturam deſꝑabilem/quæ
penitus nō recipiat ſalutem. Si eſt natura quæ perit:
quæ alia talis erit/ut babylon? Attamen neqꝫ iſtam
deſpicit deus:præcepit enim medicis:ut accipiāt re/
ſinam ſuper babylonem: ſi qūo ſanetur. Quidam
igitur eorꝫ qui mandatum acceperant: accipientes

resinam corruptioni babylonis: si quo sanetur. Fecerunt quod fuerat imperatum. Acceperũt resinam ad corruptionem eius: audientes posse fieri: ut babylon reciperet sanitatem. Babylon quippe in ꝓposita malitia perseuerans: noluit se curari: satisfaciũt boni medici/ & dicunt. Curauimus babylonem: & nõ est sanata: relinquamus eam. Vide aũt ne qñ angelis praecipiat deus: ut ad lãguorem aiæ tuæ medicaminum emplastra conficiant: si quõ possint ægrotationem sanare. Et rñdeant angeli. Curauimus istã babylonẽ: oñdentes a passionibus cõfusam aiam tuam/ & non est sanata. Nõ sciam artis suæ/ neq; resinæ uim criminantur: sed te/ q præceptis eorꝫ obsequi noluisti: dicentes. Curauimus babylonem: & non est sanata: relinquamus eam. Steterũt medici sub magno medico angeli dei: uolentes curare imbecillitates nostras: uolentes aiam liberare de uitiis: nos ipsi repellimus eos: dum consiliis eorꝫ non acquieuimus. Vident se opera perdere: cum loquũtur iuicem/ & dicunt. Relinquamus eam: & abeamus unusq(ui)sq; in terrã suam. Hoc est/ credita nobis est a deo medicina: ut aiam curaremus humanam: adhibuimus adiutorium: medicinam imposuimus. Multum contumax est. Non uult obseruare quod dicimus: studium nr̃m non consequitur effectum. Reliquamus eam: & abeamus unusquisq; in terram suam: idest domesticum locum/ & proprium negocium. Caue homo/ ne qñ relinquat te medicus/ siue angelus dei: siue quicunq; hoim: cui credita est cura sermonum: ad salutis medicamia deferẽda. Si enim te derelinquerit/ & dixerit. Abeamus unusquisq; in terram suam: qa appropinquauit in coelum iudicium eius. Manifestum est/ quia abscessio eius/ condẽnatio tua sit: ut irremediabiles/ molẽtiisq; curari. Cum autem te deseruerit: quid tibi aliud euentuꝝ est? nisi quod solet hic accidere/ qui a medicis desperantur: utentes uoluntate morbi sui: & ad peiora demerguntur. Fiunt his similia/ & in cõsuetudinem istius uitæ a prudentibus medicis. Accedit aliqs eorꝫ ad languentem/ quantum ars patitur/ & industria: medicamia nõ cessant. Sed si aut ægri/ aut ægritudo tanta sit/ ut repugnet curationi: aut ipse inualidus per impatientiam doloris/ contrafaciat: relinqt medicus: desperat istiusmodi hoiem: & recedit: ut inter manus suas expirãs/ cãm interitũ eius ad se retorqueat. Sic igitur & nos/ ne in sanctorꝫ angelorꝫ manibus/ qui ad nos curãdos a dño destinati sunt: moriamur: relinquunt nos desperantes aiam nostram: & aiunt. Non est μαλαγμα: malagma imponere/ neq; oleum/ neq; alligaturas: qa appropinquauit in coelum iudiciuꝫ eius. Eleuauit usq; ad astra: qui paruum habet peccatum: nõ usq; ad coelum/ & sydera/ iudicium suum effert: pusillum enim & humile est. Qui uero crescit in scelere/ crescit & i iudicio: simulq; cum uitiis augetur/ & poena: & qa in tm̃ deliquit/ ut iudicium eius usq; ad coelestia subleuetur/ & per impietatem suam resistens deo: ad supiora conscendat: profert deus iudicium suum in humiliationem eius iudicii/ quod excecatum est a peccatore: & proferens iudicium suum: humiliat qdem peccatum: retribuet aũt iusto digna uitæ eius: in christo Iesu/ cui est gloria/ & imperium/ in sæcula sæculorum. Amen.

¶ De malleo uniuersæ terræ contrito: & quõ facta sit babylon in exterminium. Homilia tertia.

q VOMODO (ait) confractus est/ & cõtritus malleus uniuersæ terræ? quõ facta est in exterminiũ babylõ? Quærẽdum inter hæc/ qui sit malleus uniuersæ terræ: quæue eius contritio ꝓphetata: quia ante cõfractus est: q̃ contritus. Vt congregãtes ea/ quæ alicubi de malleo scripta sunt: cum inuenerimus nomen eius: inuestigemus etiam nois ethymologiam ex his quæ afferimus exemplis. Domus quondam componebatur dei: quantum iuxta tertium regnorꝫ librum: & Salomon erat cõstruẽs/ & ædificãs eam. Vbiq; quasi in laude dicitur de domo dei/ qa malleus/ & securis non sunt audita in domo dei. Ergo quõ malleus non audit' in domo dei? Sic qa domus dei est ecclesia: malleus in ecclesia non auditur. Quis est iste malleus? Volens quãtum in se est impedire lapides ædificationis templi: ut contriti non cõueniant fundamẽtis eius. Videtur mihi zabulum esse: & ipse est malleus uniuersæ terræ. Ego autem ꝓnunciabo cõfidens/ esse aliquem: qui non magnopere curet de malleo uniuersæ terræ. Et qm̃ exemplum ad sem̃ sprñ est/ de sensibili malleo: quærо materiã malleo fortiorem: quæ ab eo percussa nihil patiatur. Quam qdem quærens reppio in eo quod scriptum est. Ecce uir stãs super muros adamãtinos: & in manum eius adamas. Refert aũt de Adamante historia/ qa fortior sit omni cedẽti se malleo: incõtritus/ & iuincibilis perseuerãs. Licet superstet malleus zabulus: & suppositus sit draco: qui est quasi incus indomabilis: nihil tñ in manu dei/ & i cõspectu eius cõsistens adamas patit'. Duo itaq; cõtraria sunt adamanti iusto: malleus/ & incus improducibilis. Iam quoddam est & apud nationes tritum/ uulgi sermone/ ꝓuerbium: ut de his qui anxietatibus: & ingẽtibus malis præmũtur: dicant. Inter malleum sunt/ & incudem. Tu autem hoc referes ad zabulum/ & draconem: qui istiusmodi semꝑ in scripturis/ pro uarietate cãꝫ noibus insigniũtur. Et dicis qa sanctus qui quasi murus adamãtinus: uel in manu dñi Adamas est: nõ curet/ neq; de malleo/ neq; de incude: sed quãtum plus cæsus fuerit: tãto plus uirtutem eius splendescere aiunt. Illi qui mercimonia lapidum exercẽt: cum uoluerint ꝓbare adamãtem: ignorantes utrum sit adamas/ an nõ sit: quãdiu lapis inter malleum & incudem non uenerit: nõ cognoscitur: tunc aũt mihi uidetur esse uerissimum adamãtem: si indomitus lapis inter icudem/ & malleum pseuerat: si percutiẽte desuper malleo/ & incude supposito: durior lapis natura cõtra persistat. Talis uir sanctus est/ ante tẽtationes/ ab his qui ꝓbare lapides nesciunt: ignoratur. Certissime autem nouit adamantinorꝫ lapidum na

turam folus deus:plurimi autem ignorant. Ego ipſe
adhuc neſcio/utrum ueniente malleo/ac percutien/
te me confringar/& conterar conuictus:qa non ſim
adamas:an certe uerus adamas oñdar:ſi ingruenti/
bus pſecutionibus/periculis tẽtationibus : non tam
contritus fuero/adiectus malleo q̃ ꝓbatus. Et tu ipſe
percurre ſcripturas:& quære ſi ꝙ potes inuenire ue/
ſtigium/bene adeo permitti/ut malleus percutienda
percutiat. Verbi gr̃a/dictum ſit:ad itelligẽtiam enim
obſcurioꝝ/ſumuntur exempla. Si malleus non eſſet:
non eſſet & tuba productilis:quæ iuxta legem ad ſo
lẽnitates dei excitat:quæ audientium aĩos clangore
ſuo accedit ad bellum:neceſſarius eſt malleus / ut tu/
ba productilis fiat. Multa coopatus eſt iſte malleus
tubæ productili/paulo ut eum per uaria tentamẽta
produceret/& approbaret : qa ille ſus poſſit excludi
figuramq; aſſumere tubæ magniſonæ:non in incer/
tum dans uocem in audientes:ut præparent ad mi/
litiæ bellum. Et qm̃ malleus inuenitur / cõtraria for/
titudo/ & draco incus ĩproducibilis. Iſtiuſmodi ſem/
per in ſcripturis malleus : uel quacunq; alia materia/
cõpoſitum nomen aſſumit. Inſtabo ſermoni. Cain
generauit filios. Sed de Cain ortus faber eſt æris / &
ferri. Ergo & zabulus qui oĩum tẽtationum opator
eſt:malleus dicitur. Ita qui miniſtrat:malleator eſt:fi/
lius Cain. Quotienſcũq; in tẽtationem incideris:ſci/
to malleũ/diabolũ eſſe : & malleatorẽ eum/per quẽ
te zabulus inſeqtur. Veluti in proditione ſaluatoris:
malleus/zabulus:malleator/Iudas fuit:& multi erãt
malleatores in tpe illo/quo dñs paſſus eſt:clamãtes/
tolle/tolle de terra talem. Crucifige / crucifige eum.
Oĩa malleatoribus plena ſunt. Quotquot.n.in actu
ſuo zabulũ ſuſcipiunt:& miniſtrant ei ad ꝓbandum
iuſtum:& iniuſtum coarguendum:oẽs/malleatores
ſunt. Iccirco etiam ſi heri malleator eras:& in manu
malleum cõtinebas:nunc dicens qa a Cain fratricida
oriãtur malleatores. Proiice malleum de manu tua:
& tranſmigra ad meliorem quæ ſpiritualis eſt gene/
rationem Seth/ & Enos: & reliquoꝝ qui ſcripturaꝝ
laudibus efferuntur. Verũtñ finis mallei / confractio/
atq; cõtritio eſt. Sciendum quippe qm̃ prophetatus
nunc malleus:zabulus ſit:malleus non ꝑtis alicuius
terræ:ſed uniuerſæ terræ:pro eo ꝙ in oĩ terra/militia
eius diſperſa ſit:& ubiq; malleus iſte opetur. Eſt aũt
etiam hoc dicendum:zabulum uniuerſæ terræ mal/
leum eſſe. Non cœli malleum : neq;.n.tenuiori ſub/
ſtantiæ cõuenit malleus/ſed craſſiori. Si portas ima/
ginem terreni malleus te / qa terrenus es/percutit. Si
peccas:& terra es:& in terra uadis:experieris malleum
uniuerſæ terræ:ẽt in te opantem:iux ta iſtum intelle/
ctum. Illud quoq; aĩaduertendum eſt : uniuerſæ ter/
ræ malleum:qa aduerſum cuncta terrena potentiam
ſuam exercerat : zabulum eſſe. Poſſe aũt ẽt minorem
malleum ĩtelligi/qui nõ uniuerſæ terræ ſit malleus/
ſed illius(ut ita dicam)& illius ꝑtis terra eſt.qd eſt?
Cum una aliqua cõtraria fortitudo mihi repugnat:
& cõluctatur mecum : nõ ualens cũ uniuerſis ſimul
hoĩbus congredi : ut zabulus. Tunc eſt qdem zabu/
lus in me:ſed nõ uniuerſæ terræ malleus : uerum(ut
ita dicam)meæ tñ malleus terræ. Cõfracto autem/
& cõtrito malleo uniuerſæ terræ:quid neceſſe eſt ar/
bitrari de malleo partiũ terræ? Simulq; æſtimo ad/
miratione dignum:qm̃ uniuerſæ terræ malleus cõ/
minutus ſit. Quid enim magnũ ſi fractus fuiſſet / &
cõtritus malleus ꝑtium terræ? ſed uere nũc admirã/
dum eſt:quia uniuerſæ terræ malleus cõfractus/atq;
cõtritus eſt. Poſt hæc quæro : qui ſit iſte q uniuerſæ
terræ malleum cõfregerit:& cõtriuerit. Et dicam/nõ
potuiſſe Moyſen confringere/atq; cõterere malleum
uniuerſæ terræ:neq; ante eum Habraã : neq; poſt eũ
Ieſu naue:neq; aliũm quẽquã ꝓphetarum. Quis er/
go potuit talem/tantũq; malleum/& uniuerſæ terræ
malleum confringere/& cõterere? Quis eſt iſte? Ieſus
chriſtus cõfregit/atq; cõtriuit malleũ uniuerſæ terræ.
Et hoc nunc admirãs in ſpiritu ſancto propheta ait.
Quomodo cõfractus eſt & cõtritus malleus uniuer/
ſæ terræ? Primo cõfractus eſt:deinde cõtritus. Et qm̃
repperi ſaluatorẽ eſſe/qui cõfregerit malleum uniuer
ſæ terræ:& cõtriuerit eum. Veniam ad euãgelium:&
uideam primã tentationem:qñ dixit ei zabulus. Iſta
oĩa tibi dabo:ſi procidẽs/adoraueris me:& reliqua.
Et dicam quia illo tẽpore:non cõtriuerit Ieſus mal/
leum uniuerſæ terræ:ſed tñ cõfregit eum. Cum ue/
ro receſſit ab eo/uſq; ad tẽpus : & tpe poſtea inſtante
uenit:tunc cõtritus eſt:nõ ſolum confractus / ut pri/
mum malleus uniuerſæ terræ. Et qa cõtritus eſt : qui
fuerat ante cõfractus malleus uniuerſæ terræ. Iccirco
& per unũquemq; noſtrum cõfringetur quidem/qñ
introducimur in eccleſia & ꝓficimus ad fidem. Con
teritur autẽ & cõminuitur:qñ ad perfectum uenieri/
mus. Quod ſi dubitas cõteri zabulum/ad ꝑfectum
uenientibus nobis. Audi apoſtolum benedictione
quadam bñdicentem iuſtum/atq; dicentẽ. Deus aũt
cõteret ſathanam ſub pedibus ueſtris uelociter. Ani/
malis eſt iſte malleus : fortaſſe nunc furit aduerſum
nos:& quærit quia iſta de eo pandimus:& conteri/
tur a nobis. Neq; enim cõfringitur tñ & non ẽt cõ/
teritur per nos. Cõfringere nos ecõtrario/ & cõterer/
re:& multos quidem cõtriuit : qui nõ attendũt ſibi:
neq; cuſtodia ſeruauerũt cor ſuum. Veꝝ nos cõfiden
tes in deo:credẽtes in chriſto dei:nõ timeamus zabu
lum. Timor dei facit ut nõ timentes zabulum : nihil
ab eo patiamur. Sed & dicere nõ tñ generaliter:ueꝝ
& de nobis ipſis quõ confractus eſt/ & cõtritus mal/
leus uniuerſæ terræ. Illo aũt confracto/& cõminuto:
babylon fit in exterminium. Hæc prius cõfuſionis
ciuitas diſſipatur:q̃ malleus uniuerſæ terræ confrin/
gatur/ & cõteratur. Vnde admirabiliter / & præclaro
ordine ꝓpheta uſus eſt dicens. Quomodo cõfractus
eſt/ & cõtritus malleus uniuerſæ terræ? quõ facta eſt
in exterminium babylon. Quod primũ factum eſt:
primũ enarrauit:ꝙ ſcd̃m/conſequenter expoſuit. Et
hoc oportet & per ſinguloꝝ ſanctoꝝ obſeruare ſer/
mones. Quomodo itaq; fit in exterminium baby/

lon? qm̄ exterminatur ois confusio de aia meaneq;
ulterius me confundit mors filii: aut obitus uxoris:
cum nō est qui me irritet & ꝓuocet ad tristitiam / ad
iram / ad concupiscētiam / ad uoluptatem. Quoniam
maneo incōfusus: assumēs rationem quæ me confir
met / & roboret. Tunc mihi accidit id quod dcm̄ est.
Facta est in exterminium babylon: hoc est uniuersa
cōfusio. Fiunt aūt ista. i. cōfringi / & conteri malleum
ois terræ: & demoliri babylonem: cum gentes sup/
ponētur malleo / & babyloni. Scriptum est enim. In
gentibus supponentur tibi: hoc est hi qui de gētibus
sunt: superponētur tibi o babylon: superponētur ti/
bi o mallee / ut cōstringaris & cōteraris. Quādo ista fa
cta sunt? In aduētu dn̄i mei Iesu christi: cum euāge/
lium cunctis gētibus prædicatum est. Tunc suppo/
siti sunt pater / & filius / & spūs sanctus babyloni / &
malleo uniuersæ terræ. Et impletum est hoc qd' scri/
ptum est. In gētibus superponētur tibi: & capieris ba
bylon: & nō cognosces. Vtinam caperetur babylon:
& per singulos nr̄m. Ex anterioribus autem pōt in/
telligi captiuitas babylonis: qn̄ capta suffodit̄ / sub/
uertitur / desolatur. Vt nihil in nobis resideat confu/
sionis / & capieris babylon & nō cognosces. Inuēta
es / & comprehēsa: quia dn̄o restitisti. Ergo ne sola ba
bylon restitit dn̄o? & non potius oēs gentes,: dum
creatore deserto: idola ueneratæ sunt: dn̄o restiterunt?
An figuraliter dicit oēm aiam contrariam Hierusa/
lem uisioni pacis: babylonem esse? Vnde & sancti in
Hierusalem: peccatores in babylone erāt. Et si pecca/
bāt Hierosolymitæ mittebātur in babylonem: & si
cōuertebātur ad poenitētiam in babylone consistē/
tes: iterum regrediebātur in Hierusalem. Capitur er/
go babylon: & nō cognoscit. Babylon legi quippe
dei nō subiicitur: neq; enim pōt. Et inuenta est baby/
lon: & inuēta comprehēsa est. Et ob id comprehēsa
est cum. Inuēta est quia dn̄o restitit. Deinde exordiū
alterius capituli. Aperuit dn̄s thesaurum suū & pro/
tulit uasa iræ suæ: quia opus dn̄o uirtutum in terra
chaldæorꝫ: qm̄ uenerūt tempora eius. Aperite apo/
thecas eius. Scrutamini eam quasi speluncam: & dis/
perdite eam. Nō sint reliquiæ eius: exsiccate oēs fru/
ctus eius: & descēdant in occisionē. Væ eius qm̄ ue/
nit dies eorꝫ: tempus uindictæ eorꝫ. Volens itelligere
hoc quod dictum est: Aperuit thesaurꝫ suū: & ꝓtulit
uasa iræ suæ: quæro de alia scriptura uasa iræ dei: &
uenio ad pleniorem cōparationem istius scripturæ.
Ibiq; inuenio apostolum mihi subiicientem quæ sint
uasa iræ dei. Ait enim. Si aūt uolēs deus ostēdere iram
suam / & notam facere potētiam suam: ꝑtulit in mul/
ta patiētia uasa iræ præparata ad ꝑditionē quæ mi/
sericorditer præparauit in gloriam. Quæ uasa uoca/
uit nō solum ex Iudæis: uerū etiam ex gentibus. Ge/
neraliter Apostolus oēs homies diuisit bifariam: di/
cens. Quosdam esse uasa misericordiæ: quosdā uasa
iræ. Verbi gratia. Pharao / & ægyptus uasa iræ. Rur/
sus si quis primus misericordiam cōsecutus est: & si
ea tēpora de iudæis / & gentibus crediderūt: uasa mi/

sericordiæ nūcupauit. Sunt ergo in thesauro dei uasa
iræ. Scriptum est enim. Aperuit dn̄s thesaurꝫ suum:
& protulit uasa iræ suæ. Quis est iste thesaurus dn̄i:
in quo uasa iræ inueniūtur? Aliquis forsitan quærat:
utrum in thesauro dn̄i tm̄modo uasa iræ sint: & the/
saurus dei / q est thesaurus oium: non habeat uasa mi/
sericordiæ: an aliud quid itelligi oporteat de thesauro
dei: unn̄ efferantur uasa iræ eius. Thesaurꝫ dn̄i: ego cō/
fidēs dicā esse ecclesiam eius: & isto thesauro / idest ec/
clesia sæpe hoies latitare: qui sunt uasa iræ. Veniet igi/
tur tēpus qn̄ aperiat dn̄s thesaurum ecclesiam: nunc
enim clausa est ecclesia: & uasa iræ cum uasis miseri/
cordiæ inhabitāt: & paleæ cum frumēto. Sunt & pi/
sces perdēdi / ac proiiciēdi a bonis piscibus: qui in re/
the continetur: quā cum dn̄s aperuerit iudicii tēpo/
re: & protulerit exinde uasa iræ suæ: tūc cognoscētur
uasa iræ. Dicet forsitan is qui est uas misericordiæ: de
egrediētibus uasis iræ: exierūt ex nobis: nō enim erāt
ex nobis. Si enim fuissent ex nobis: mansissent utiq;
nobiscum. Sed ideo egressi sunt a nobis: ut ostēderet
quia nō erant oēs ex nobis. Aliud qddam cupit ser/
mo prorumpere: q autem audemus dicere ilitusmo
di est. In thesauro dei uasa iræ sunt: extra thesaurum /
uasa peccantia nō sunt uasa iræ: sed iræ uasa minora
sunt. Serui enim sunt ignorantes uolūtatem dn̄i sui:
& nō facientes uolūtatem eius. Qui autē ingreditur
ecclesiam: aut uas iræ est: aut uas misericordiæ. Qui
foris ecclesiā est: neq; misericordiæ uas est: neq; iræ.
Aliud quoddam nomē ei. Ingro qui extra ecclesiam
cōmorat̄: & decerno confidens nō esse eum uas mi/
sericordiæ. Sic econtrario ex rationis ueritate cōmo/
tus / aperte promo sn̄iam: neq; uas misericordiæ pos/
se eum dico: sed uas in aliud qddam reseruatum. Er/
go ne potero de scripturis approbare? nec misericor
diæ uas est: nec iræ: ut secunda expositio aliquid no/
bis utile in præsenti loco iterponat. Et rursus audeat
in id quod iādudum conatur sermo prorumpere:
rogemus dn̄m: ut aperiat nobis scripturas. Ait enim
Apostolus. In domo autē magna non sunt tm̄ uasa
aurea / & argētea: sed & lignea / & fictilia: & alia qdem
in honorem: alia uero in cōtumeliam. Si igitur quis
mūdauerit semetipm̄ ab his: erit uas in honorem san
ctificatum: utile dn̄o ad omne opus bonū præpara/
tum. Putasne magna domus in præsenti est: & in ea
sunt uasa in honorem & alia in contumeliam? an in
illa quæ futura est domo: uasa qdem aurea / & argen/
tea / quæ sunt in honorem: iuenietur uasa misericor/
diæ? Reliqua aūt / mediocres hoies qui extra id sunt:
ut sint uasa iræ / seu misericordiæ. Hi poterunt iuxta
quādam profundam dispēsationem dei: uasa esse in
magna domo / quæ mūdata non sunt: sed sunt uasa
testea in cōtumeliam: attamē necessaria domui. Vide
autem si ualuero & hoc ipsum exēplum ex alio scri/
pturæ testimonio cōprobare. Inhonoratus est (in/
quit) Iechonias quasi uas cuius nulla est utilitas. Nō
ait. Non est qdem eius utilitas. In cōtumeliam autē
eius est utilitas. Sed quia erat ex domo dei: & pecca/
uit in

uic in totum nō est eius utilitas. Habeo & aliam scri/
pturam in qua dr̄ de alio quodam peccatore. Et erit
quasi testa: in qua attrahis aquæ pusillū: & in quam/
carbonem baiulabis. Et rursum affirmat non neces/
sarium penitus/ & ex oī pte esse uas inutile. Nunqd
nam ergo nos qui in domo ista dei sumus: qn̄ apire
cœpit dn̄s thesaurum suum: incipiemus mundari: si
tn̄ fuerimus uasa misericordiæ: ꝓiectis a nobis uasis
iræ. An certe iam exordium est: oportere nos satage/
re non solum ut non simus uasa iræ: sed hi qui sunt
proiiciantur a nobis. Tale enim qddam est ꝙ apo/
stolus Paulus corinthiis ait. In tm̄ auditur inter uos
fornicatio: quæ neq; in gētibus auditur: ut uxorem
qdam patris habeat: & non magis planxistis/ ut aufe
ratur de medio urm̄/ qui hoc opus gessit. Quasi si di
xerit aperto thesauro dei/ egrediantur uasa iræ suæ.
Aperuit siqdem dn̄s thesaurum/ & protulit uasa iræ
suæ. Legi alicubi quasi saluatore dicēte. Et quæro si/
ue quis ꝑsonam figurauit saluatoris: siue in memo/
riam adduxit: an uerꝫ sit hoc ꝙ dictū est. Ait autē ibi
saluator. Qui iuxta me est: iuxta ignem est: qui longe
a me: lōge est a regno: etenim qui iuxta me est: iuxta
salutem est: ita & iuxta ignem est. Et qui audiens me:
& audita præuaricans: factus est uas iræ paratum in
ꝑditionem. Cum iuxta me est: iuxta ignem est. Si ue/
ro qs canens: qm̄ iuxta me est: iuxta ignem est: longe
factus fuerit a me ne iuxta ignem fiat: talis longe fu/
turus est a regno. Et sicut Athleta qui nō est in ago/
ne conscriptus: neq; flagella metuit: neq; expectat co
ronam. Qui aūt semel nomen professus est: si uictus
fuerit: uerberatur atq; proiicitur: si uero uicerit coro/
natur. Eodem mō qui ingressus est ecclesiam: O ca/
thecumie ausculta: qui accessit ad sermonem dei: ni/
hil aliud q̄ cōscriptus est in certamine pietatis/ & cō/
scriptus: si non legitime certauerit/ ceditur flagellis:
quibus non uerberantur ii qui ne in principio qui/
dem conscripti sunt. Si aūt cōtenderit fortiter: ad fu/
gienda uerbera/ & cōtumelias: non solum iniuria li/
berabitur: sed & incorruptam gloriæ accipiet coro/
nam. Opus dn̄o uirtutum in terra chaldæoꝝ: iuxta
diuersos intellectus: terrenus locus multipliciter no/
minatur. Et qūo differenti inter se notione saluator
plura habet uocabula: cum unus in subiacēti sit: ua/
rius aūt in uirtutibus. Sic & ꝓpter malitiam gene/
ris humani: terrena negocia cum unum sint in sub/
iacenti: intellectus diuersitate sunt plurima. Quod
aūt dico: sic fiet manifestius: cum exemplum ꝙ a sal/
uatore assumpsi edisserens: ad ea quæ sunt subiecta
explananda transcendero. Vnum subiacens est dn̄o
meo Iesu saluatori: hoc uno subiacente/ alio intelle/
ctu/ medicus est: iuxta ꝙ scriptū est. Non necesse hn̄t
sani medicum: sed male hn̄tes. Alio intellectu pastor
est: sm̄ ꝙ irrationabilibus præest: Alio intellectu rex:
sm̄ ꝙ rōnabilibus principatur. Alio intellectu uitis
uera: sm̄ ꝙ inserti in eum hoies/ uberrimos afferunt
fructus: & exculti a pře agricola: pinguedinem uitis
ueræ ex unius radicis uirtute assumunt. Iuxta aliam

intellectum sapiā est: iuxta alium ueritas: iuxta alium
iustitia: uerūtn̄ subiacens unum est. Sicut ergo in sal/
uatore uno subiacētes plurimi itellectus sunt diuer/
soꝝ eius noium: sic & terrena negocia: iuxta subia/
cens qdem unum sunt: iuxta intellectum autē pluri/
ma. Frequenter allegorizantes babylonem. diximus
negocia esse terrena: quæ semper confusa sunt uitiis:
Aegyptum similiter/ affligētia: Chaldæoꝝ uero ter/
ram: ob id qa plurima quæ geruntur in terris: stellis
consecrent. Hæc/ siue peccata: siue uirtutes quæ acce/
dunt nobis: ex stellarꝝ nutibus asserit fieri: eos esse di/
ximus: qui talibus se persuasionibus dedicauerunt.
Oēs igitur qui his credit: in terra chaldæoꝝ est. Siqs
uestrum mathematicoꝝ delirarnēta sectatur: in terra
chaldæoꝝ est. Siqs natiuitatis diem supputat: & ua/
riis horarꝝ momētorūq; rōcinationibus credēs: hoc
dogma suscepit: qa stellæ taliter/ & taliter figuratim
faciunt hoies luxuriosos/ adulteros/ castos/ aut certe
quodcūq; eoꝝ: iste in terra chaldæoꝝ est. Iam qdam
æstimant christianos ex astroꝝ cursibus fieri. Quot/
quot aūt ista sapitis: quotquot dictis istis creditis: in
terra chaldæoꝝ estis. Cōminans ergo deus his qui
in terra chaldæoꝝ sunt: his specialiter cōminatur: q
seipsos genealogiis/ & fato consecrauerunt: asserētes
cuncta quæ inter mortales fiant: aut ex astroꝝ moti/
bus: aut ex fati necessitate pēdere. Sed deus Habraam
promouēs ad meliora/ dixit ei. Ego sum qui te edu/
co de terra chaldæoꝝ. Potens est enim deus: q etiam
nobis tribuat: ut egrediamur de terra chaldæoꝝ: &
nullum alium/ absq; eo/ esse credamus: qui dispēsans
uniuersa/ & regens uitam nr̄am/ & pro qualitatibus
meritoꝝ accedentium diuersa moderetur. Neq;. n.
micans aliquod sydus: uel phætontis (ut aiunt) uel
Saturni: nostroꝝ causa continet negocioꝝ. Et iuxta
unum qdem argumētum in terra chaldæoꝝ est: qui
supradictis rōcinationibus credidit. Iuxta aliud ue/
ro: ascendit quis sup tecta: & ueneratur militiam cœ/
li. Inuenimus autem in Hieremia multam esse his cō/
minationem: qui adorant militiam cœli. Opus ergo
domino uirtutum in terra chaldæoꝝ: quia uenerūt
tempora eius. Aperite apothecas eius: quia manife/
sta terra chaldæorum est. Sunt autem apothecæ chal
dæorum: doctrinæ natiuitatum. Scrutamini eam
quasi spelūcam: & dispergite/ qa respicit supputatio/
nem natalium. Qui uero ueritatis s̄mone utitur ad/
uersum eas/ qui oñdit nihil eoꝝ quæ mathematici di
cunt/ uerꝫ esse: qui docet inscrutabilia iudicia dei: nec
ea posse ab hoībus comphēdi: qui asserit quia syde/
ra non sunt causæ eoꝝ quæ fiunt sup terram: magis
aūt eoꝝ quæ nobis christianis accedunt. Iste exeqtur
præceptum dn̄i dicentis. Disperdite eam. Quid aūt
est hoc ꝙ seqtur? Non fiant eius reliquiæ: quærem/
dum est. Ne aliqua (inquit) rescindatis chaldæoꝝ:
aliqua reseruetis. Ob id iubeo ne pusillum qdem re/
linquatis in ea. Exsiccate oēs fructus eius. Quis iste
beatus est: ut possit exsiccare oēs fructus terræ chal/
dæoꝝ: & descendant in occisionem? Væ eis/ qa ue/

nit dies eorū: & est tempus uindictæ eorū. Post hæc rursum alterius capituli textum audite. Vox fugientium/ & resaluatorū de terra babylonis: ad annūciandum dño deo nr̃o in syon uindictam. De his nunc prophetat: qui mores patrios relinquentes: & leges gentium & incredulitatem ueterem: ueniunt ad sermonem dei. Tale enim qddam significatur in eo q dicit. Vox fugientium/ & resaluatorū de terra Babylonis. Vtinam & ura o cathecumini uox fugiētium esset de babylone: fugientium uitia: fugientium peccata. Vox enim fugiētium/ & resaluatorū. Non sufficit fugere de terra babylonis: sed & resaluari ex terra babylonis. Ad annūciādum in syon uindictam dño deo nr̃o: ut fugientes de terra babylonis: ueniatis ad syon speculatorium ecclesiam dei: ad annūciandum in syon: id est ecclesiam: uindictam dño deo nostro. Vindictā populi eius denunciate in babylone. Multi scilicet oi enim intendenti arcum. Significāter positum est multis. Multi enim sunt q in Babylone sunt/ in Hierusalem uero pauci. Nō enim iccirco ait. Dilexit uos dñs deus uester: q a multi eratis. Vos quippe estis pauci ab oibus: & bñ his qui ex parte erant/ dcm̃ est. Pauci estis ab oibus gentibus. Intellige porro & hoc. Pauci sunt qui saluantur. Scd̃m illud. Contendite intrare per angustam portam. In lata aūt & patenti annunciate in babylone multis. Oi intendenti arcum. Non sit ex ea qui saluetur. Disperdite/ interficite oia babylonis. Nup diximus de parabolis babylonis: de uitis babylonis. De semine babylonio non sit qui resaluetur. Retribue ei iuxta opera eius. Scd̃m oia quæ fecit: & facite ei: quia dño resistiti: & aduersum deum scm̃ israel. Quādiu habes in te cogitationes malas: resistentes pietati/ & fidei ueræ: habes in te babylonios: sed fac uindictam: & interfice oēs peccatores terræ: & oēs babylonios. Vt possis mundatus Hierusalem ingredi ciuitatem dei: in christo Iesu domino nostro/ cui est gloria/ & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶ De perdice clamante/ & congregante quæ non peperit. Homilia quarta.

D Famosam uenimus qōnem. Inspicere quid sit perdix: de qua/ scriptura nunc loqtur. Clamauit perdix. Congregauit quæ non peperit: faciens diuitias suas non cum iudicio. In dimidio dierū eius derelinquet eam: & in nouissimis suis erit insipiēs. Ex natura uolucris dignum uidetᷣ quādam historiam cōmemorare: ut cognoscentes aial: scire possimus/ utrum ad bonā/ an ad malam ptem nunc noiati pdicis intelligētiam referamus. Dicitur autem hoc esse aial malignum/ fraudulentum/ callidum/ multumq; decipiens uenatores: sæpe qppe ante pedes aucupis uolutitur: & in medio eius conatu/ quasi iam apphendenda elabitur: prædam sui ex uicinitate promittit: & hoc agit: ne ad nidum foetuum suorū citus uenator occurrat. Cūq; iam senserit fugisse pullos suos: tunc & ipsa illuso hoste/ descēdit. Sed nequitiam eius uincit impuritas. Ambigēdum non est de eo q dicturi sumus: quia ex his qui māsueti in caueis nutriuntur/ ueritas approbatur. Masculus in masculum insurgit: obliuiscitur sexum libido præceps: pugnatur ad coitum: & una palma uictoris est/ polluisse quem uicerit. Si igitur malignum/ si immundum/ si dolosum hoc aial est: impium uidetᷣ ad meliorem partem huius referre nomen: & ad saluatoris mei Iesu christi intelligentiam temperare. Magis aūt conuenit mala zabulo adiungere: & sup aduersario lectionem intelligere pn̄tem: si tñ totius capituli nos secuta fuerit interpretatio. Incipiamus ergo ab eo q scriptum est. Clamauit pdix: congregauit quæ non peperit. Non proprias creaturas congregat zabulus. Non ea colligit quæ ipse generauit: sed cum clamauerit: alienas cōgregans creaturas: facit eas suas. Clamauit perdix per Valentinum: Clamauit per Basilidem: per Martionem: per oēs qui alienæ adeo gloriæ cupiditate rapti sunt. Nullus enī eorū sonare poterat uocem domini Iesu. Meæ oues uocem meā audiunt. Sed erat uox Christi in Paulo: erat in Petro: propter q Paulus dicebat. An expimentum quæritis eius qui in me loqtur Christus? Vox autem congregantis/ quæ non pepit/ perdicis in illis est: q simplices quoq; fidelium laqueo hæreticæ factiōis impediunt. Clamauit itaq; perdix. Cōgregauit quæ nō peperit: faciens diuitias suas non cum iudicio. Diues facta est perdix. Ecce eius quanta sunt milia: Ingens turba/ multi sunt populi captiuorū. Et facit diuitias suas non cogitans iudicium: neq; hn̄s in corde iustitiam: sed oia sine lege gerens. Merito arguitur non cum iudicio fecisse diuitias. Meus autē Iesus facit diuitias suas cum iudicio. Exanimata est & dilecta eius opulentia. In dimidio dierū eius derelinquent eam. Nos oēs qui quondam fuimus sub damātis potestate perdicis. Clamauit quippe non solum per eos quos supra memorauimus: sed per oēs generaliter/ qui quasi ad pietatē/ & ad religionem uocātes: econtrario ueritatis dogma clamauerūt. Nos inquā uniuersi: in dimidio dierū eius derelinqmus eam: & oēs qdem dies huius sæculi. Sed quia eruit nos ex instāti sæculo nequā dñs Iesus. Iccirco in dimidio dierū eius derelinqmus eam: & nouissimum eius erit insipiens. Quādo enim sapiēs fuit: ut nouissimum eius merito insipiēs fiat. Sed dicamus eam fuisse sapientem. Serpens quippe sapientior erat oibus bestiis super terram/ quas fecit dñs deus. Sapiens fuit iuxta id quod scriptum est. Adducam sup sensum grandem principem Assyriorū. Dixit aūt. Valentia mea faciam: & sapia intellectus/ auferam fines gentium: & uirtutes eorū depascar: & cōmouebo ciuitates ihabitatas. Siquis pōt intelligat qūo nouissimum eius erit stultum. Iste ab eo q fuit male sapiens: sapiētior erat oibus bestiis super terram: fiet econtrario ei q sapiens fuit male insipiens. Intelligens uero q fit. Nouissimum eius erit insipiens. Si scias qūo etiam tibi per Apostolum præcipiatᷣ: ut pro salute tua isipientiam recipias,

recipias. Si quis (inquit) uidetur sibi sapiens esse in
uobis in isto sæculo: stultus fiat. Solum quia nõ cla/
manit stultus: esto & fatuus/ut sapiens fias. Si itaq;
est quædam sapientia culpabilis/iuxta quam filii sæ/
culi huius sapientiores sunt filiis lucis/in generatio/
ne ista. Bonus est deus qui contrariis diuersa subue/
nit/ut faciat compleri id q dictum est. Nouissimum
eius erit insipiens. Oportet christum regnare: usq;
dum ponat omnes inimicos eius deus/sub pedibus
eius. Cum auté omnia ei subiecerit: nouissimus ini/
micus destruetur mors. Cum destructa fuerit mors:
tunc extrema perdicis erunt: & nouissimum eius fiet
insipiens. Hæc de perdice. Principium uero capi/
tuli secundi istud lectum est. Thronus gloriæ exal/
tatus ab initio. Locus/sanctificatio nostra: sustenta/
tio Israel. Dñe oẽs qui dereliquerunt te/confunden/
tur: Discedentes/super terram scribantur: quia dere/
liquerunt fontem uitæ dominum. Dixit & beatus
Hesaias propheta: uidens deum: & regnum eius. Vi/
di dominum sabbaoth sedenté super sedem excel/
sam/& eleuatã. Vidit & Hieremias quomodo deus
regnat: propter q glorificans eum ait. Thronus glo
riæ exaltatus ab initio/locus sanctificatio nostra. Si
de christo uolueris ista intelligere/non peccabis: si de
patre/non impie senties. Est enim thronus gloriæ
excelsus: & a principio/saluator. Thronus gloriæ:
propter q regnum eius: sanctificatio nostra chri/
stus est. Quia & ille sanctificans/& nos sanctificati
ex uno omnes sumus. Sustentatio Israel: sicut ipse
iustitia Iesus/ipse ueritas/ipse sanctificatio: similiter
ipse est etiam sustentatio: & non est aliquid iustum
sine eo neq; patiens/q in se non habet christum: ip/
se est enim sustentatio Israel. Si autem & ad patrem
hoc retuleris: non impie intelligis. Domine omnes
qui derelinquunt te/cõfundantur discedẽtes. Vnus/
quisq; nostrum quando peccat: per ea quæ peccat/
christum relinquit. Relinquens autem filium: relin/
quit & patrem. Iniustus a iustitia longe est: pollu/
tus a sanctimonia/bellator a pace: & qui sub pote/
state inimici esse incipit: a redemptione fit alienus: &
qui extra sapientiam dei/sapientiam derelinquit. Do
cens itaq; nos propheta: quid omnibus qui deum
deserunt/sit futurum: ait. Vniuersi qui te derelin/
quunt: confundantur discedentes. Hoc est quan/
tum te deserunt: tñ confundantur discedentes. Su/
per terram scribantur. Omnes homines describun/
tur. Sancti in coelo/peccatores super terram. Dicit
ad discipulos Iesus. Gaudete autem quia nomina
uestra scripta sunt in coelis. Igitur oportet lætari si
talis quis fuerit: ut nomen eius scribatur in coelis.
Et quomodo iustorum nomina in superioribus cõ
scribuntur: sic econtrario qui conuersantur terre/
ne: qui non pertranseunt terram Edom: sed agri
terræ Edom uineas possident. Scribuntur nomina:
quasi relinquentium deum super terram. Confun/
dantur discedentes: super terram scribantur. Quo
enim metro mensi sunt: remetietur eis. Ipse sibi unus/
quisque causa est/ut scribatur super terram. Si cœ/
lestia requirant in terra: si semper anima eius de
istius mundi negociis æstuet: quæ uidentur sæculo
bona. Si uero audiens Iesum loquentem. Nolite uo/
bis thesaurizare thesauros super terram: ubi tinea/&
uermis exterminant: & ubi fures effodiunt/& furan/
tur. Sed thesaurizate uobis thesauros in coelo. Qui
thesaurizauerit sibi in coelo: ipse sui causa est ut scri/
batur in coelis. Hæc propter id q dictum est: super
terram scribantur: causamq; cõmemorat: quia dere/
liquerunt fontem uitæ dominum. Et in principio
ipse propheta ex persona domini dicit. Me dereli/
querunt fontem uitæ. Et nunc quia dereliquerunt
fontem uitæ dominum. Dicamus ergo & nos: si
uolumus derelinquere fontem uitæ dominum: uo/
cem proximorum Iesu christi discipulorum: qua lo/
cuti sunt ad magistrum: cum eis diceret. Nunquid
& uos uultis recedere? Quid igitur dicemus domi/
ne ad quem ibimus? Verba uitæ tu habes. Sic finita
est etiam secundi capituli circuncisio. Sequens ora/
tio est ista continens. Sana me domine: & sanabor:
saluum me fac: & saluus ero: quoniam gloriatio mea
tu es. Ecce ipsi dicunt ad me: ubi sermo domini? ue/
niat. Ego autem non laboraui: subsequens post te: &
diem hominis non concupiui: tu scis. Solum qui p/
pter male habentes uenit/medico sic dicente. Non
indigent sani medico: sed male habentes. Dicendum
confidenter ab eo: qui ægrotantem suam animam
uult saluari. Sana me domine & sanabor. Etenim il/
la in euangelio mulier sanguinem fluens: omnem
substantiam suam expendit in medicis/nec potuit a
quoq eorum sanari. Ad nullum quippe ex eis di/
gnum erat dici. Sana me domine/& sanabor: nisi
ad solum cuius sufficit uestimenti tñ fimbriam tan/
gere. Cui uni ego dicam. Sana me domine/& sa/
nabor. Tunc siquidem medicinam sanitas sequi/
tur: si christus curare dignatur. Saluum me fac/&
saluus ero. Falsus equus in salutem: propterea ei di/
cam. Saluum me fac: & saluus ero. Et hoc ita gau/
debo loqui: si omni gloriæ renuncians sæculari:
potuero & reliqua dicere. Quoniam gloriatio mea
tu es. Aut cum compleuero mãdatum in quo præ/
cipitur. Non glorietur sapiens in sapientia sua: neq;
fortis in uirtute sua: neq; diues in diuitiis suis: sed in
isto glorietur qui gloriatur/Intelligere/& scire quia
ego sum dominus. Beatus itaque qui renunciaue/
rit gloriæ omni quæ deorsum est: ueluti super no/
bili genere: super pulchritudine/& corporalibus
bonis: super diuitiis/& iactatione. Beatus qui con/
tentus uana gloria/dicit ad dominum: quoniam
gloriatio mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Vbi est
sermo dñi? Veniat. Ego aũt non laboraui: subsequẽs
post te. Iesus tibi dicit. Tolle crucẽ tuã: & ueni/seque/
re me. Et q non reliquerit pRem/aut mRem: & secu/
tus fuerit me: non est dignus meus esse discipulus.
Si igitur talis fueris: ut semper christum sequaris:
quantum plus secutus fueris: tanto minus laborat

bis.Non enim lassitudo in Iacob/neq; apparebit do
lor in Israel.Propterea dixitur non laboremus ulte/
rius laborantes : anteq̃ eum incepimus sequi . Ve/
nite ad me omnes qui laboratis / & onerati estis : &
ego reficiam uos.Si laborãtes uenerimus ad Iesum:
& eum fuerimus secuti:tunc dicere poterimus. Ego
autem nõ laboraui:subsequens post te : & diem ho/
minis non concupiui.Est quidam dies hominis:est
quidam dies dei : idest resurrectionis : quem omnis
sanctus desyderat:non illam de qua scriptum est. Væ
eis qui desyderant diem domini . Et ista est tenebræ/
& non lux.Qui est qui possit dicere:& diem homi/
nis non concupiui.Explanatio uerbi conuincit nos:
q̃ diem cõcupiscamus hominis . Frequẽter quippe
nos ægrotãtes/cum in phãtasmate esse febrium cæ/
perimus:& mortis limen urgere:ad eos qui nos ui/
sitãt fratres/lassas manus attollimus : orantes eos ut
pro nobis dominum deprecentur/atq; dicentes . Ro/
ga mihi aliquod uitæ spacium:roga ut aliquantisper
in hanc lucem permaneam . Ista memorantes / non
diem sanctum domini:sed diem hominis desydera/
mus.Quapropter longæ uitæ amore deposito / &
desyderio humani diei:quæramus illam diem uide/
re:in qua participes eius beatitudinis:quæ in christo
est/efficiamur . Cui est gloria & imperium / in sæcu/
la sæculorum. Amen.

¶ De tribus uirtutibus . Fortitudine:sapientia/atq;
prudẽtia:quarum propria opera distribuit prophe/
ta.Fortitudini terram:sapientiæ/orbem terrarũ:pru/
dentiæ/coelum.Homilia.V.

VDI Quippe scripturæ ordinẽ.Do
minus qui fecit terram in fortitudine
a sua:& erexit orbem in sapientia sua:&
in sua prudentia extendit coelum : &
nos in nostra terra. Dictum est quip/
pe ad Adam.Terra es . Necessariam habemus forti/
tudinem dei : quia absq; ea impossibile nobis est/id
exequi q̃ carni repugnat . Cum aũt mortificata fue/
rint membra super terram : tunc parent spiritus uo/
luntati.Siqdem iuxta Apostolum:spiritu/gesta car/
nis mortificantur . Dominus ergo qui fecit terram
in fortitudine sua.Si autem & ad hãc terram uenias:
& considere id q̃ in Iob scriptum est(iuxta emen/
datissima tamẽ exemplaria)quomodo statuerit eam
super nihilum.Inuenies fortitudinem dei in medie/
tate mundi:terræ libram sustinente.Veniam uero ad
orbem terræ:qui græce οικουμενη nuncupatur.i.
inhabitata.Scio animã meam ĩhabitatam:scio aiam
meam desertam . Si enim non habet deum patrem:
si non habet filium dicẽtem.Ego/& pater meus ue/
niemus ad eum:& mãsionem apud eum faciemus.
Si nõ habet spiritum sanctum anima:deserta est:ha/
bitata autem est:quando plena est deo : quando ha/
bet christum/& spiritum sanctum. Verum hæc diffe/
renter;sed non uane in scripturis dicuntur in anima
hominis patrem/& filium & spiritum sanctum cõ/
morari.Nam & Dauid in psalmo confessionis : tres

spiritus postulat dicens . Spiritu principali cõfirma
me:spiritum rectum innoua in uisceribus meis : spiri/
tum sanctum tuum ne auferas a me. Qui sũt isti tres
spiritus? Pricipalis spiritus:pater est. Rectus spiritus/
christus est.Spiritus sanctus/spiritus sanctus est.Hæc
in approbatione eius rei diximus:q̃ habitatus est or/
bis terrarum:in sapientia dei fabricatus sit.Sapientia
quippe auxiliabitur iusto : super decem potestatem
habenti ciuitates.Sapientiam autem/& disciplinam
qui abiicit infoelix est : & uana spes eius : & labores
eius insensati:& inutilia opera eius/ait sapientia:quæ
titulo inscribitur Salomonis.Idcirco quantum pos/
sumus laborare nitamur:ut habitata nostra terra:sa/
pientia dei erigatur.Cecidit qppe:& de sublimi cor/
ruit:uenientibus nobis in locum istum miseriarum:
cecidit habitata nostra terra postq̃ peccauimus : ini/
que fecimus:iniuste egimus:impie gessimus:& post
ruinam indiget erectione.Si autem non uis ista sen/
tẽtia adduci:cõmunem totius orbis quæramus rui/
nam:& post casum eius:consequenter deus erigens
prædicetur . Quicunq; est in orbe isto / ante erectio/
nem cecidit. Si autem cecidit : consequenter erigen/
dus fuit.Nemo qppe sine casu subleuatur . Si autem
erectus est:uideamus quæ ruina præcesserit. Omnes
corruimus per peccatum in orbe terrarum:& domi/
nus qui erigit elisos:eleuauit nos iacentes.In Adam
omnes moriuntur:atq; ita corruit orbis terrarum:&
indiget correctiõe:ut in christo omnes uiuificentur.
Igit̃ duplicem intellectũ de orbe tradidimus. Vnum
quomõ singulæ animæ aut habitatæ sint/aut deser/
tæ:alterum quomodo uniuersus orbis pariter ceci/
derit . Restat dicere quomodo & sua prudentia ex/
tenderit coelum . Non fortuitu sapientia in coeli ex/
tensione assumpta est. Inuenies & in prouerbiis di/
ctum.Deus sapientia fundauit terram : præparauit
autem coelos prudentia . Est ergo aliqua prudentia
dei:quam nolo ut extra christum requiras . Omnia
quippe quæ dei sunt:christus est.ipse sapientia eius/
ipse fortitudo/ipse iustitia/ipse sanctitas/& redẽptio/
ipse(ut ad præsens ueniam) etiam prudentia . Sed
cum sit in subiacenti:pro uarietate sensuum diuersis
uocabulis nuncupatur . Aliud significat sapientia:
aliud iustitia.Quando enim sapientia dicitur:disci/
plinis te diuinarũ rerũ humanarumq; instituit. Quan/
do iustitia/distributor & iudex meritorum signifi/
catur. Quando sanctitas/illa uirtus describitur quæ
credentes deo/efficit sanctos . Ita ergo mihi / & pru/
dẽtiam eius intelligere cum doctrina est:& demon/
stratio bonarum:aut malarũ rerum:siue neutrum:
atq; in hunc mundum extendisse nunc dicitur coe/
lum prudentia sua . Quomodo autem extendatur
coelum : extendente id prudentia/Audi . Quia ex/
tendi uerba : & non attendistis . Asserit quippe ex/
tensionem quandam esse uerborum . Similiter ut
nunc dicitur coeli . Iuxta illud quoq; q̃ in alio lo/
co scriptum est . Qui extendit coelum / ut pellem.
Extenditur autem anima nostra / quæ prius fuerat

contracta: ut possit capax esse sapientiæ dei. Verum
(ut ad ꝓpositum reuertamur) diximus de eo ꝙ pru
dentia / coelum factum sit: & nunc affirmamus eos
qui coelestem hominẽ portant: esse coelestes. Si enim
ad peccatores dicitur. Terra estis: & in terram ibitis:
quare non dicatur ad iustum: cuius est regnum coe/
lorum. Coelum es / & in coelum ibis? Aut si propter
Choicum: dicitur ei q portat imaginem choici. Ter/
ra es / & in terram ibis. Cur propter coelestem ei qui
imaginem coelestis portat: non conueniat dici: coe/
lum es / & in coelum ibis? Vnusquisq; autẽ nostrum
aut coelestia facta hẽt / aut terrena. Si terrena facta sũt:
ad cognatam sibi terram deducunt eum: qui the/
saurizat ea in terra: & non in coelum. Rursumq; hæc
quæ iuxta uirtutem gesta sunt: thesaurizatorẽ suum
appropinquantem sibi / coelorum regiones subue/
hunt. Et eduxit nubes ab extremo terræ. Istiusmodi
disputatio & in psalmo nuper incidit. Et dictum est
a nobis quomodo deus eduxerit nubes ab extremo
terræ. Quod quidem nunc rursum cogimur retra/
ctare: ut hi qui audierint: plenissime quæ sciunt / re/
miniscantur: & hi qui non interfuerunt: aut obliti
sunt contextum sermonis: agnoscãt quæ tunc (pro
ut ualuimus) exhibuimus. Diximus autem sanctos
esse nubes. Etenim hoc ꝙ scriptum est. Veritas tua
usq; ad nubes: non potest referri ad inanimales nu/
bes: sed ueritas dei usq; ad illas nubes est: quæ audiũt
mandatum domini: & nouerunt quibus pluuias
deferant: & a quibus eas suspendant. De his nubi/
bus dictum est. Et mandabo nubibus ne pluant su/
per eam imbrem. De his enim quæ ex densato aere
cõstare dicunt: si nõ fuerit pluuia: nõ præcipit deus
ne pluant super uineam: aut quãcunq; regionẽ im/
brem: sed omnino non apparent: ut in tertio regno/
rum libro legimus: qñ in tẽpore siccitatis nubes nul
la apparuit: & postea iuxta prophetiam Eliæ futuræ
pluuiæ signum in uestigio hominis ostẽsum est: atq;
ita post nubem cõglobatam: imber descendit in ter/
ras. Istis uero quasi subsistentibus nebulis: iubetur
pluuiam continere: cum indigna fuerit anima coele/
sti imbre. Et dicitur mãdabo nubibus ne pluant su/
per eam imbrem. Itaq; unusquisq; sanctorũ nubes
est. Moyses nubes erat: & quasi nubes loquebatur.
Attende coelum / & loquar: & audiat terra sermones
ex ore meo. Expectentur ut pluuia / uerba mea: & de/
scendant ut ros eloquia mea. Quasi nubes dicebat:
ut imbres super gramẽ: ut pruina super foenum: qa
nomen domini inuocaui. Similiter & Hesaias ut nu
bes loquebatur. Audi coelum: & auribus percipe ter
ra: quia dominus locutus est. Et quia ipse nubes erat:
& sciebat alias nubes cõprophetãtes sibi. Ideo uati/
cinans aiebat. Mandabo nubibus ne pluant super
eam imbrẽ. Si aũt iam didicimus qui sint nubes. Vi/
deamus quomodo deus educat nubes ab extremo
terræ. Ait saluator. Qui uult in uobis esse primus: sit
omnium nouissimus. Seruauit hoc mãdatum Pau/
lus: & fuit nouissimus in hoc mundo / dicens. Puto
enim deus nos apostolos nouissimos ostendit: qua/
si mortificatos: quasi spectaculum facti sumus ĩ hoc
mundo / & angelis / & hominibus. Siquis ergo san/
ctus / custodiẽs præceptum saluatoris: factus fuerit in
hac uita nouissimus: iste fit nubes: & educet nubes
deus a finibus terræ: non a consulibus: non a duci/
bus / nõ a diuitibus. Beati enim pauperes / quoniam
uestrum est regnum coelorum. Vides quomodo ab
extremis educat deus & corpora / & nebulas. Pro/
pterea si uolumus nubes fieri: ad aquas peruenit ue/
ritas dei: nouissimi omnium fiamus: & tam affectu/
ꝙ ope dicamus. Puto enim nos deus apostolos no/
uissimos ostendit: ꝙ si non sim apostolus. Licet ta/
men mihi fieri extremum: ut educens nubes deus ab
extremo terræ / educat me: & fulgura in pluuiam fa/
ciat. Aiunt naturalium causarum scrutatores / quia
fulgura ex nubium collisione generẽtur: in morem
silicum duriorũ: quos cum comploseris simul me/
dius ex his ignis elabit: atq; ita cum fulgure pariter /
& tonitrua mugire. Tonitruo. s. sonitum indicante
ex concursu: & fulgur cum exausti luminis claritate.
Si intellexisti exemplum: consydera nunc nubes ra/
tionales. Moyses nubes erat. Iesus naue nubes erat.
Isti si secum loquãtur: ex sermonibus eorum fulgu/
ra micant. Hieremias / & Baruch nubes erant: sermo/
cinentur inuicem: & uidebis rutilare fulgura. Potes
& tuipse de scripturis sanctis in hunc modum: nu/
bium inuenire concursus: ex quibus ignes emittant.
Vt aũt ad nouum testamẽtum ueniamus. Paulus / &
sylas duæ nubes in unum conuenerunt: & ecce to/
tum mũdum epistolæ eorum fulgor illuminat. Ful/
gura in pluuiam fecit: & eduxit uentos de thesauris
suis. Ergo ne ĩi uenti qui super terras perflant in the/
sauris dei sunt: & non horum natura manifesta est:
quomodo & qua ratione subsistant? sed sunt qdam
uentorum thesauri: thesauri spirituum. Spiritus sa/
pientiæ / & intellectus: spiritus consilii / & uirtutis: spi
ritus sciẽtiæ & pietatis: spiritus timoris dei. Fortitu/
dinis / & dilectionis / & charitatis / potes & ipse de scri
pturis hos uentos congregare: & istorum spirituum
inuenire thesauros. Vbi sunt isti thesauri? Vtiq; in eo
in quo sunt thesauri scientiæ / & sapientiæ abscondi/
ti. In christo sedem habent: inde oriuntur hi spiri/
tus: ut alius sapiens sit / alius fidelis / alius eruditus: &
alius quodcũq; donorum dei possideat. Alii enim
per spiritum datur sermo sapientiæ: alii sermo scien/
tiæ iuxta eundem spiritum: alii fides in eodem spiri/
tu. Eduxit ergo nubes ab extremo terræ. Fulgura in
pluuiam fecit. Eduxit uẽtos de thesauris suis. Et nos
iuxta misericordiam dei: ad hos thesauros nos occur
suros putamus. Et quia plures sunt thesauri: forte
iuxta ordinem resurgentium: erit & requies in the/
sauris dei. Quod autem dico / istiusmodi est resurre/
ctio mortuorum in quibusdam ordinibus futura.
Ait quippe Apostolus. Vnusquisq; autem resur/
get in ordine suo & non ut liber misceantur ordines
resurgentium. Alius ordo erit in illo / & in illo

thesauro dei/alius ordo in alio/& i alio thesauro dei.
Isti autem omnes thesauri unum habẽt thesaurum:
in quo sunt thesauri sapientiæ & scientiæ abscondi/
ti. Et quomodo possideo unam pciosissimam mar/
garitam:per plures alias margaritas:sic uenio ad the
saurum thesaurorum & dominum dñorum/& re/
gem regum:cum dignus fuero spiritibus in dei the/
sauris cõmorantibus. Eduxit enim uentos de thesau
ris suis. Infatuatus est omni homo a scia. Si ois ho/
mo infatuatus est a scientia:& Paulus homo est:Pau
lus infatuatus est a scientia? Ex parte enim cognosci/
mus:& ex parte prophetamus. Infatuatus a scientia/
uidens per speculum:uidens in ænigmate portiun/
culam quandam. Videris & si sic expedit dicere:ip/
sius quoq; portiunculæ partem minimam recogno
scens. Econtrario autem intelligis qui sit. Infatuatus
est ois homo a scientia: cõparatione peccator Hie/
rusalem:sodomorũ peccatum iustitia est. Iustificata
est enim(ait) Sodoma ex te. Quomodo ergo non
habẽt iustitiam sodomor peccata per se:sed ad col/
lationem maior scelerum iustificantur. Sic econtra/
rio scientia Pauli ad illam coelestem sciam: ad illum
consumatum lectionis intellectum/stultitia reputa/
tur. Iccirco infatuatus est omnis homo a scientia. Ta/
le quiddam Ecclesiastes(ut arbitror) deprehendẽs:
effatus est. Dixi:sapiens efficiar: & ipsa elongauit se a
me longius q̃ erat:& alta profunditas:quis inueniet
eam? Volumus quoddã audenter dicere. Quoniam
hoc q descendit in mundum:euacuauit seipsum:ut
euacuatione eius/mundus complectur. Si aũt hoc
q descendit in mundum/euacuauit se:euacuatio ip/
q VOD A deo propheta iubetur ut dicat: debet dignum esse impio dei. Sed nō uidetur dignum si maneamus in littera & nihil altius requiramus. Intātum ut si quis rudis auditor extiterit: dicat ineptum eē scripturis autem accōmodare: & ea cognoscere quæ in his lectitantur. Hoc aūt dicit aialis. Animalis quippe hō non recipit ea quæ sunt spiritus dei: stultitia eni ei est. Consyderemus ergo dei sermonem/quid iubeat: & dicet ad populum sermonem istum. Hæc dicit dominus deus israel. Quid dicit dominus deus Israel? Dignum sit quæso domino deo israel. Omnis uter implebitur uino: eritq; si dixerint ad te: Nunquid cognoscētes non cognoscimus: quia omnis uter implebitur uino? Et rīdentes/si uī litteram sequuntur/ & dicunt nosse se q̄a oīs uter implebitur uino. Non enim necessario sequitur ut omnis uter ipleatur uino. Sunt utres deo pleni: sunt alii aqua: licet liquētis naturæ materia: aut certe non pleni. Dñs aūt dicit. Oēm utrem implēdum uino: Et populus rīdit. Nunqd cognoscētes non cognoscimus: quia oīs uter implebitur uino? Quæ qdem iuxta pauptatem ingenii mei sic poterūt interpretari. Si prius uini differētias perspexerimus: ut tunc cōsequenter tractemus uerum esse quod dcm̄ est. Quia oīs uter implebitur uino. Si enim quis bonus est (ut ita loquar) uter efficitur: & uter implebitur uino bonitatis suæ. Si aūt malus/iuxta hoc ꝙ malus est: malo uino implebitur. Quomō ergo possumus de scripturis accipere differentias uini? Sup malo uino ista conscripta sunt. De uinea sodomorum/de Gomorra/uuæ eorum/uuæ fellis: & botrus amaritudinis eis est. Venenum draconū uinum eorum: & uinus aspidū insanabile. De bono aūt hæc dicitur. Calix tuus inebriās q̄ præclarus. Et sapientia cōuocat ad creatorem suum dicens. Venite māducate panes meos: & bibite uinū ꝙ miscui uobis. Est ergo uinū de sodomis: & est uinum ꝙ sapiētia miscuit. Rursumq; uinea facta est dilecto: in cornu: in loco uberi plantata deo: quæ uocatur uinea sorech: electa qdem & iter oēs uineas mirabilis. Est aūt & alia uinea ægyptiorum: quam percutit deus. Scd̄m id quod scriptū est. Percussit in grandine uineas: & ficos eorum in gelu. Consyderemus ergo oēs hoies figuraliter capaces esse uini. Nec aliud eis possumus nomen imponere q capaces uini sunt: q̄ utrem eos dicere. Quia nequā homo plenus sit uino: de uinea sodomorum/ & ægyptiorum: plenus sit uino inimicorum israel. Scūs uero & is qui in uirtutibus pficit: plenus sit uino de uinea sorech. Vinū de quo scriptū est. Calix tuus inebrians q̄ præclarus est. Vinū ꝙ miscuit sapiētia. Et hæc quidē intellecta mihi sint sm̄ nequitiam/atq; uirtutē agnoscamus. Quomodo aūt oīs uter implebitur uino? Si āt neqtia sine uirtutibus sit iplentur utres: cōsequens est ut suppliciis impleantur ob nequitiam: benedictionibus ob uirtutē. Exhibeant sacræ litteræ testimonium quo pacto tormenta/seu repromissiones uinū nuncupetur. Accipe calicē uini meri istius: & potabis oēs gētes ad quas ego te mitto. Hieremias aūt hæc loquitur: super qd̄ infert. Et bibent/ & uoment: & insanient/ & cadent. Igitur supplicia in præsenti loco uinū meracum nūcupauit: ꝙ q bibūt meracū uinū meracis cruciatibus sunt digni. Alii aūt bibūt supplicia nō penitus meraca: sed

ei: sed ex parte aliqua tẽperata. Calix enim in manu
domini uini meri plenus mixto: & inclinauit ex hoc
in illud: Verũtñ fex eiꝰ nõ est exinanita: bibẽt oẽs pec/
catores terræ. Si uis & bñdictionis calicem perspice/
re: quẽ bibent iusti: licet sufficiat sapientiæ testimoniũ
in quo ait. Bibite uinum quod miscui uobis. Tñ ui/
deo saluatorẽ ascendentem die paschæ grande coe/
naculum stratũ/atq; mũdatum: & agentem diem fe/
stum cum discipulis suis. Illoq; eis calice propinante
de quo in euangelio scriptũ est: nõ ꝙ miscuerit eum:
& ita tradiderit. Iesus enim lætificans discipulos me/
cum eis poculũ propinat: & dicit. Accipite: & bibi/
te: hic est sanguis meus: qui pro uobis effundetur in
remissionẽ peccatoꝝ. Hoc facite quotienscũq; bibi/
tis: in meam cõmemorationẽ. Et Amen dico uobis:
non bibã illud amodo: donec bibã illud uobiscum
nouũ in regno dei. Vides calicẽ noui testamenti. Vi/
des calicẽ suppliciorꝝ (quem supra exposuimus) ui/
ni meri plenũ. Est & alius calix qui pro cõpensatione
bonoꝝ actuum: seu maloꝝ tibi miscetur & tradetur.
Intellige enim eos qui penitus a pietate discedunt: &
ex omni parte religionẽ aduersantur: in tñ ut fortui/
to/& pecudũ more uiuant: bibentes calicẽ uini meri
quẽ de Hieremiæ libro ꝓtulimus. Eos uero qui non
penitus recesserunt: sed cũ sint peccatores/& indigni
iudicentur: calicẽ noui testamenti: & faciunt sæpe bo
na opera: sæpe cõtraria: bibentes calicẽ mero mixtũ.
Inclinauit enim deus ex hoc in illud. Quid est ꝙ ait.
Ex hoc in illud? Duo pocula uideo. Inclinauit enim
ex hoc in illud: uerũtñ fex ipsius nõ est exinanita. Ani
maduerte calicem bonoꝝ operum in una manũ dñi:
si nautẽ pateris aliquid me audacius dicere. Sit in dex
tera manu eius calix uirtutũ: sit in sinistra calix uitio/
rum. Cũ igitur coeperis ꝓpter peccata torqueri: q͂a &
bona opa fecisti: calix in manu dñi est uini meri plenꝰ
mixto. Et inclinauit ex hoc in illud: idest de eo q erat
in dextera: in illũ qui in sinistra cõtinebantur. Neq;
enim potest bonoꝝ tñ calicẽ bibere: quasi bona tan
tũmodo feceris: neq; rursum peccatoꝝ: quia & bo/
na quippe aliq͂ñ gessisti. Iccirco inclinauit ex hoc in
illud: ut iuxta cõpensationem operum tuoꝝ misceã/
tur tibi suppliciũ aquatius: seu meracius: & sm̃ me/
rita tua/aut obtũdat̃ iræ diuinæ aculeus aut exacua/
tur. Si uero bonus fueris: & dei mandata seruaueris:
attende quid dicã. Calicem salutaris accipiam: & no/
men dñi inuocabo. Oĩs igitur uter siue bonus: siue
malus/iplebitur uino qualitatis suæ. Nec oleũ mitti/
tur in eum: aliud ue qd linquens: nisi sodomoꝝ/aut
sorech. Deinde docet iterim ut litterã sequamur: pro/
pter eos qui peccauerũt in Hierusalem/& in Iudæa:
illo enim tp̃e illic morabãtur. Quali uino isti in mo/
di utres implẽdi sunt? Sequitur enim si dixerunt ad
te. Nunqd cognoscẽtes non cognoscimus: quia oĩs
uter implebitur uino? Et dices ad eos. Hæc dicit dñs.
Ecce ego ipleo omnes inhabitãtes terram istã: & re/
ges qui sedent super domũ Dauid: & super sedem
eius. Nulli parcet/qui puniturus est peccatores. Non
quia prophetas: nõ quia sacerdos quis uocatus est/a
suppliciis liberabitur. Hæc aũt de illis cõmemorant̃.
Ait Apostolus. Scripta sunt propter nos: in quos fi/
nes sæculoꝝ decurrerũt. Siquis ergo & in his sacer/
dotibus: in nobis dico presbyteris: siue in his q cir/
cunstant populum leuitis: idest diaconibus/peccaue
rit: sustinebit suppliciũ: ꝙ nunc per prophetã deus
cõminatur. Sicut ecõtrario quædam sunt sacerdota
les bñdictiones: de quibus deo tribuente/post istius
loci expositionem: cũ ad numeroꝝ librum uentum
fuerit: disputabimus. Ibi q͂ppe de sacerdotibus quæ/
dam scripta sunt Et sacerdotes igitur/& prophetas/
in Iudæam/& oẽs inhabitantes Hierusalem: testatur
deus uino inebriandos/& dispergẽdos/uirum a fra/
tre suo: & patres a filiis. Quæ quidem (ut mihi ui/
detur) sic sunt intelligenda. Iustos congregat deus:
peccatores separat. Deniq; iccirco q͂diu non sunt cõ/
moti ab oriente hoĩes: nõ sunt dissepati. Quãdo aũt
moti sunt ab oriẽte? Et ait homo ad proximũ suum.
Venite ædificemus ciuitatẽ/& turrim: cuius sit caput
usq; ad coelũ. Deus locutus est dicens. Venite descen
damus/& cõfundamus ibi linguas eoꝝ. Et post pu/
sillũ infert. Et dispersit illos deus inde a facie oĩs ter/
ræ. Populus quoq; Israel antequã peccaret: in iudæa
erat: post peccata in uniuersum orbem dispersus est.
Tale mihi quiddam & de bonis oĩbus intellige. Est
quædam ecclesia primitiuoꝝ/eoꝝ scilicet/qui con/
scripti sunt in coelestibus: ubi mons syon: & ciuitas
uiuẽtis dei Hierusalẽ coelestis: beati qui illuc congre/
gabuntur. Peccatores aũt diuidentur ab inuicẽ: ut ẽt
in hoc excruciatione pariter torqueãtur. Scio quos/
dam reges: eos qui imperio suo insidiati sunt: ad de/
sertas insulas deportare solitos: pro magnis suppli/
ciis hoc iubere/ne in imo loco exilii penuriam susti/
neant: in aliam orbis partẽ uxor: in aliam liberi exter/
minãtur: ut ne in calamitatibus quidẽ suis perfruan/
tur solatio: aut mater filioꝝ/aut patres fratrum. Simi
li modo & peccator per quãdam dispensationẽ dei:
maiora solicitudinis tormẽta patitur si solus in exi/
lium relegetur/ut emendatus in statum pristinũ re/
deat. Et sicut tu propinquos/uel liberos tuos nõ for
tuita/nec irrationabili choerces ira: sed per uerbera re/
ducere quæris ab errore/in quẽ incubuerantꝰ/ sic deus
eos qui non potuerũt sermone conuerti: doloribus
& tormẽtis ad id retrahit ꝙ fuerunt: sm̃ scripturam
dicentem. Per oẽm dolorem/& flagellum emenda/
bis Hierusalẽ. Vt igitur crescat dolor poenæ corripiẽ/
tis: ii qui corripiuntur ab inuicẽ separantur. Quodã/
modo leuius fit supplicium: si plures in eodẽ loco
constituti: ut suis consolentur se alloquiis. Si autem
necesse est: alia quoq; ratione diuersiones maloꝝ in/
troducere: & hanc exhibebimus. Mali cũ simul fue/
rint: ea quæ mala sunt cogitant: & in pristina nequi/
tia perseuerãtes: augent peccata peccatis. Sicut econ/
trario boni cum simul fuerint de honestis rebus ser/
mocinãtur. Dissoluitur ergo & ad nihilum deducit̃:
neq; cogitatio cum nõ habuerit allocutionem ulte/

rius nequioris. Ideirco per dispensationem dei pro/uidetur pessimos a pessimis separari. Iustum quoq; & cômodum ut a pristinis sceleribus ipsa solitudine & penuria consortii aliquando desistant. Hæc de eo quod scriptû est. Et dispergam illos: uirum & fratrê eius: & patres eorû: & filios eorum / in idipsum: dicit dñs. Non requiram / & nô parcam: & nô miserebor ab interitu eorû. His & istiusmodi sermonibus hæretici assurgunt dicêtes. Vides ne qualis sit creator prophetarum: & legis deus qui loquatur? Non parcam & nô miserebor ab interitu eorû. Quomodo potest iste bonus esse? Accipiam ergo exêplum iudicis boni: pro utilitate cômuni quibusdam non miserentis. Vt prospicere possimus: quomô multis parcens: uni non parcat deus. Accipiam & medici: ostêdens eum uni membro non parcere: ut membris oibus parcat. Verbi gratia dictum sit. Habeat iudex prouidere propositam quietem ciuitati: & pacem genti cui præsidet. Huic si offeratur homicida: honesta forma: ætate satis integra: ex alio latere mater eius sparsis crinibus deprecetur: ut senectutis suæ misereatur: ex alio uxor ne uirum suû interficiat: lachrymabili uoce deploret: circûstent & paruuli liberi cito orbi futuri. Quid faciat iudex. Miserebitur latronis? an non quod in cômune expedit ciuitati? Si misertus fuerit: reuertet homicida ad pristinum scelus. Sin uero in iudiciaria seueritate permâserit: unus homo interibit: & uniuerso populo prouidebitur. Sic deus si pepercerit peccatori: & miserans eius: noluerit eum punire pro scelere: quis non accipiet licentiam: quis malorû: qui nunc saltim ꝑpter supplicia terrentur: non inuadet têpus: ut expleat quæcûq; uoluit: & præceps feratur in uitia? Hæc autê sæpe in ecclesia accidentia possumus côsyderare. Peccauit quispiam / & post peccatum postulat cômunionem: si ei conceditur ꝙ rogat: incômodum omni uenia procedit: & laxatis frenis scelaribus panditur uia: si uero cum rationabili deliberatione: nô ut misericors: nec rursum ut crudelis iudex: sed & quasi uni prouidens: & de oium salute pertractans: consyderauerit populi dânum in unius uenia: haud dubium est quid faciat: eiicit unum de ecclesia: ut multos saluet incolumes. Age nunc & consyder a medicum si cessauerit a sectione eius uulneris ꝙ secandum est: si non usserit id quod indiget cauterio: uidelicet propter dolores qui ex talibus remediis côsequuntur: quomodo crescat infirmitas: & in deterius ueternus exuberet. Si uero (ut ita dicam) temerarius ad uulnus sector accesserit / & inusserit plagâ: curat eum qui secatur / & uritur: quia paululum seueritatis assumpsit: licet uisus fuerit ægrotanti ad horâ non misereri. Ita & deus non unum hoiem / sed uniuersum curat orbem: cœlestia atq; terrena: & omnia ubiq; dispensat: & cum hoc prouideat quid uni cômodum sit: multo magis prouidet quid toto mundo conducat: & hoibus uniuersis: ꝓuidet quidem / & ea quæ uni expediût. Verum ne illius utilitas omnium damno fiat: ideirco & ignis æternus præparatus est: & geêna / & tenebræ exteriores: quæ oia non tam ob eum qui puniendus est / ꝙ propter oês homines constituta sunt. Si aût uis huius rei testem accipere scripturamq; in alior eruditionem: licet iam desperabiles sint peccatores: & ad curationem penitus alieni torqueatur. Audi Salomonem in prouerbiis dicentem. Pestilente flagellato: imprudens calidior erit. Non eum qui flagellatur dixit calidiorem futurum & sapientiorem propter castigationem sui: sed insipientem astutia in prudentiam conuerti propter supplicia pestilentis. Hoc quippe ex ipso noie calliditatis significatur: & conuerti eum a caliditate / dum alios cernit: propterea qbus ipse obnoxius est peccato cruciari. Igitur prodest nobis (si tñ digni sumus salute) ut alii in utilitatem nostram torqueantur. Et sicut utile fuit peccatum Israel in salutem gêtium: sic utilis est quorûdam pœna / alior saluti. Et ideo bonus / & clemês deus / nô parcam (inquit) & nô miserebor ab interitu eorû. Circûscribit autem hoc capitulo. Videamus quid subsequens scriptura doceat. Audite / & auribus percipite: & nolite extolli: qñ dominus locutus est. Date dño deo uro gloriâ: priusꝗ obscuretur & priusꝗ offendât pedes uestri super montes tenebrosos: & sustinebitis in lumê: & illic umbra mortis: & ponêtur in tenebras si nô audieritis. Occulte plorauit aia uestra a facie contumeliæ: & deducent oculi uestri lachrymas: quia côtritus est grex domini. Eosdem uult audire: & auribus percipere: non côtemptu / neq; auditione solûmodo / neq; aurium perceptione: propter quod ait. Audite / & auribus ꝑcipite: & (ꝙ his maius est) nolite extolli: & reliq quæ sequûtur. Quid est igitur audire: & quid auribus ꝑcipere / ex ipsis sermonibus consyderemus. Auribus percipere est (ut mihi quidem uidetur) auribus ea quæ dicuntur audire. Quod autê præcedit / Audite: si ad distinctionem eius præcepti dî: ut postea infert. Auribus percipite: hoc imperat ut in mentem / & sensum ea quæ dicuntur excipiant. Neq; uero hoc solû loco: sed in omni scriptura sunt quædam facilia / & prompta ad intelligendum: statimq; ut lecta fuerint: utilitatem legêtibus tribuunt. Sunt alia sacratiora & ineffabilia: & (ut ita dicam) quibusdam obscuritatibus inuoluta. De his igitur quæ latent / & expositione indigent: arbitror non dictum esse audite. De his autem quæ sine scrupulo iterpretantis: auditori cômodata sunt: auribus percipite. Percurramus uniuersas scripturas: & probati nûmularii effecti dicamus. Hoc audire debemus: hoc auribus ꝑcipere. Deinde cum audierimus: & perceperimus auribus quæ dicuntur: non eleuemur. Ois quippe qui se humiliat / exaltabitur: & saluator noster dicit. Discite a me quia mitis sum / & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris: docet ne extollamur. Nam cum multis uitiis genus uexetur humanum: hoc peccato uel maxime præmit: quia non unus est supbiæ modus. Alius irrationabilê & stultorum morem in his effertur: quæ magis pudore digna sunt: aut certe modû elationis excedit.

tionis excedit: Alius quasi uerisimilitudinem fedu/
ctus:sup his eleuat/quæ sibi digna gloria putat:cum
& in talibus piculosum sit gloriari. Exemplum assu/
mam q̄ fiat manifestius. Sunt q̄dam in eo se iactan/
tes:q̄a filii ducum sunt:& nobili familia nati. Istius/
modi hoies ne umbram q̄dem/& imaginem elatio
nis suæ possunt oñdere. Sunt alii qui ideo subleuan
tur:quia ptātem hñt occidendi hoies:& ut ipsi pu/
tant ea fulti sunt dignitate: ut quoq; uelint capita se/
cent:hoq; gloria in confusione sua est. Aliis super di
uitiis sibi applaudēt:non ueris: sed his diuitiis quæ
deorsum sunt. Alii supbiunt sup domos splēdidas:
super possessionibus multis:in q̄bus uniuersis non
est penitus gloriandum. Quod autem uerisimile &
dignum iudicatur (ut q̄dam putant) gloria: Illud est
cum aliquis ob sapiam suam eleuatur:aut cōscius si/
bi est:quia decem iam annis res uenereas non tetige
rit/siue ab infantia inter castos pmanserit. Rursumq;
alius erigitur:q̄a uincula pro christo portauerit. Re/
cta quidem uidētur hæc oia:& subiicientia quadam
psuasione ad gloriādum. Sed ne in his q̄dem (si ta/
men sequimur ueritatem) rationabiliter quis effer/
tur:quia & in rebus bonis gloria non est sine discri/
mine. Paulus habuit materiam elationis:hñs in se ui/
siones reuelationes/signa/uirtutes/propter labores
quos christi causa ppessus est: propter ecclesias quas
constituit:contēdens ubi christus non erat nomina/
tus:ibi iacere fundamentum. Hæc oia materiæ erant
gloriationum. Et sic expedit dicere:uerisimiles cau/
sæ quæ honestam subuererēt iactationem:sed q̄a non
in talibus quidem subleuari sine periculo est: beni/
gnus/& prouidēs pater:q̄uo ei largitus est passiones
& gratias differētes: sic ad tuitionem donoq; suoq;
tradidit ei angelum satanæ/ut eum collaphizaret/
ne extolleretur. Et propter hoc ter dñm rogauit:scili/
cet ab eo ut discederet angelus satanæ: qui iuxta dis/
pensatioñem ei appositus erat. Sed r̄ndit ei dñs. Di/
gnus q̄ppe erat r̄ñsione dñi Paulus. Et dixit ad eum.
Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim in ifirmitate pfi/
citur. Super nullo igitur gloriādum est:sequitur q̄p/
pe ruina iactantiæ:dicente scriptura. Ante contritio/
nem eleuatur cor uiri:& ante gloriam humiliabitur.
Et hæc quidem dicta sint de eo q̄ ait. Audite/& au/
ribus percipite:& nolite extolli:q̄ñ dñs locutus est.
Videamus autem & cætera. Date domio deo uestro
gloriam:priusq̄ obscuret:& priusq̄ offendant pedes
uestri super montes tenebrosos:& sustinebitis in lu/
mine eum/qui daturus est gloriam dei. Vult dare in
lumine: quasi iam non possit dei gratia prædicari:
cum tenebræ ortæ fuerint:quādo tenebrescit: & q̄ñ
non sunt tenebræ. Operamini donec lumen in uo/
bis est. Si habes in te dicētem. Ego sum lumen mun/
di. Quādiu tibi ista lux oritur:clarifica deum: sciens
quia futuræ sunt tenebræ:nec tibi expedit ut eas ope
rcouis:sed anteq̄ fiant/da gloriam deo. Forsitan intel
ligimus pñs capitulum:si de euāgelio sumpserimus
exemplum:q̄ ita contexitur. Operamini donec dies
est. Veniet nox quando nullus poterit operari. Diem
ibi:sæculum istud núcupatur: & necessaria apposui
ibi. Scio quippe in aliis locis dissonantia præsenti/
bus ex diei uocabulo significari. Diem itaq; nuncu/
pauit sæculum istud:tenebras uero/& noctem:con/
summationem mundi: propter supplicia quæ futura
sunt. Vt quid enim uobis desyderare diem domini?
Et ista est tenebræ & non lux. Amos (inquit) pro/
pheta si consyderes post cōsumationem mundi/lu/
gubre illud q̄ passurum est uniuersum pene hoium
genus pro his quæ peccauit. Videbis quomō tene/
bræ occupaturæ sint omnia:& nullus possit in illo
tempore glorificare deum. Siq̄dem & iustis in He/
saia iubetur. Vade populus meus itra in promptua/
ria tua:claude hostium tuum: abscondere pusillum
aliquantulum:donec ira domini trāseat. Simul autē
& in his qui potest/obseruet: quia dixerit pusillum
aliquantulum. Pusillum quippe hoc aliquātulum:
quantulum pusillum est:& non est pusillum homi
nibus. Debemus ĩspicere quomodo singulis aut pa/
rum sit aliquid/aut magnum: ad q̄ pbādum etiam
exemplo utatur. Vnicuiq; animalium pro natura/&
motu corporis suis:aut paruus ē cibus/aut magnus:
& q̄ alii pusillum est: æque idipm alii multum est.
Quid de animalibus loquor? In ipso quoq; homi/
ne rerum differentiæ sunt. Quod uiro parum est:
hoc infanti superfluit. Atq; in hunc modum om/
ne tempus uitæ humanæ: etiam si centenariam ex/
cedat ætatem:ad comparationem æternitatis/breue
est. Vnde pusillum dei/nobis multum est:& uicissim
uniuersa sæcula ad deum relata; breuissima sunt. Si
ergo dicitur. Vade populus meus:itra in promptua/
ria tua. Claude hostium: absconde te pusillum ali/
quantulum. Aliquantulum pusillum illud/non ad
eius naturam refertur/qui in te promptuaria sua iu/
betur intrare: sed ad eius qui iubet: cui pusillum est
hoc omne q̄ grande est. Si enim donec pertranseat
ira dei/oportet quosdam itrare in promptuaria sua.
Sunt autem alii quibus non sunt dimittenda pec/
cata:non solum in præsenti sæculo: sed etiam in fu/
turo:manifestum est pusillum ad ea referēdum/quæ
diximus. Date itaq; dño deo uestro gloriam. Quo/
modo damus dño deo nostro gloriam? Nō uerbis/
& uocibus glorificandus est dñs. Glorifica eum in
castitate/& iustitia/& bñficentia. Glorifica eum in
fortitudīe/patiētia/pietate/sapia:cæterisq; uirtutibus.
Sic aūt/sic glorificādus est deus. Si cōtraria intulero:
nolo me arbitremini blasphemare: exhibebo quip/
pe scripturam sensus mei testem: q̄uo castus glorifi/
cet:luxuriosus inhonoret deum: speciem enim eius
quasi Nabucdonosor destruit/atq; corrūpit. Et sm
Apostolum p p̄uaricationem deum inhonorat. Igit̄
glorificat deum iustus:cōtumeliis afficiat quicunq;
peccator est. Nam & illud q̄ quidam dubitāt/an sit
prouidentia dei:nulla malitia ob causam/nisi ob ui/
tia nascitur: aufer ea:abstulisti pariter & causas pro/
uidentiæ destruendæ. Rursum enim ac deorsum

quí aduerſum prouidẽtiam diſputant:hæc dicũtur,
Quare tanti adulteri/quare tanti molles:q̃re tanti ſa/
crilegi:quare tanti irreligioſi ſunt?atq; ita contume/
lias in ꝓuidentiam diuinam/& offenſas in deum:&
criminationes in creatorem peccatores generant. Ex
q̄bus liq̄do apparet:alios dare gloriã deo:alios con/
uitium facere:dum paſſionibus & uitiis ſeruiũt. Da/
te gloriam dño deo uſo:anteq̃ tenebreſcat: & anteq̃
offendant pedes uſi in montes tenebroſos. Sũt alii
montes tenebroſi/alii lucẽtes:uerũtñ q̄a utriq; mon/
tes ſunt:magni mõtes/lucentes:ſunt angeli dei:& ꝓ/
phetæ/ut Moyſes famulus eius:& apoſtoli chriſti Ie
ſu:de q̄bus in pſalmis arbitror dici. Fundamẽta eius
in mõtibus ſanctis. Montes aũt tenebroſi ſunt:q eri/
guntur aduerſum ſciam dei. Zabulus mons tenebro
ſus eſt:& principes ſæculi huius:q deſtruũtur:mõtes
ſunt tenebroſi. Dæmonium lunatici:mõs erat:& te/
nebroſus mõs erat:de quo ait ſaluator. Dicetis mõti
huic:de lunatico q̄ppe dæmonioſo ſibi quæſtio íci/
derat:& dicẽtibus diſcipulis: non potuimus eiicere
illud. Rñdit ſaluator. Si habueritis fidē ut granum
ſinapis:dixeritis mõti iſti/de quo quæſiſtis: de quo
propoſuiſtis:dicetis monti huic:tranſmigra hinc:&
trãſmigra/ideſt ab hoíe ad locum definitũ ſibi. Qui
ergo offendẽdum:nõ offendunt ſup montes lucen/
tes:ſed ſup mõtes tenebroſos:ſi fuerint cum zabulo/
& angelis eius mõtibus tenebroſis. Et ſuſtinebis in
lumen. Põt q̄dem huic ꝙ dr̃. Date dño deo uſo glo
riam. Hoc q̃uo infert:& ſuſtinebis in lumẽ? Si dede/
ritis dño deo uſo gloriam:anteq̃ contenebreſcat: &
anteq̃ offendãt pedes ueſtri ſuper mõtes tenebroſos
haud dubium q̄n etiam ſi cõtenebreſcat: ſuſtineatis
& lumen uos ſuſcipiat. Alius uero dicat. Neſcio pri/
mum recte/an pperam:q̄a & hi qui offendunt ſuper
montes tenebroſos:expectantes aliq̄ñ miſericordiæ
lumẽ:hoc enim uidetur offendere. Et ſuſtinebitis in
lumen. Si aũt q̄s uenerit ad montes tenebroſos:uide
q̄d ibi iueniat:& illic umbram mortis. Vbi tenebroſi
montes:ibi umbra mortis ex ipſis mõtibus procrea
ta. Exponentur in tenebris:& niſi audieritis occulte:
plorauit aĩa ueſtra a facie cõtumeliæ. De his qui au/
diunt:q̄dam occulte audiunt:q̄dam uero cum au/
diunt:non occulte audiũt. Quid eſt itaq; occulte au/
dire? Nempe illud. Sed loq̄mur ſapiam dei in myſte
rio abſcõſam:quam p̄deſtinauit deus ante ſæcula in
gloriam nr̃am. Et rurſum alibi dr̃. Quia plura ope/
rum dei ſint in abſconſis. Si audio legem:aut occul/
te audio:aut non occulte. Iudæus q̄a legem non au
dit occulte:in manifeſto circũcidit:ur:neſciens eum q
in manifeſto circũcidatur iudæum nõ eẽ:Neq; eam
quæ palam eſt i carne circũciſionem. Qui aũt audi/
tor eſt circũciſionis occultæ/in occulto; circũciditur:
qui audit legem occulte de myſteriis paſchæ:oue ue/
ſcitur chriſto:paſcha quippe nr̃m imolatus eſt chri/
ſtus:& ſciens carnem uerbi dei/uere cibum eẽ:ueſcit
ea. Occulte q̄ppe de paſcha audiuit. At uero miſera/
bilis iudæus/icirco dñm Ieſum interfecit:& uſq; in

præſentem diem reus eſt mortis eius:q̄a nõ audit oc/
culte legem/& ꝓphetas. Si q̄ñ legis de azimis potes
audire occulte:potes audire manifeſte. Quicunq; de
uobis ꝓpe eſt paſcha & azima celebrauit:azima:ideſt
hæc corꝑalia. Non audiuit mãdatum dicẽs. Niſi au
dieritis occulte:plorauit aĩa uſa. Et de ſabbato quæ/
dam mulierculæ nõ audiẽtes ꝓphetam:non audiũt
occulte/ſed palam die ſabbato lauãtes: & reuertẽtes
ad egena/& ĩfirma elemẽta:quaſi necdum deſcẽde/
rit chriſtus: & nos baptiſmo ſuo lauerit a legalibus:
intus in euangelicam ꝑfectionem. Icc irco diligẽtius
attẽdamus:ſi q̄ñ legem legimus/& ꝓphetas:ne ince/
damus maledictionem quæ nũc dr̃. Niſi audieritis
occulte:plorauit aĩa uſa/a facie cõtumeliæ:quæcũq;
ieiunium iudæoꝝ:quaſi ignorãtis redẽptiõis diem
poſt aduẽtum Ieſu chriſti obſeruatis:non auditis de
redẽptione occulte: ſed tm̃mõ palam. Abſconſa eſt
quippe ꝓpitiatiõis auditio:ſcire q̃uo poſuerit Ieſum
deus ꝓpitiationem pro peccatis nr̃is. Et q̄a ipſe ſit ꝓ/
pitiatio pro delictis nõ ſolum nr̃is:uerũetiam totius
mundi:parabolæ quoq; cum legunt̃ in euãgelio:&
eſt auditor extraneus:non põt eas occulte audire. Si
uero auditor fuerit Apoſtolus:& unus eoꝝ q ingre
diuntur in domum Ieſu:accedit ad eum/interrogat
de obſcuritate parabolæ:& interp̄tationis eius: fitq;
auditor intelligens euangelium. Audi eos occulte
ut non ploret aĩa eius. Eoꝝ quippe qui occulte non
audiũt:plorauit aĩa. Quam admirãde non ait plora/
bitis/niſi occulte audieritis. Verum plorauit aĩa uſa.
Eſt quippe ſolius aĩæ fletus: & fortuitam iſte ſit de
quo ſaluator dicit. Ibi erit fletus/& ſtridor dentium.
Illa quoq; cõminatio/quæ dẽtibus luctum/lachry/
maſq; denunciat. De hoc fletu eſt quem cõmemorat
propheta nunc dicẽs. Niſi audieritis occulte: plora/
uit aĩa ueſtra a facie contumeliæ. Cum enim fueritis
paſſi cõtumeliam:tũc plorabitis:& deducẽt oculi ue
ſtri lachrymas:quia contritus eſt grex dñi. Si cõſyde/
remus ſtatum q̃uo ſit Iudæoꝝ:& cõparemus illum
antiquæ fœlicitati:uidebimus quo pacto contritus
ſit grex dñi. Fuit quippe aliq̄ñ hic grex dñi: & quia
indignos ſe iudicauerunt ſalute:conuerſus eſt ſermo
dñi ad gẽtes. Si ergo grex ille contritus eſt:nos olea/
ſter qui cõtra naturam inſerti ſumus in bonam oli/
uam patriarchaꝝ:nõne plus debemus uereri: ne &
iſte grex dñi cõteratur? Futurum quippe eſt ut aliq̄ñ
& iſte grex conteratur. Iuxta illud ꝙ a ſaluatore præ/
dictum eſt. Cum multiplicatæ fuerint iniq̄tates: tũc
refrigeſcit charitas multorum. De quibus enim hoc
dicitur:refrigeſcit charitas multorum? nonne de his
qui nuncupatur chriſtiani: de quibus hic ſermo eſt
uerũtamen ueniens filius hominis: putas inueniet
fidem ſuper terram:nonne de uobis? Icc irco proui/
deamus attentius ut per ſingulos dies iſte grex do/
mini melioretur: conualeſcat/integer perſeueret. &
omni contritione ab animabus noſtris recedente ef/
ficiamur in chriſti Ieſu. Cui eſt gloria/& Imperium
in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De his

¶ De his quæ ad Hierusalem cum ingenti cōminatione dicuntur. Homilia .X.

QVIS Parcet super te Hierusalem: aut quis cōtristabitur sup te? quis conuertetur rogare in pacem tibi? Auersata est a me dicit dñs. Retro ambulabis: & extẽdam manũ meam sup te: & disperdam te: & ultra nõ finam te: & dispergã te in dispersione. Dixi sine filiis effectus sum: egestas tenuit me: exẽplum accipiam. Hostis quispiam ac pduellis contra imperatorem huius terræ iudicatus est. Ab hoc ois misericordia aufertur: uidelicet ne dum dãnato quis miseretur: incipiat offendere condẽnantẽ. Sunt autẽ nõnulli qui adiiciunt ad seueritatẽ: ut ne cõtristetur qdem sup eo. Id magnope deuitãtes: ne per mœrorem uultus imutent iudicio regis. Si intellexisti: considera pp peccata multa a deo condẽnatũ pctõrem. Et inde quo inumerabilibus angelis humano generi præsidẽtibus: ne ab uno qdem misericordia dignus iudicet. Singuli quippe angelorũ pspiciẽtes qa deus qui condẽnauit: q creator est: qui cum aduersef: & tale esse pctũ ut misericors & clemens: quo necessitatẽ passus sit sup eum: & suiam dederit. Non pcunt: nõ cõtristanf: non miserẽtur: nõ reuertẽtur ut rogent p pacem Hierusalẽ. Igitur quia ad priora scelera ẽt hoc adiecit: ut crucifigeret dñm meũ Iesum: & in tñ con surrexit scelus: ut de ea diceret ipse saluator. Hierusalẽ hierusalem quæ occidis pphetas: & lapidas eos missos ad te: quoties uolui cõgregare filios tuos: quasi gallina quæ cõgregat pullos suos sub alas suas: & noluisti? Ecce dimittitur uobis domus ura deserta. Ideo dimissa est: & usq; ad psens tps destituta. Angeli qppe q semp auxiliabanf ei: p quos ẽt lex Moysi tradita est: dispositã p angelos in manu mediatoris: deseruerunt eam: & dixerũt. Multis facinoribus oppressa est. Iesum interfecit: in dñm nrm misit manus. Quãdiu minora peccauit: potuimus rogare p ea: potuimus obsecrare dñm: potuimus parcere ei. Sup ista qs parcat? Si peccãs peccauerit uir in uirũ: orabũt pro eo. Si aũt in dñm peccauerit: quis exorabit pro eo? Grãde piaculum cõmisit Hierusalẽ. Grãde perpetrauit nephas. Ideo in cõmotione facta est. Et df ad eã. Quis parcet sup te Hierusalem: aut qs cõtristabitur sup te? Nos nõ cõtristamur sup Hierusalẽ & calamitatibus eius: & ois populi illius. Illorũ quippe delicto nobis salus facta est ad æmulãdum eos. Et qa sic peccauit: ut uoce dñi diceref. Quis pcet sup te Hierusalẽ: & qs cõtristabitur sup te? Transcẽdam aũt ad spũalem intellectum ab humilitate lraæ: iam mihi pandẽte rõne: & uideã quo unaquæq; aĩa digna pace dei: Hierusalẽ nuncupetur. Post disciplinã qppe diuinam factus es Hierusalẽ: q prius fueras Iebus. In historia refertur qa nomen loci istius fuerit Iebus: & postea cõmutato uocabulo nũcupata sit Hierusalem. Iebus autem hebræorũ posteri tradunt interpretari conculcatam. Iebus ergo conculcata a fortitudinibus contrariis: aĩa nostra transmutata est: & facta est Hierusalem uisio pacis. Si itaq; post cõmutationem a Iebus in Hierusalem peccaueris: & sanguinẽ testamẽti: sicut quidã & tu cõem existimaueris: df & de te. Quis parcet sup te Hierusalẽ: & quis cõtristabitur sup te? Quis.n. contristabitur: si talis fueris: ut tradas Iesum? Vnusquisq; nostrũ qñ peccat: maxime q; cũ peccat ingentia: in Iesum peccat. Si autẽ recesserit a fide: hæc facit spũaliter christo: quæ corpaliter facit Hierusalem. Quãobrem quãto plus arbitramini deteriora mœreri supplicia: cum q filium dei cõculcauerit: & sanguinẽ testamẽti pollutũ duxerit: in quo sctificatus: & spiritui grãæ contumeliam fecerit: si cõculcasti Iesum filium dei: si fecisti cõuitium spiritui grãæ: qs parcet sup te? qs cõtristabitur sup te? quis reuertet rogare ea quæ in pacem sunt tibi? Ipsum Iesum q rogabat pariter & præstabat ea quæ erant in pace prodidit aĩa peccatrix. Quis põt ultra rogare? conuersus ad ea quæ sunt in pacem tibi? Sciens ergo qa impossibile eos q semel sunt illuminati gustauerunt et donum cœleste: & participes facti sunt spũs sancti: gustauerũt nihilominus bonũ dei: uirtutesq; sæculi uenturi: & plapsi sunt: renouari rursus ad pœnitẽtiam: iterũ crucifigẽtes semetipsum filium dei: & ostentui hñtes. Omni labore nitamur: ne & de nobis dicatur. Quis parcet sup te Hierusalẽ: aut quis cõtristabitur sup te: aut quis reuertetur rogare ea quæ in pacem sunt tibi? Ad utrãq; autẽ interpretationem: hoc quod sequitur cõuenit. Tu auersata es a me dicit dñs. Retro ambulabis: qa auersasti filium dei: & p hoc ẽt a deo patre recessisti. Retro ambulabis. Quid aũt necesse est manifesta replicare? Hierusalẽ quæ quõdam in Iudæa erat: a qua figuraliter uniuersi Iudæi itelligunf: qa auersata sit christũ: ideo retro ambulat. Fuit qppe tps qñ nõ ambulauerũt retro. Nũc uero ambulãt: & cõuersi sunt corde in ægyptũ: ut retro ambulent. Quid aũt sit retro ambulare: siue extendi in priora: cõsydera iustus eorũ quæ retro sunt obliuiscẽs: i priora extẽdif: pctõr posteriorũ meminit: priora nõ appetẽs. Quia aũt posteriorũ meminit: pũaricatur in legẽ Iesu dicẽtis. Ne cõuertaf retrorsum tollere uestimẽtum suũ: inobœdiẽs est dicto eius. Memẽtote uxoris Loth. Cõtẽnit iperium saluatoris. Nemo mittẽs sup aratrũ manũ: & respiciens retrorsum: aptus ẽ regno dei. In lege quoq; scriptũ est. Reperimus angelũ ad Loth egrediẽtẽ de sodomis: & dicentẽ. Ne respexeris retro: neq; steteris in tota regiõe: In mõte saluũ te fac: ne forte cõprehẽdaris. Habet & hoc intellectũ dignũ spũi dei. Ne (inqt) respexeris retro. i. ad priora extẽdere. Dimisisti sodomã: ne reuertaris in sodoma. Dimisisti uitia atq; pctã: ne regredia ris ad ea. Ne steteris in tota regione: etiã si præcedens imperium custodieris in quo df. Ne respexeris retro. Non tibi sufficiat ad salutem: nisi & subsequens obseruaueris. Nec steteris in tota regione. Nõ enim expedit incipienti proficere: ut stet in regionibus sodomorũ: etiam si sodomã trascẽdisti: & a satanæ regione discedens: incipis liber esse suppliciis: expedit ut saluteris in montem. Ne respexeris retro: nec steteris

in totá regioné. In monte saluum te fac. Ne forte cô/
prehendaris. Si uis a sodomorum ruina non compre/
hendi: ne côuertaris retro: ne steteris in regione eorum:
nec in alia pgas loca: sed cum inde discesseris ascende
montem. In quo sola salus est: môtem dñm Iesum.
Cui est gloria/ & impium/ in saecula saeculorum. Amé.

¶ De eo quod scriptum est. Heu mihi/ ego mř & c̄.
Homilia undecima.

m EDICI Corporum aegrotantibus as/
sistentes: & iuxta disciplinam artis suae
uolentes curare eos qui in infirmitati/
bus constituti sunt: uident tristia: inin
cunda ptractant: & in alienis calamita
tibus: moerore proprio conficiuntur. Semper enim
conuersatio eorum in gemitu semper in curis est: nunq̄
cum laetis consortium habêt. Cum uulneratis/ cum
his quorum carnes incômodis uariis debilitantur: qui
febribus aestuant: qui dolore torquentur: iugi serui/
tio pseuerât. Et si quis eorum uult implere medicinam/
non indignatur: nô obliuiscitur propositi artis suae:
postq̄ cum his fuerit quos sermo praefatus est. Haec
iccirco in proximo diximus: qa & prophetae medici
sunt quodâmodo aiarum: & illuc semp ire iubebâtur:
ubi languêtes erant. Non enim necesse hñt sani me/
dicum: sed hi qui se male hñt. Quod autem a luxu/
riosis aegrotantibus medici patiuntur: hoc sustinêt
prophetae ac magistri: ab his qui curari nolût. Odio
quippe hñtur quasi precipientes aduersum desyde/
ria languentium: quasi prohibentes delitiis: & cibis
uariis uti eos qui cum sint infirmi: nolunt infirmo/
rum escis uesci. Fugiunt ergo inoboediêtes languen/
tes medicos: & maledictis/ atque iniuriis repellunt ea
quae prorsus his faciunt: quae faciat: qui sit nimis &
hos cibus suis. Obliuiscuntur enim eos quasi inimi/
cos uenire: id tñmodo desyderâtes qûo dolores &
uictus parsimonia ex eorum dispositiôe nascantur.
Quomodo ferro corpora secent: & execrantur eos
quasi auctores tantorum cruciatuum: & non sanitatis/
quae ex doloribus redditur. Populus igitur aegrota/
bat uariis lâguoribus: misit illis medicos prophetas
deus. Vnus ex medicis/ & Hieremias fuit: corripiens
peccatores: & conuertere uolens a uitiis ad uirtutes.
Illi uero cum deberent ea quae dicebant audire: ecô/
trario accusabant pphetam apud iudices similes sui.
Ex quo factum est: ut semp in calûniis/ & in tristitiis
fuerit Hieremias eorum peruersitate. Qui quantum in
se fuit curati erant. Iuxta ppriam aût incredulitatem:
adhuc aegrotabant. Istiusmodi aliquando loquitur:
& dicit. Non loquor: neque nominabo nomen do/
mini. Et factum est ut ignis ardens in ossibus meis:
& dissolutus sum undique: & ferre non possum. Ali/
qñ autem uidens se semper maledictis/ clamoribus:
iniuriis insectari: heu mihi (inquit) ego/ mater ut qd
me genuisti uirum qui iudicer & discernar omni ter/
rae? Et quia aegrotâtes bene se consulentem/ & iuxta
medicinae disciplinam audire contêpserant: non p/
sui inquit. Rursumque qa illos spales pecunias cômo/
dante/ auditores accipe noluerant: ut utilitatem con/
sequerentur: & fructus ex his quae acceperât/ redde/
rent: ait. Neque profuit mihi quisq̄. Verum haec antici
pans/ locutus sum: priusq̄ exponerem. Non profui:
neque profuit mihi quisq̄. Duplex qppe scriptura est.
Nam in multis exemplaribus continetur. Non pfui:
neque profuit mihi quisquâ. In his uero quae ueriora
sunt: & cum hebraeis côsonant. Non debui: neque de/
buit mihi quisquâ. Oportet igitur & ad id quod in
usu est/ atque in ecclesiis legitur exponere: & hoc q in
hebraeis codicibus inuenitur: intactum nou praete/
rire. Praedicauit Hieremias mandata diuina. Nemo
his quae praedicabâtur attendit. Quamobrem quasi
medicus/ libens/ ac promptus: medicamina languê/
tibus tribuit. Et ille non sm artificium curantis/ sed
iuxta uolûtatem suam agentibus/ dicit. Non profui:
neque profuit mihi quisq̄. Quodâmodo enim bñfi/
cium consequtur ipse qui curat: si fructum laboris sui
in aegrotâte conspiciat: & per laetitiam mêtis/ & ipse
consequitur utilitatem. Scdm illud q alibi dicitur.
Beatus qui loquitur in aures audientium. Hanc igi/
tur utilitatem quam côsequitur magister ab audito/
ribus suis si pficiant audiendo: dum fructus ex salu/
te eorum. Quodâmodo & id Hieremias Iudaeis non
habere se dicit. Non profuit mihi quisq̄. Si enim de/
bet auditoribus prodesse q loquor: auditores uero
quae dicuntur abiiciunt. Et ego dico. Non pfui: neque
profuit mihi quisq̄: qa hanc utilitatem non sum cô/
secutus: quá côseqtur in his qui bnûs efficit: dum in
aure loqtur audiêtium. Pôt aût & aliter itelligi. Qui/
cunque discipulis pcipit: si igeniosos/ & ardêtis natu/
rae hêat auditores: quâto plus pcipit: tâto plus pro/
ficit illis. Interrogantibus/ & de eo q dicit saepe quae/
rentibus q sit sensus in dicto qs ordo/ quae scripti uo
lûtas. Vñ côtrariis ait. Nô pfui/ neque pfuit mihi qsq̄.
Quia aût & alia nobis expositio residua est: pp exê/
plaria certiora: in qbus côtinetur. Nô debui: neque de/
buit mihi quisq̄. Et hunc locum côsyderemus: q oi/
bus oia restituit. Cui uectigal uectigal. Cui timorem
timorem. Cui tributum tributú. Cui honoré hono/
rem: & uniuersis oia repsentat: nulli debens aliquod
officium. Verbi gfa. Honorás parêtes/ ut parêtes: fra
tres ut fratres: filios/ ut filios: epos/ ut epos: praesby/
teros/ ut psbyteros: diaconos/ ut diaconos: fideles/
ut fideles: cathecuminos/ ut cathecuminos. Si oibus
oia reddat: nulli debet officium. Si uero reddere de/
bet: & nô reddet: non pôt dicere nô debui. Cum. n.
debuerit: nô exoluet. Quod aût sequitur. Nô debuit
mihi qsq̄. Sic itelligêdum est. Ego qdé foeneraui: &
uolui spales pecunias cômodare: sed illi auerterunt
aures suas ab his quae dicebâtur: neque uoluerût prae/
bere se dociles: ut mihi deberêt quae audiebant. Iccir/
co non debuit mihi quisquâ. Siquis enim uoluerit
sermones q dicunt audire: debitor fit eorum: & q̄si de/
bitor ét usuris exiget: ex quo magis expedit audito/
ribus accipe disciplinae uerba cû foenore: & fieri de/
bitores: q̄ nô accipe/ nec debere. Accusant qppe tales:
dicente

dicēte propheta. Nec debuit mihi quisq̄. Quod aūt
ait. Heu mihi/Ego mater quasi: quem me genuisti
uirum: qui iudicer/& discernar omni terræ? Non sic
existimo cōuenire aliis pphetis/ut Hieremiæ. Multi
siquidem pphetarū post aliquod spatium: post ma/
litiam/post peccata cōuersi: pphetare cœperūt. Hie/
remias uero a puero sumpsit uaticinationis exordiū.
Et huius rei possumus de scripturis accipe testimo/
nium. Hesaias nō audiuit. Anteq̄ te plasmarē in ute/
ro noui te: & anteq̄ exires de uulua sctificaui te: & p/
pheta in gētibus posui te. Neq̄ ait: nescio loqui: q̄m
iuuenis ego sum: sed uisione sibi reuelata/ait. Væ mi/
hi miser q̄m ego cōpunctus sum: quia imunda labia
hñs/in medio populi imunda labia hñtis ego habi/
to: & regem dñm sabbaoth uidi oculis meis. Et mis/
sum est ad me unū de Seraphin: & tetigit labia mea:
& dixit. Ecce abstuli iniquitates tuas: & pctā tua pur/
gaui. Post pristina igitur peccata: dignus effectus est
scō spiritu Hesaias/& pphetauit. De aliis quoq̄ simi/
lia si quæras repperies. At nō talis Hieremias. Ab ip/
sis enim incunabulis scō spiritu plenus pphetare or/
sus est: ppter q̄ ait. Scd̄m cōem quippe sensum: pri/
mum debemus exponere. Heu mihi/Ego mater q̄si
quem me genuisti uirū/qui diiudicer/& discernar ab
omni terra. Quidam aūt hunc locū interpretans ait
prophetam nō ad matrē corpalem hæc locutū fuisse:
sed ad eam quæ generet pphetas. Nec aliam esse ma/
trem pphetarū: nisi sapiam dei/ad quam ait. Heu mi/
hi ego mater quasi quē me genuisti o sapia. Filios ue
ro sapientiæ & alibi legimus: scriptura dicēte. Emittit
sapientia filios suos. Heu mihi itaq̄ ego mater mea
sapientia: quasi quē me genuisti uirū/q iudicer. Quis
ego sum qui in hoc natus sum/ut iudicer atq̄ discer
nar? propter increpationes/propter correptionem/
propter magisterium: dum corrigere nitor habitātes
sup terram. Si Hieremias dicit/quasi quē me genui/
sti uirū/q iudicer/& discernar ab omni terra. Nō pos/
sumus exponere q̄d sit ois terra: neq̄ eniꝫ ab oi terra
diiudicatus est Hieremias: nisi forte uiolenter scriptu
ram trahētes/dicamus: positū esse omni terræ: pro oi
Iudæa. Nec dum q̄ppe pphetia eius illo tpe in uni/
uersam terrā puenerat. Nisi forte sicuti & in aliis mul
tis locis oñdimus Hieremiam pro dño nr̄o Iesu chri
sto positū: sicet in p̄nti loco iterpretamur. Annotaui/
mus in principio huius libri dcm̄: pphetam in gen/
tibus posui te: & regna eradicare/& subuertere/& dis/
perdere/& ædificare: & plātare. Hieremias ista nō fe/
cit: sed Iesus dñs meus: q eradicauit regna peccati: &
ædificatione neq̄tiæ subuersa: fecit in aiabus nr̄is iu/
stitiam ueritatēq̄ regnare. Quomō igitur magis illa
conueniunt christo/q̄ Hieremiæ? Sic arbitror & alia
plura: & hæc quæ nūc dicuntur ad dñm referenda.
Et primum quidem uidēdum est: an possit id quod
incōgruum/& blasphemum uidetur esse: si referatur
ad dñm: idest. Heu mihi/heu mr̄: saluator noster di/
cit miserans aliorum. Ad quod probādum exiben/
da sunt testimonia quæ manifeste nulli alii apta sint/
nisi saluatori: quomodo fleuerit sup Hierusalem: &
dixerit. Hierusalem/hierusalem/quæ occidis prophe
tas: & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quotiens uo/
lui congregare filios tuos. & reliqua. Necnon & illa
quæ manifeste a saluatore dicuntur. Heu mihi: q̄m
factus sum sicut qui colligit stipulam in messem: &
sicut racemum in uidemiam: cum nō supsit botrus
ad manducādum primitiua. Heu mihi aīa quia periit
reuerēs a terra: & q corrigat inter hoies non est. Oēs
in sanguinem iudicantur. Venit enim ut meteret fru/
ctus: & quasi stipula est in segete repta: ppter pluri/
mos peccatores ait. Heu mihi q̄a factus sum sicut q
colligit stipulā in messem. Venit uindemiare botros
uitæ in hoibus: & imensis. sceleribus inuentis/dicit.
Et sicut racemus in uindemia: cum nō supsit botrus
uuæ ad manducandum primitiua. In alio quoq̄ lo/
co similia his ad p̄sem loq̄tur dicens. Quæ utilitas
in sanguine meo/dum descendo in corruptionem?
Quid tantope in hoibus p̄sui: qui sanguinē meum/
quem fudi pro eorū salute mihil fecerunt? Quæ utili/
tas in sanguine meo/dum descendo de cœlis? dum
uenio in terram: dum cōtumeliis afficior: dum port/
to corpus humanum: quid his oibus dignum inter
hoies ppetratum est? quæ utilitas in sanguine meo
dum descēdo in corruptionem? Nunq̄d confitebit
tibi puluis aut annūciabit ueritatem tuam? Tale er/
go est hoc q̄ in Hieremia dicit. Heu mihi ego mater
quasi quem me genuisti uirum. Nō iuxta id q̄ deus
saluator dicit. Heu mihi mater: sed iuxta id q̄d est: si/
cut & in alio ppheta. Heu mihi (inquit) aīa: quia pe
riit timoratus a terra. Aīa autem hois est quæ cōtur/
batur/& tristis est usq̄ ad mortem: non uerbum q̄
erat in principio apud deum: q̄ nunq̄ metuit: nunq̄
turbatū est: nunq̄ dixit heu mihi. Neq̄ enim uerbum
sustinet mortem: sed homo qui istos patitur affectus
ut sæpe exposuimus. Quasi quem me genuisti uirū:
qui iudicer/& discernar oi terræ. Si cōsyderes ubiq̄
martyres condēnatos: & de singulis ecclesiis exhibi/
tos ad tribunal: uidebis quō per singulos martyres:
Iesu condēnetur. Ipse enim est qui in phibentibus di
gnitati testimonium iudicatur. Et hoc fideliter susci/
piens: quia non te dixerit esse in carcere/cum fueris in
carcere: non te esurire/cum esurieris: non te sitire/sed
semetipm. In carcere (inquit) fui: & uenistis ad me.
Esuriui/& dedistis mihi mādurcare: sitiui/& potastis
me. Itaq̄ etiam si condemnatur christianus/nō pro
alia tamen re: neq̄ pro sceleribus suis: sed pro hac tm̄
q̄ christianus est: christus est qui condemnatur. Ex
quo efficitur ut in omni terra condemnetur Iesus.
Quotienscunq̄ is addicitur qui pro eo condemna/
tur: non solum autem apud iudices sæculi/& tribu/
nalium potestates: christus auditur. Sed etiam si ca/
lūniam christianus ab aliquo patitur/& prouocatur
ad litem: tūc quoq̄ christus diiudicat iniuste. Quasi
quem me genuisti uirū: q iudicer/& discernar ab om/
ni terra. Possumus & aliter intelligere/quomō Iesus
christus condemnetur/& diiudicetur in omni terra.

Quis improboꝝ non condemnat christianam reli/
gionem? quis gẽtilium saltem trãsitorie non excutit
eam? quis Iudæoꝝ nõ de christianis loquitur? quis
de philosophis? quis de iperitis? ubiq; christus con/
demnatur/atq; discernitur: & ab aliis qdem cõdem/
natur: ab aliis nõ condẽnatur. Si autẽ cõdemnaẽ ex/
cipitur. Aperies ei hostium: ingreditur ad te. Credis
in eum: & uertitur tecũ. Si uero de religione audiens
christiana: nõ cœperis eam: nihil aliud facies q̃ condẽ
nas Iesum ut mẽdacem ut seductorẽ: in errorem mũ
dum trahentẽ. Quasi quem me genuisti uirꝝ qui iu/
dicet/ & discernat omni terræ. Quicũq; penitus ei nõ
credunt cõdemnant illum: qui aũt credũt/ & adhuc
ambigũt/ diiudicãt illum. Duo igitur apud hoies pa
titur christus. Ab incredulis cõdemnaẽ: ab ambigen
tibus discernitur. Si portas imaginẽ cœlestis: depo/
sita imagine terreni: nõ est terra condẽnãs eum: neq;
in terra in qua iudicatur/ atq; discernitur. Virtus mea
defecit in his qui maledicũt mihi. Apostolus loqtur
de saluatore nr̃o: q a crucifixus sit ex infirmitate. Cui
propheta similia testatur. Dñe quis credidit auditui
nr̃o: & brachium tuũ cui reuelatum est? Annũciaui/
mus corã eo: sicut infans: sicut radix in terra sicienti.
Non est spẽs ei/ neq; gloria. Vidimus eum: & nõ ha/
bebat spẽm/ neq; formã: sed spẽs eius inhonorata &
deficiens citra filios hoium. Homo in plaga/ & do/
lore: sciens ferre ĩfirmitatẽ: quia auersa est facies eius.
deprædatus est: nec cõputatus. Hic pctã nostra fert:
& ꝓ nobis dolet: & nos æstimauimus in doloribus
eum esse/ & in plaga & uexatione. Ipse aũt uulnera/
tus est: & infirmatus est ꝓpter iniqtates nostras. Do/
ctrina pacis nostræ sup eum: & liuore eius/ nos sana/
ti sumus. Igitur suscepit infirmitates pctõꝝ nostro/
rum: & portauit nos: & uenit ad eos q maledicebãt
sibi: & uirtus defecit ab eis qui maledicebant e cœle/
stibus descendentem. Simul enim ut assumpsit serui
formã: uerbum caro fcm̃: exinaniuit se. Et iuxta Apo
stolum dicentem. Euacuauit seipm̃: formã serui acci/
piens. Nũc quoq; loqtur. Virtus mea defecit in his q
maledicunt mihi. Videamus aũt/ ipso nobis sensum
tribuẽte/ sermonẽ. Possumus & aliud qd manifestius
ab his q̃ dcã sunt dicere. Erat lux uera q̃ illumĩat oẽm
hoiem uenientẽ in hũc mũdum. Lux uera filius dei
est: quæ illuminauit oẽm hoiez uenĩetem in hũc mũ
dum. Quicũq; rõnalis est: pticeps ueræ lucis efficiẽ.
Rationabilis autem est ois homo. Cũ igitur oẽs ho/
mines rõnabiles sint: in qbusdam uirtus rõnis auge/
tur: in qbusdam minuitur. Si uideris animã uitiis/ &
ꝑturbationibus feruentem: uidebis qũo uirtus uerbi
deficiat in eam. Si uideris aiam sanctã/ & iustam: ui/
debis ut per singulos dies uirtus dei perficiat/ & cre/
scat in ea. Et hoc qd̕ scribitur de Iesu aptabis ei. Neq;
enim tm̃modo Iesus proficiebat sapientia/ ætate/ &
gratia apud dominũ/ & homines/ uerum & in sin/
gulis profectum sapientiæ/ & ætatis/ & gratiæ reci/
pientibus. Profecit Iesus sapientia/ ætate/ & gr̃a apud
deum/ & hoies. Sermo ergo filius dei qui erat deus
uerbum: qui habitabat in dicẽte. Heu mihi/ Ego ma/
ter: & reliqua. Iuxta naturam maiestatis suæ loqtur.
Virtus mea defecit in maledicentibus mihi. Siqs ma/
ledixerit uerbo ĩstatim recipit uicem: & tormenta ꝑ/
petitur. Virtus qppe Iesu defecit ĩ eo: ratio minuitur.
Siquis ecõtrario bñdixerit/ & receperit Iesum: uirtus
eius diuersum q̃ est in maledicẽtibus ei: passa perpe/
titur. Vt enim in maledicentibus defecerat: sic in be/
nedicentibus crescit. Fiat dñe dirigentibus eis: si non
astitit tibi in tempore maloꝝ meoꝝ: quid est hoc q
d f. Fiat dñe? Qui potest ex ipso sermone consyderet
his ipsis dñe dirigẽtibus qui maledicebãt mihi. Vir/
tus quæ deficiebat in eis: fiat in eis: cum ad pœniten
tiam conuersi: post maledicta qbus me sequebãtur:
ambulare cœperunt rectam uiam. Fiat dñe dirigenti/
bus eis: si non astitit tibi. Reddit rõnem quare his q
maledicebant sibi postulet directionem/ atq; uirtu/
tem dicẽs. Si astitit tibi tpe maloꝝ meoꝝ. Astitit p fi
propitiatio pro peccatis nr̃is: & deprecatus eum in
tpe maloꝝ nr̃oꝝ. Neq; enim astitit propter tempus
afflictionis nr̃æ: sed cum adhuc peccatores essemus:
Iesus christus pro nobis mortuus est. Si astitit tibi in
tempore maloꝝ meoꝝ: & in tpe tribulationis eoꝝ:
eo surgat inimicus. Ego astiti tibi ꝓ eis. Quis autem
est inimicus noster nisi zabulus qui tribulat nos: &
iugo seruitutis præmebat? Aduersum quem astitit
patri saluator: & de captiuitate nos liberans: reddidit
libertati. Hæc prophetice dñs dixerit. Potest autem
& propheta eadem dixisse pro populo: & in tempo/
gentibus pati/ nihil horum reputamus: & ideo nos uocatos ut illi incitent ad zelum: uidentes seruos aliquando liberos: & ignobiles aliquando/ nunc deificos. Si autē illi tanta passi sunt: quanto magis nos si peccauerimus/ peiora patiemur: in quibus mæchabatur habitatio Israel/ Dimisi eam: & dedi illi libellum repudii in manus eius. Et non timuit præuaricatrix Iuda hæc quæ fecit habitatio Israel: quia dimisi eā: & dedi illi libellum repudii. Non timuit præuaricatrix Iuda: ne & ipsa propter peccata sua similia sustineret. Siquis nuper emptus: domū emptoris & dñi fuerit ingressus: sciscitatur ab aliquo conseruo: quis de prioribus seruis ostēderit: dñm qd promeruerit: & si noluerit in dño dñi perseuerare: cauet ea facere quæ eos fecisse audiuit: qui uerberibus/ & tormētis/ & relegatione digni exstiterūt. Deinde diligentissime inquirēs quid fecerint illi: qui libertatem a dño meruerūt: omni labore nitit ut ea faciat quæ eos fecisse cognouit. Et nos itaq; qui non eramus serui dei: sed idolorū & dæmonum: & postea ex gentibus congregati credimus in christo: legamus scripturas: uideamus quis iustificatus: quis offenderit deū. Et cum oi obseruatione nitamur ea facere: quæ iustos legimus fecisse. Et caueamus in hæc incidere: in quæ inciderunt hi q traditi sunt captiuitati: & eiecti de hæreditate dei. Et nō timuit præuaricatrix Iuda/ & abiit/ & fornicata est ēt ipsa post fornicationem/ in qua primus corruit israel. Fornicata est ēt Iuda. Et facta est fornicatio eius in nihilū. Et mæchabatur lignū/ & lapidem. Quādo peccamus duro contra deum corde: nihil aliud facimus: nisi lapidem fornicamus. Quādo in uoluntate peccamus: mæchamur subtus omne lignū nemorosum. Et in his oibus nō est conuersa ad me præuaricatrix Iuda ex toto corde suo: sed in mēdatio. Et nos cōuersi sumus ad deum. Sed quia nō ex toto corde cōuersa dr. Non est cōuersa ad me præuaricatrix Iuda ex toto corde suo. Neq; uero ait. Nō est conuersa ad me præuaricatrix iuda: & tacuit. Sed nō est (inqt) cōuersa ad me præuaricatrix Iuda ex toto corde suo: uerum in mēdatio. Vt ostēderet eos qui cōuertūtur: si nō ex toto corde cōuertantur: in mendatio/ nō in ueritate conuerti. Quapropter legamus ueteris testamenti historias/ & pphetas. Et si quos iustificatos inuenerimus/ enitamur ea p quæ illi iustificati sunt. Legamus euangelia/ & omne nouū testamētum: Legamus apostoli Pauli epistolas uniuersas. Scribamus in cordibus nris/ uiuentes iuxta præcepta cœlestia: ut non tradatur & nobis libellus repudii. Sed hæredes efficiamur cū christo Iesu: & plenitudine gētium ecclesiam dei introeūte/ nouissimus saluet Israel. Scdm illud eloquium. Cum autem plenitudo gentium introierit: tuc omnis Israel saluus erit. Et fiet unus grex & unus pastor docens in cōmune populum suum magnificare omnipotētem deum: cum christo Iesu. Cui est gloria/ & imperium in sæcula sæculorū. Amen.

¶ Explicit tractatus Origenis super Hieremiam prophetam.

¶ Præfatio. S. Hieronymi præsbyteri in tractatum Origenis super Ezechielem prophetam.

m Agnum est quidem amice quod postulas: ut Origenem faciam latinum: Et hominem (iuxta didimi uidentis sententiam) alterum post Apostolum ecclesiarū magistrum: ēt romanis auribus donem. Sed oculorū (ut ipse nosti) dolore cruciatus: quem nimia impatiens lectione cōtraxi: & notariorū penuria: quia tenuitas hoc quoq; subsidium abstulit: quod recte cupis tam ardēter (ut cupis) implere nō ualeo. Itaq; post. xiiii. homilias in Hieremiā: quas iam pridem cōfuso ordine interpretatus sum: Et has. xiiii. in Ezechielem: per interualla dictaui. Id magnopere curans: ut idioma supradicti uiri: & simplicitatem sermonis: quæ sola ecclesiis prodest: ēt translatio cōseruaret. Omni rhetoricæ artis splendore cōtempto. Res quippe uolumus nō uerba laudari. Et illud breuiter admonens/ ut scias Origenis opuscula in omnem scripturam esse triplicia. Primum eius opus excerpta sunt: quæ græce scolia nuncupantur. In quibus ea quæ sibi uidebantur obscura/ aut quæ habere aliquid difficultatis: summatim breuiterq; perstrinxit. Secundum homiliaticū genus/ de quo & pñs interpretatio est. Tertium φ ipse inscripsit thomos: nos uolumina possumus nuncupari. In quo opere tota ingenii sui uela/ spirantibus uentis dedit: & recedens a terra: in medium pelagus aufugit. Scio te cupere ut omne genus transferam dictionis. Præmisi causam cur facere non possim. Hoc tamen spondeo: quia si orante te Iesus reddiderit sanitatem: non dicam cuncta (quia hoc dixisse temerarium est) sed permulta sim trāslaturus: ea lege qua tibi sæpe cōstitui: ut ego uocem præbeam: tu notarium. Vale.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit tractatus Origenis sup Ezechielē pphetā.

¶ De captiuitate populi israel: & Ioachin rege iuda: & de uisione Ezechielis prophetæ. Homilia. I.

n ON OMNIS Qui captiuus est: propter peccata sustinet captiuitatem. Nam cum multitudo causa peccati derelicta fuerit a deo: & captiuitatem sustinens comprehensa sit a Nabuchodonosor: atq; eiecta de terra sancta: in Babyloniam usq; perducta sit: pauci tamē iusti qui erant in populo/ non ob culpam suam sustinuerunt captiuitatem: sed ob id ne peccatores qui fuerant iugo captiuitatis oppssi: omnino subsidium nō haberent. Fingamus quippe peccatoribus in Babyloniam abductis. Iustis in antiqs finibus resedisse. Fiebat ut nunq̄ peccatores remedium cōsequerētur. Disposuit igitur clemēs/ & benignus/ & hominum amator deus: inter supplicia quibus peccatores punit: etiam uisitationis suæ miscere pietatem. Nec immoderata pœna miseros premeret. Semper talis est deus. Non excruciat nocentes: sed quasi pius pater tormētis clementiam sociat. Si autem uis agnosce/

te uera esse quae dicimus. Vide quid acciderit aegy/
ptia fame: si noluisset interficere tm̃ aegyptios/& pu/
nire cruciatos in septēnali fame: fecisset utiq; qd' uo/
luerat. Et neq; Ioseph in aegyptum descendisset: neq;
Pharao uidisset somnium de his quae in aegypto fue
rant euentura: nec regi fuisset ostēsum a principe ui/
nariorum esse quēdam clausum in carcere: qui pos/
set regi somnium interpretari. Nūc uero (ut cernis)
deus flagellat quasi pater/parcit aūt nō solum israeli/
tarum & aegyptiis: cum alieni sunt ab eo: ꝓpter pro/
priam mā̄suetudinem. Et manifestum est quia boni
dei opus super eos exerceat. Dum Ioseph descendit
in aegyptum: dum Pharao sōniis admonetur. Dum
princeps uini interpretem indicat: dum iterpres dis/
serit uisa: atq; ita ubertatis tempore frugibus congre/
gatis: posterioris famis penuria uincitur. E quibus
omnibus perspicuum est: non esse imoderatam iram
quae ab haereticis in creatore rephenderunt: potera/
mus equidem multas historias retexere ad haec pro/
banda quae dixi: sed ne uidear a proposito recedere.
Compendium facio sermonis. Propositum quip/
pe mihi est explanare de eo: quod ꝓpter peccata sua
captiuus abductus sit populus Israel. Et ne forte ali/
quis arbitretur: peccatores a deo traditos: ab eo ul/
terius non gubernari: & semel in captiuitatem reda/
ctos: ultra dispēsationem eius/& misericordiam nō
mereri: praesentem locum diligentius cōsyderemus.
Daniel non peccauit: Ananias/Azarias/& Misael a
peccato immunes fuerunt: & tamē captiui effecti sunt:
ut ibi positi: captiuum populum consolarentur: &
per exhortationem uocis suae/poenitentes in Hieru/
salem restituerent castigatos/pro tempore. Septua/
ginta quippe annis seruitutis supplicia pepēderunt.
Ac sic deinde in sedes proprias reuersi sunt: qa san/
ctus prophetarꝫ sermo: dilectos aios subleuauerat.
Verum nō solum hi quattuor in captiuitate prophe/
tae extiterunt: & Ezechiel unus ex eis. Et Zacharias fi
lius Barachiae/captiuitatis tempore sub Dario rege
cecinit. Inuenimus etiam Aggeum: multosq; alios
prophetarum: hisdem prophetasse temporibus. Ex
quibus indicatur/deum nō tm̃mō punire peccātes:
uerꝫ & misericordiam miscere suppliciis. Quod si
dubitas: audi uoces/tormenta patientium: quomo/
do sacratim & in cruciatibus suis: cloementiam dei
eloquantur. Cibabis nos pane lachrymarum: & po/
tabis nos in lachrymis imensuram. Non ait indiffe/
renter in lachrymis: sed in lachrymis imēsuram. Mi/
sericordia quippe dei in pōdere: si non esset utile cō/
uersioni peccātium adhibere tormenta peccantibus:
nunq̄ misericors & benignus deus poenis scelera pu
niret. Sed quasi indulgētissimus pater ad hoc corri/
pit filium/ut erudiat: quasi prouidentissimus magi/
ster: seueritate frontis/lasciuum discipulum castigat:
ne amari se sentiens: pereat. Vide Salomonem sapiē/
tissimum omnium: quid de dei correptionibus su/
spicetur. Fili noli esse animi in disciplina dei: neq; de/
ficias correptus ab eo. Quem eniꝫ diligit dominus/

corripit: flagellat autem omnē filium quem recipit.
Nullus est enim inquit Apostolus filius: q cum pec/
cauerit: non flagelletur a patre. Et ad hoc mirabiliter
addidit/dicens. In disciplina perseuerate. Tanquā fi/
liis nobis offert se deus. Quis enim filius quem non
corripit pater? quod si extra disciplinam estis. Cuius
participes facti estis? Omnes ergo adulteri/& non fi
lii estis. Sed sit forsitan aliquis/qui ipse nomine irae
offensus/criminetur eam in deo. Cui respōdebimus:
nō tam iram esse iram dei: quam necessariam dispen/
sationem. Audi quod sit opus irae: ut arguat: ut cor/
rigat/ut emendet. Domine ne in ira tua arguas me:
neq; in furore tuo corripias me. Qui haec loquitur/
scit furorem dei nō esse inutilem ad sanitatem: sed ad
hoc adhiberi: ut curet aegrotantes: ut emendet eos q
sermonem eius audire cōtempserunt: & iccirco nūc
dep̃catur: ne de talibus remediis emendetur: ne cum
poenali medella recipiat pristinam sanitatem. Quasi
si seruus iam iter flagella positus/dominum p̃cetur:
remittens ei/se imperata facturum. Et dicat. Domine
ne in ira tua arguas me: neq; in furore tuo corripias
me. Omnia quae dei sūt/bona sunt: & meremur cor/
ripi. Ausculta quid dicat. Arguam eos in auditu an/
gustiae eorum. Ideo audiuimus ea quae tribulatiōis
sunt: ut emēdemur. In maledictis quoq; leuiticis scri
ptum est. Si propter ista nō oboedierint: neq; cōuer/
si fuerint ad me: apponam eis plagas septē sup pec/
cata eorꝫ. Si autem & post haec cōuersi non fuerint:
emēdabo eos. Oia dei quae uidentur amara esse: ad
eruditionem/& remedia ꝓficiūt. Medicus est deus:
pater est deus: dn̄s est/& nō asper: sed lenis est dn̄s. Si
ueneris ad eos qui puniti sunt fm eloqa scripturarꝫ:
Compones scripturas scripturis: ut & te Apostolus
docet. Et uidebis ibi esse dulcissima: ubi amarissima
aestimētur. Scriptum est in propheta. Nō uindicauit
bis in idipm in iudicio. Vindicauit semel in iudicio
per diluuium. Vindicauit semel in iudicio sup Sodo
mam/& Gomorrā: Vindicauit semel in iudicio sup
Aegyptum: & sexcēta milia Israel. Noli aestimare qd'
haec ultio poena tm̃ fuerit petōribus: quasi post mor
tem/& supplicia/iterꝫ a supplicio excipiendas: puniti
sūt in pn̄ti: ne in futuro iugiter puniretur. Cerne pau
perem in euāgelio/squalore & penuria p̃mi: & postea
in Habraam sinu requescit: recepit mala sua i uita sua.
Vn̄ scis an recepint q in diluuio sunt necati mala sua
in uita? Vn̄ nosti utrꝫ restituta sint Sodomae/& Go/
morrae/mala sua in uita sua? Audi testimōia scriptu/
rarꝫ. Vis testamenti ueteris. Disce. Vis noui Edocere?
Restituetur Sodoma in antiquum. Et adhuc dubi/
tas an bonus sit dn̄s puniēs Sodomitas? Tolerabi/
lius erit terrae Sodomorꝫ/& Gomorreorꝫ in die iu/
dicii: dicit Iesus miserās Sodomitarꝫ. Benignus ergo
est deus: Cloemēs est deus. Solem suum uere oriri fa
cit sup bonos/& malos/& pluit uere sup iustos/& i/
iustos. Non solum hunc quem oculis cernimus so/
lem: sed & illum solem qui oculis mentis aspici/
tur. Ego malus eram: & ortus est mihi iustitiae sol:

ego malus eram:& uenit super me pluuia iustitiæ.
Bonitas dei est etiam in his quæ amara æstimantur.
Igitur in captiuitate constitutus est propheta. Et cer/
ne quem uideat:ne dolores sentiat captiuitatis:deor/
sum uidet labores:sed sursum eleuans oculos : aper/
tos suspicit coelos. Cernit sibi reserata coelestia/uidet
similitudinem gloriæ dei. Videt quattuor aïalia:de
quibus multus sermo/& difficilis iterptatio est.Cer/
nit aurigam quattuor aïalium. Cernit rotas se inui/
cem continẽtes. Auriga quattuor aïalium nõ totus
est igneus : sed pubetenus a pedibus : & exinde usq;
ad summum electri fulgore rutilat. Nõ enim solum tor
menta habet deus:sunt in eo etiam refrigeria. Punit
pctõres/sed p ea ministeria quæ deorsum sunt. Neq;
enim ꝓpheta ignem uidit in capite/aut in his mem/
bris quæ a lumborꝫ confinio ad summa consurgunt
(Igneus est enim deus) sed a renibus usq; ad pedes/
ut demõstret eos qui in generatione uersantur:igne
idigere. Renis quippe coitus significatio est. Adhuc
in lumbis Habraam pr̃is erat leui:qñ occurrit ei mel/
chisedech. Et in psalmo dr̃. De fructu lumbi tui/po/
nam sup sedem meam. Igneus est a renibus usq; de/
orsum deus. Generationis enim & libidinis opera:
geẽnæ suppliciis corripiũtur. Igneus est deus:sed nõ
totus est igneus. Supiora eius electrũ sunt. Electrum
nõ solum argẽto/uerꝫ & auro est p̃ciosius. Electrum
autem pro exẽplo fulgoris scriptura posuit. Non q
deus uere electrum sit/& qũo nõ est tale electrũ deus
quale uidebat:sic nõ est talis ignis : qualis a renibus
usq; ad pedum finem apparuit. Ignis iste consumit:
& nõ est appositum quid cõsumat. Vt tu quærens
repperias/quid sit illud:quod a dei igne cõsumitur.
Deus noster ignis cõsumẽs est. Quid cõsumit ignis
iste? non ligna quæ cernimus:nõ sensibile foenum/
nõ stipulam quæ uidetur. Sed si superædificaueris
fundamẽto christi Iesu opera peccati ligna:opa pec/
cati foenum:opera peccati inferiora stipulam. Venit
hic ignis/& uniuersa ista examinat. Qui est ignis iste
quem lex prædicat/& euãgelium non tacet? Vniusc/
cuiusq; opus q̃le sit:ignis probabit. Quis est (o Apo
stole) ignis iste qui probat opa nostra? Quis est iste
ignis sic sapiens:ut custodiat aurum meum : aut ar/
gentum meum splendidius ostendat? Vt illæsum re/
linquat eum:qui in me est lapidem p̃ciosum. Vt ma/
le tm̃ cõsumat quæ feci / quæ superædificaui/ligna/
foenum/stipulam. Quis est iste ignis? & ignem ueni
mittere super terram:& quid uolo nisi ut attẽdatur?
Iesus christus dicit. Quem uolo ut iam accendatur.
Bonus enim est : & nouit quia si ignis iste fuerit ac/
census malitia cõsumabitur. Scriptum est in prophe
tis. Sanctificauit eum in igne ardenti:& uorauit tan/
q̃ foenum syluam. Et rursum. Emittet dñs sabbaoth
in tuum honorem/cõtumeliam : & ĩ tuam gloriam
ignis ardens accẽdetur:idest/ut tu glorificeris. Emit/
titur ignis in opera peccatorum tuorum. Vis adhuc
a prophetis discere? Quia ea tormenta boni dei sint
ad utilitatem eorum qui & sustinent cõstituta. Au/
scultа eundem prophetam dicentem. Habes carbo/
nes ignis : sedebis super eos:hi erunt tibi adiutorio.
Hæc oportebat abscondere/& in medium non pro/
ferre. Sed hæretici nos impellunt ut cælanda effera/
mus in publicum/quia tecta sũt apud eos:q̃a adhuc
paruuli iuxta animæ ætatem sunt:qui metu idigent
magistrorꝫ:qui minis/& terroribus corripiẽdi sunt:
ut possint cõsequi bonitatem:ut per amara remedia/
a uulneribus peccatorum aliquãdo desistant. Sem/
per enim sacramenta dei:propter paruulos audito/
res uelaminibus quibusdam operiuntur. Quã ma/
gna multitudo dulcedinis tuæ domine: Quam ab/
scondisti timentibus te. Legis/& prophetarum deus
abscondit multitudinem bonitatis suæ non diligẽ/
tibus/sed timẽtibus se. Paruuli quippe sunt:nec pos/
sunt cum emolumento suo discere quod amentur a
patre ne dissoluantur ne despiciant bonitatem dei.
Quapropter cũ audieris de populi captiuitate. Cre/
de quidem uere accidisse eam iuxta historiam/& fi/
dem:sed in signum rei alterius præcessisse : & subse/
quens significasse mysterium. Nam & tu qui uoca/
ris fidelis:qui conspicis pacem. Christus quippe pax
nostra est:in Hierusalem cõmoraris. Si autem pecca/
ueris derelinquet te uisitatio dei:& traderis captiuus
Nabucdonosor:& traditus duceris in Babylonem.
Cum enim cõfusa fuerit anima tua a uitiis/& pertur/
bationibus:abduceris in Babylonem. Quoniam ba
bylon confusio interpretatur. Et si rursum poenitẽ/
tiam egeris : & per cõuersionem ueri cordis miseri/
cordiam a deo interpretaueris:mittitur tibi Esdras q
te reducat:& ædificare faciat Hierusalem. Esdras q̃p/
pe interpretatur adiutor. Et mittitur tibi uerbum iu/
uans:ut reuertaris in poenitentiam tuam. Sacramẽ/
tum est & id quod in ænigmate a Daniele dicitur ab
Apostolo:abscondẽte pariter/& reuelãte / narratur.
In Adam omnes moriuntur:& in christo uiuifican
tur. Fuit quippe Adam in paradiso / sed serpens ca/
ptiuitatis eius causa extitit : & fecit ut eiiceretur : siue
de Hierusalem/siue de paradiso:& ueniret in locum
hunc lachrymarum. Serpens hostis est & contrarius
ueritati. Cõtrarius autem nõ a principio creatus est:
neq; statim super pectus/& uentrem suum ambula/
uit:nec fuit ab initio maledictus. Sicuti Adã/& Eua/
non statim ut facti sunt / peccauerunt. Ita & serpens
fuit aliquando non serpens cum in paradiso delitia/
rum moraretur. Vnde postea corruens ob peccata/
meruit audire. Tu es signaculum similitudinis. Co/
rona decoris:In paradiso dei natus es:donec inuen/
ta est iniquitas in te. Ambulasti maculatus in om/
nibus uiis tuis. De quo etiam Iob memorat. Quia
in conspectu omnipotentis dei superbierit. Cecidit
quippe de coelo lucifer: Qui mane oriebatur : con/
tritus est sup terram. Vide cõsonãtiam ꝓphetici/euã/
geliciq; sermonis:ꝓpheta dicit. Cecidit de coelo luci/
fer q mane oriebatur. Cõtritus est sup terrã. Iesus lo/
quitur. Videbã satanã q̃si fulgur de coelo cadẽtẽ. Quid
differt dicere fulgur/& luciferum de coelo ruentem?

Quod ad rem pertinet: omnis cõsonantia de cadente est. Deus quippe mortem non fecit: nec malitiam operatus est: liberum arbitrium/ & homini/ & angelo ad uniuersa promisit. Hic iam intelligẽdum est quomõ per arbitrii libertatem: alii ad bonorum cõscenderint summitatem: alii corruerint in malitiæ profundum. Tu uero homo quare non uis arbitrio te tuo derelictum: quare ægre fers/niti: laborare/contẽdere: & per bona opa teipsum causam tuæ fieri salutis: an magis te delectabat dormientem & in ocio cõstitutum: æterna psperitate requiescere. Pater meus usq; mõ opatur: & ego opor: & tibi displicet qui ad opa creatus es? Non uis tuum opus fieri: Iustitiam: sapiẽtiam/castitatem: nõ uis tuum opus esse fortitudinem aliasq; uirtutes? Igitur in captiuitatem ducuntur qui ppter peccata sua seruitutis meruere supplicia. Et uenit Iesus christus captiuis prædicare remissionem: & cæcis uisum. Iste clamat eis qui sunt in uinculis egredimini: & eis qui uersantur in tenebris uidete. Et nos fuimus in uinculis peccatorum/ & nos aliqñ uersabamur in tenebris aduersum rectores tenebrarum mundi istius concertantes. Venit Iesus oium prophetarum uocibus prædicatus/dicens ligatis exite: & cõstituti in tenebris aspicite. Si aũt uis audire Ezechielẽ filium hois in captiuitatem prædicantem. Et iste typus erat christi. Ideoq; factũ est (ait) in tricesimo anno/in quarto mense/quinta mensis: & ego eram in medio captiuitatis/secus flumen chobar: & apti sunt cœli. Secus flumẽ ergo chobar Ezechiel cum triginta esset annorum apertos uidit cœlos. Et dñs Iesus christus incipiens erat quasi triginta annorum secus flumẽ Iordanem: & aperti sunt ei cœli. Per oẽm pphetiam Ezechieli dicitur/fili hois. Quis aũt sic filius hois: ut dñs meus Iesus christus? Respondeant mihi hæretici: qui natiuitatem illius in phãtasma eludunt: quare christus filius hoĩs appellatur: ego affirmo eum filiũ hoĩs fuisse. Nam qui passiones assumpsit humanas/ necesse est ut ante passionem susceperit natiuitatem. Neq; enim potuit humanus affectus uerba cõsuetudinis/crucem mortẽ/recipere: si nõ receperat humanitatis exordium: & consequẽs erat natiuitatem eius auferentes: auferre ẽt passionem: & simpliciter dicere non est crucifixus Iesus. Nunc uero crucem confiteris/ & nõ erubescis: iudæis scandalum/prædicãs crucifixum: & gentibus stultitiam: & minus scandalum passione uel morte: erubescis natiuitatẽ eius confiteri. Nimirum plus scãdali est Iesum natũ fuisse q̃ mortuum? aut scandalum christiana fides non ueretur? Cur times dicere minora/ qui maiora confessus es? præsertim cum natiuitas illius/non ex semine uiri/ & mulieris somno cõuenientis esse credatur: sed iuxta pphetiæ eloquium dicẽtis. Ecce uirgo in utero concipiet/ & pariet filiũ: & uocabis nomẽ eius Emanuel. Hoc quod dicit Emanuel non unum nomẽ sonat: sed rem significat. Adueniente quippe Iesu: dicimus nobiscum deus. Non frustra ergo in tricesimo anno propheta Ezechiel. Nam & nomẽ eius figura christi est. Interpretatur quippe Ezechiel imperium dei. Imperium autem dei nullus est nisi christus dñs. Filius quoq; Buzi scribitur: quod iterpretatur cõtemptus. Si uenias ad hæreticos/ & audias eos spernentes/ & pro nihilo ducẽtes creatorem: & insuper ẽt criminãtes: uidebis iuxta illos cõtemptissimum creatoris filium Iesum christum dñm meum. Quod si quis reluctatur: & non uult hæc quæ exponimus quasi pphetiam recipere. Quæram ab eo cur scriptum sit in tricesimo ãno uitæ Ezechielis/apertos fuisse cœlos: & uidisse eas uisiones quæ in libro eius continẽtur. Quid mihi prodest annorum numerus/nisi hoc: ut discam tricesimo anno/ & saluatoris & prophetæ cœlos fuisse reseratos? Et specialibus specialia comparãs cognoscam uniuersa quæ scripta sunt eiusdem esse dei. Sermones quippe sapiẽtum ut stimuli/ & quasi claui confixi: quia contẽnentibus dati sunt a pastore uno. Ego & hoc quod dicitur in quarto mẽse: quinta mensis: iuxta possibilitatẽ sensus mei inuestigans/precor a deo ut id possim intelligere: quod scripturarum eius congruit uoluntati. Nouus annus iminet iam Iudæis: & primus mensis apud eos noui anni numeratur exordio. Alter aũt pascha de numero/nouus annus principium mensiũ iste uobis erit in mensibus anni. Ab hoc anno numera quartũ mensem: & intellige baptizatum Iesum in quarto mẽse noui anni. Eo enim mẽse qui apud Romanos Ianuarius nuncupatur: baptismum dñi factum esse cognoscimus: qui est mẽsis quartus ab anno nouo: iuxta supputationem hebræorum. Et quia de quattuor elementis mundi sustinẽs corpus assumpserat: recipiens ẽt sensus humanos: ideo forsitan & in quarto mense: & in quinta die mensis/est intuitus uisionẽ. Et ego eram in medio captiuitatis. Videtur mihi ironicos dictum: & ego erã in medio captiuitatis. Et ego/quasi si dicat iuxta historiam qdẽ ppheta: & ego q nõ detinebar in peccatis populi: eram in medio captiuitatis. Iuxta alegoriam aũt christus. Et ego ueni in locũ captiuitatis. Veni ad eos fines ubi serui/ubi captiui detinebãtur. Habes istiusmodi saluatoris nostri uoces in prophetis indignantis: quia nõ faciamus nos homines digna dispensatione eius: & maxime nos qui in eũ putamus credere. Dicit quippe ad patrem suũ. Quæ utilitas in sanguine meo/dum descẽdo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit ueritatem tuam? Inueni quoq; & aliam istiusmodi uocẽ quæ ex saluatoris nostri persona/dicitur per prophetã. Quærentes aĩas plenas iustitiæ/ plenas sensuum diuinorum/ plenas sanctorum fructuũ: & quærentes ueritatis ueros botros. Sed inuenientes plurimos peccatores/ & inferaces bonorum fructuum: & icirco dicẽtes. Heu mihi/ quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messem: & sicut racemus in uindemia: a quo nõ supersit botrus ad manducandum primitiua. Heu mihi quod dicitur. Heu mihi non primogeniti totius creaturæ: non est diuinitatis uox: sed humanæ animæ quam suscepit.

Vnde infert. Heu mihi anima: quia periit reuerens a terra: & qui corrigat inter hoies non est. Omnes in sanguine iudicantur. Vnusquisq; proximum quisq; suum tribulat tribulatione. Hæc idcirco memorata sunt: quia ait propheta. Et ego in medio captiuitatis iuxta fluuium Chobar. Quod interpretatur grauitudo. Grauius autem est huius sæculi fluuius: sicut & alibi sacratæ dicitur. Et iuxta simplices quosq; historiam replicat. Iuxta eos uero qui spaliter scripturas audiunt: de aia significat: quæ in uitæ istius incidit turbines. Super flumina Babylonis ibi sedimus / & fleuimus / dum recordaremur syon. In salicibus in medio eius suspēdimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt qui captiuos duxerunt nos uerba canticorum. Ista sunt flumina Babylonis iuxtaq; sedentes: & reminiscentes patriæ coelestis: Ingent atq; deplorant. Vbi suspēdunt organa sua? In salicibus legis: & mysteriorum dei. Scriptum est in quodam libro. Quia salignam oēs credentes accipiēt coronam. Et in Hesaia dicitur. Orientur quasi aquæ: foenum / & salix super fluētem: & in solēnitate dei: qñ tabernacula eius componentur: salignos ramos tabernaculi fixione constituent: secus fluuium Chobar. Secus fluuium istud grauissimum sæculi. Et aperti sunt coeli. Clausi erant coeli. Et ad aduentum christi aperti sunt: ut reseratis illis: ueniret sup illos spiritus in specie columbæ. Neq; enim poterat cōmeare: nisi primum ad suæ naturæ consortem descēdisset. Ascendit Iesus in altum: captiuam duxit captiuitatem: accæpit dona in hoibus. Qui descendit ipse est: qui & ascendit: super oēs coelos: ut impleret oia. Et ipse dedit alios apostolos / alios prophetas / alios euangelistas / alios pastores & magistros in perfectionem sanctorum. Aperti sunt coeli. Non sufficit unum coelum aperiri. Aperiuntur plurimi: ut descēdant non ab uno: sed ab oibus coelis angeli ad eos qui saluandi sunt. Angeli q ascendebant / & descendebant super filium hois: accesserunt ad eum: & ministrabant ei. Descenderunt autem angeli: quia puer descenderat christus. Quando autem uiderūt principem militiæ coelestis in terrestribus locis cōmorari: tunc per aptam uiam egressi sunt sequentes dñm suum: & parentes uoluntati eius: qui distribuit numerū credentium nomini suo. Tu heri sub dæmonio eras: hodie sub angelo. Nolite inquit dñs cōtēnere unum de minimis istis qui sunt in ecclesia. Amen dico uobis: quia angeli eorū: per omnia uident faciem patris mei: qui est in coelis. Obsequuntur saluti tuæ: angeli concessi sunt ad ministerium filii dei: & dicunt inter se. Si ille descendit: & descendit in corpus. Si mortalem indutus est carnem: & sustinuit crucem: & pro hominibus mortuus est. Quid nos quiescimus: quid parcimus nobis? Eia omnes angeli descēdamus de coelo. Ideo & multitudo militiæ coelestis erat laudantium / & glorificantium deum: qñ natus est christus: oia angelis plena sunt. Veni angele suscipe sermonem cōuersum ab errore pristino / a doctrina dæmoniorū / ab iniquitate altum loquente: & suscipiens eum quasi medicus bonus. Confoue atq; institue / paruulus est: hodie nascitur: senex repuerescens. Et cum susceperit: tribuis ei baptisma: secundæ regenerationis. Et aduoca tibi alios socios ministerii tui / ut cuncti pariter eos qui aliqñ decepti sūt / erudiatis ad fidem. Gaudium enim est magis in coelis sup unum peccatorem poenitentiam agentem: q̃ sup nonaginta nouem iustis: quibus nō est opus poenitentiæ. Exultat ois creatura / cōlætatur / & applaudit his qui saluādi sunt. Nam expectatio creaturæ / reuelationē filiorū dei expectat. Et licet nōlint hi: qui scripturas apostolicas interpolauerint: istiusmodi sermones inesse in libris eorū: q bus possit creator christus ꝓbari. Expectat tñ ois creatura filios dei: qñ liberentur a delicto: qñ auferentur de zabuli manu: qñ regenerentur a christo. Verū iam tempus est / ut ei de præsenti loco aliqua tangamus. Vidit ꝓpheta non uisionem: sed uisiones dei: quia nō uidit unam: sed plurimas uisiones. Audi dominum pollicētem: atq; dicētem. Ego uisiones multiplicaui. Quinta mensis. Hic annus quintus captiuitatis regni Ioachin: trigesimo āno ætatis Ezechielis. Et qnto captiuitatis Ioachin prophetia mittitur ad iudæos. Nō despexit clementissimus pr: nec longo tpe icōmonitum populum dereliquit. Quintus est annus. Quātum temporis intercessit? Quinq; interfluxerūt anni: ex quo captiui seruiunt. Statim descendit spūs sanctus: aperuit coelos: & hi qui captiuitatis iugo pmebantur: uiderent ea quæ uidebātur a propheta dicente quippe eo. Et aperti sunt coeli: quodāmodo & ipsi intuebantur cordis oculis: quæ illi ēt oculis carnis aspexerant. Et factus est sermo dñi ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem. Sermo dñi q in principio erat apud patrem / deus uerbum. Sermo qui credētes efficit deos. Si enim illos dixit deos / ad quos sermo dei factus est: non potest solui scriptura: ad quoscūq; enim sermo dei factus est / facti sunt dii. Ezechiel deus fuit: quia factus est sermo dei ad eum. Ego dixi / dii estis: & filii altissimi omnes. Vos uero ut hoies moriemini & quasi unus de pricipibus cadetis. Vbi habes in nouo testamēto istiusmodi repromissionem. Si oportet instrumēta distinguere / & dicere dñm inter sedētes deos. Quod quidem nephas est etiam suspicare: sed iuxta abusionem dicimus audacter profecto multo maiorem in ueteri testamēto ostendi humanitatem q̃ in nouo. Ego dixi dii estis: & filii altissimi oēs. Nō ait / quidam dii estis: & quidam nō estis: uerum oēs dii estis. Si autem peccaueritis: ausculta quod sequitur. Vos uero ut hoies moriemini. Nō est haec culpa uocātis ad salutem. Non est ipse causa mortis: qui iuitat ad diuinitatem / & ad coelestia naturæ adoptione: sed in nostro peccato & in nostro scelere cōsistit quod dicitur. Vos autem ut hoies moriemini: & quasi unus de principibus cadetis. Multi principes erāt: & unus ex eis corruit. De quo & in Genesi scribitur. Ecce Adam factus est nō quasi nos: sed quasi unus ex nobis. Ergo qñ pecca-

uit Adam: tunc factus est quasi unus cadens. Et fa/
ctus est sermo dñi ad Ezechiel filium Buzi. Etiam si
de saluatore hæc dicta uolueris intelligere/ne timeas/
habet & allegoria itellectum suú. Venit sermo dei ad
eum: qui de uirgine nascebatur bonitaté: semper ser/
mo in patre manés: ut fieret utraq; unum: & conso/
ciaretur homo/qué ob sacramétum/& salute uniuer
sæ humanitatis induerat: diuinitati eius/ & naturæ
unigeniti dei. Factus est sermo dñi ad Ezechiel/filiú
Buzi sacerdotem in terra chaldæorum. Chaldæi de cœ
lestibus disputát: Chaldæi natiuitates hoium ratio/
cinantur. In terra Chaldæorum qui asserunt fatum eo/
rum qui causa sunt uniuersitatis astrorum. Iste ergo
núc errore testaméti/ peruersitas singulariter in Chal/
dæorum terra significatur. In terra Chaldæorum/ secus
flumen chobar. Et facta est illic sup me manus dñi. Et
sermo dñi factus est ad ,pphetam/& manus: ut & fa/
ctis ornaretur/& uerbis. Et uidi uisiones. Aliqua p/
stringam: & licet præ angustia temporis/ea quæ dixi
possim sufficere: tñ ét de toto corpore uisionis sum/
má libabo. Et uidi: & ecce spiritus surgens ueniebat
ab Aquilone. Diligéter considera rerum numerum
quæ dicuntur. Spiritus surgés/siue auferens/ uenie/
bat ab Aquilone. Ecce una res. Et nubes magna erat
in eo: ecce duæ. Et splendor in circuitu eius: ecce tres.
Et ignis refulgens/quattuor. Et in medio eius sicut
uisio electri. In medio ignis: qnque. Et lumen in eo:
sex. Post hæc similitudo quattuor aialium: & uisio
eorum. Et narratio uisionis: septé. Et in medio anima/
liu: octo. Quis pôt ista minutatim exponere? Quis
ita est capax spiritus dei: ut hæc sacraméta dilucidet?
Oportebat accusatores creatoris/ & dei ,pphetarum:
primú intelligere quæ dicunt a prophetis: & postea
criminari. Qui enim uere accusat: ea debet accusare
quæ nouit. Si uero hæretici nec prope qdem sunt i/
tellectui diuino: quomô rationabiliter accusatur: qd
eos ne fari conuincimus. Discant quis in hac uisio/
ne sit sensus. Primú apparet spiritus auferés. Secúdo
nubes magna in spiritu auferéte. Tertio splendor in
circuitu spiritus auferentis. Quarto ignis refulgens.
Quinto in medio eius sicut uisio electri. Haud du/
bium: quæq; in medio ignis. Sexto splendor in ea/
dem electro. Confiteor libéter a sapienti & fideli ui/
ro dictam sententiam/quam sæpe suscipio. De deo/&
uere dicere: periculú est. Neq; enim & tantum pericu
losa sunt quæ falsa de eo dicuntur: sed etiam quæ ue/
ra sunt: & nô oportune proferuntur: dicétes pericu/
lum generant. Margarita uera est: sed si peruerse discri
men eius est quod dicit pedibus eorum. Et ut iuxta nos
aliquod ponamus exemplum collectionis. Iste non
solum in Hellade urbe nô tñ Romæ: nô in Alexan/
dria: sed in omni semel orbe. Similitudinem referunt
sagenæ: quæ omne genus piscium capit. Non pos/
sunt uniuersa bona esse quæ incidút in eam. Ait qp/
pe saluator cum extraxerint eam: & secus littus sede/
tint: eligút bona quidem in uasculis: mala uero so/
ras proiciút. Oportet ergo in sagena totius ecclesiæ
esse/& bona & mala. Si iam uniuersa múda sunt: qd
derelinquimus iudicio dei? Et iuxta aliam parabolá
& fruméntum/& paleam in area côtinentur. Cum fru
méntum tñ in christi horreis côgregádum sit: & di/
scernátur paleæ ab eo. Cuius uentilabrum in manu
est: & múdabit aream suá: & congregabit frumétum
in horreum: paleas uero côsumet igni inextinguibili.
Neq; uero ego núc assero aream: totú esse mundum:
sed aream itelligo cætum populi christiani. Sicut una
quæq; area circúscribitur: & est plena fruméto & pa/
leis: nec totú fruméntum est: nec totum rursum paleæ:
sic in ecclesiis terrestribus. Alius est fruméntum/ alius
palea. Verum ibi nô sui causa: nec per uolútatem/paleæ
sunt: neq; ex proprio arbitrio/fruméntum. Hic uero in
tua potestate positum est: ut sis palea uel fruméntum.
Nec docere nos debét: ut si aliqñ aliquis in côgrega
tionibus nostris uiderit peccatoré/non scádalizetur
neq; dicat. Ecce peccator in cætu sanctorum est. Si hoc
licet/si hoc côceditur: quare & ego non peccé? Dum
in præsenti sæculo sumus: idest in area & in sagena:
& bona & mala in eo continentur. Quando autem
uenerit chorus fiet discretio: & iplebitur illud quod
ab Apostolo dicitur. Oés assistere ante tribunal chri/
sti: ut reportet unusquisq; propria corporis sui quæ
gessit: siue bona/siue mala. Hæc in procemio de in/
terpretationibus uisionum æstuás animus est locu/
tus: & ambigés quæ sileat/quæ proferat: quæ leuiter
tacta dimittat: quæ ex his quæ manifestius/quæ ob/
scurius exponenda sint. Si tñ potuerimus implere
quod cupimus. Primú ergo uidetur christus auferés
id quod paulo añ diximus: qa deus noster ignis cô/
sumés sit. Etiam núc repetimus/ & dicimus huic te/
stimoniú congruere: Quomô ponitur spiritus aufe/
rens. Deus spiritus est: & spiritus auferens cernitur.
Quid a me aufert: & ab aia mea/ut merito auferés p/
dicetur? Et núc sentio bonitatem eius/si a me pessima
quæq; sustulerit. Neq; uero putádum est finem esse
beatitudinis/si a malis liberemur. Initium fœlicitatis
est/carere peccato. Et in Hieremia scribitur. Oia quip
pe quæ in prophetis scripta sunt/ clementissimi dei
iudico. Ecce dedi sermones meos in os tuú. Ecce cô/
stitui te hodie super gétes/& regna: eradicare/& suffo
dere/& disperdere/& ædificare/& plátare. Benignus
est enim deus/dans sermones ad eradicandum. Verum
quid est quod eradicare debeat/& subuertere? Si qua
plátatio in animo mala est: si qua secta nequam: hác
eradicat: hác subuertit sermo ,ppheticus. Utinam aút
côtingat ut & mihi talis sermo donetur: qui eradicet
hæreticorum semina/& doctrinam ex zabuli fonte ma/
nátem. Qui de eius aia/qui núc primú ecclesiam in/
greditur idolatriæ auferet plátationem. Dedi sermo/
nes meos in os tuú. Ecce côstitui te/eradicare & suf/
fodere: scilicet ut si qua ædificatio pessima é/destrua/
tur: Quá uelim & ego suffodere: quicquid martion
in auribus deceptorum ædificauit: eradicare/& subuer/
tere/& disperdere. Et Iacob dispdet idola usq; ad ho/
diernum diem. Et disperdere/& ædificare. Hæretici
disperdere

diſperdere/& ſubuertere tm̃ audierunt. In ædifica/
tionis autem plãtationiſq; ſermone aures auerterũt.
Neq; enim uolunt inſpicere: quia triſtia quæq; pri/
ma dicuntur: & ſecũda quæ læta ſunt: quare nũc iſta
memoramus? Videlicet ut manifeſtetur/dei ſermo/
ſubuertere mala/ & ædificare optima/eradicare uitia
quaſi agricola bonus/ut in purgato campo uberri/
ma uirtutum meſſis oriatur. Hæc propter ſpiritum
auferentem. Videt enim primum ſpiritum auferen/
tem: deinde nebulam magnam. In eo q̃n purgatus
fueris ab auferente ſpũ: tm̃ ut auferatur a te omne ma
lum: & omne quod in tua aĩa neq̃tiæ uerſatur. Tũc
incipies magna nebula frui. Quæ in ſpũ auferẽte cõ/
ſiſtit. Quæ nebula proxima eſt ei nebulæ/ quam in
euãgelio legimus. De qua uenit/hic eſt filius meus:
in quo bene complacui. Spiritus uero auferens: de/
inde nebula magna. In eo poſtea ſplẽdidiſſimum lu
men in circuitu eius. Ablatum eſt a te malum: Data
eſt tibi nebula magna: ut pluat imber ſuper uineam
tuam ſm̃ illud quod alibi dr̃. Mandabo nubibus ne
pluant ſuper eam imbrem. Sup peſſimam ſcilicet ui/
neam: Si autem hoc de mala iubetur: haud dubium
eſt quin econtrario/ſi bona uinea fueris/pluat ſuper
te nebula. Et ſplendor in circuitu eius: deinde ignis
fulgens: & in medio eius quaſi uiſio electri. Duplici/
ter aufert a nobis mala deus/Spũ/& igne. Si boni &
intẽti ad præcepta eius ſumus: & ſermonibus illius
erudimur: Spiritu mala noſtra aufert. Scd̃m illud qđ
ſcriptum eſt. Si autem ſpũ facta carnis mortificaueri/
tis uiuetis. Si uero ſpũs mala non abſtulerit a nobis:
purgatione ignis indigemus. Iccirco diligẽter obſer
ua cõiunctiones ſingulas. Prima cõiunctio eſt ſpũs/
& nebulæ. Secũda ignis/& luminis. Tertia electri/&
ſplendoris: ſingula quæ quaſi triſtia uidẽtur: iucũ/
diorum uicinitate penſantur. Siue enim ſpiritus ori/
tur: ſtatim ſeq̃tur nebula. Siue ignis apparet: adiun/
ctum eſt ei lumen. Siue electrum præcedit/ſplendor
in circuitu eius eſt. Oportet q̃ppe nos quaſi aurum
in fornace/ & electrum uehemẽtiſſimo igne confla/
ri. Et in hoc propheta quem nũc exponimus. Habes
ſedẽtem deum in medio Hieruſalem: & conflantem
eos qui cõmixti ſunt argẽto/& ſtagno/& æramẽto/
& plumbo: & querula uoce cauſantem de his q̃ ha/
beant in ſe cõmixtionem materiæ uilioris. Argẽtum
(inquit) cõmixtum facti eſtis: & tanq̃ granũ de uua
reprobum/argẽtum facti eſtis. Quãdo enim creatu/
ræ dei/quæ ab initio bona eſt: ſupinducimus de ma/
litiis noſtris uitia ac paſſiones: tunc auro & argento:
æs/ſtagnum plumbũq; miſcemus: & neceſſarius eſt
ignis ad purgãdum. Ideoq; ſolicite prouidendum
eſt: ut cum uenerimus ad ignem iſtum: ſecuri trãſea/
mus per eum: & ad inſtar auri/& argenti/& lapidis
precioſi/quæ ſine fuco adulterii ſunt: non tam ura/
mur incẽdio q̃ probemur. Ecce ſpiritus auferens ue/
niebat ab Aquilone: & hoc quod ab Aq̃lone uenie/
bat ſpiritus auferens: & poſtea redit: habet rationem.
Ab aquilone quippe eſcandeſcẽt mala ſuper habitan

tes terram. Aquilo uiolẽtiſſimus uentus: quem alio
noie Boream uocamus: qui eſt in quattuor cardini/
bus coeli: de quibus uenti ſpirare dicunt̃: frigidior eſt
atq; uehementior. Nec non & illud quod de ordine
caſtrorũ apud Iſrael ĩ numeris ſcribitur/huius rei ob/
tinet figurã. Nouiſſima enim caſtra ad aq̃lonem po/
nuntur Dan. Prima caſtra Iuda cõtra orientem: De/
inde poſt eũ Ruben. Poſtea Effrem. In extremo (ut
diximus) ad aq̃lonem Dan. Et olla quæ ſuccẽſa de/
ſcribitur: a facie aquilonis accẽdetur. Aquilo quip/
pe figuraliter dr̃ contraria fortitudo/ideſt zabulus: q̃
eſt uere duriſſimus uentus. Venit ergo ab aq̃lone nu
bes magna/in eo uitia expoſuimus. Et ſplẽdor in cir/
cuitu eius. Et ignis fulgẽs: potuit dicere ignis exurẽs.
Verũ pinguit ſcripturam triſtia noĩare: & opus eius
aſcribere. Ideoq; ꝓ poenali uiſu/ſplẽdorem tm̃ ignis
appoſuit. Et ĩ medio eius quaſi ſimilitudo quattuor
aĩalium. Iſta uiſio eorum: ſimilitudo hoĩs in illis: &
quattuor facies uni: & quattuor pẽnæ uni/ & crura
eorũ recta: & pẽnati pedes eorum. Vides qualia ſint
quæ regantur a deo. Vt tibi: qui ſedes ait ſuper Cheru
bin/appare. Cherubin interp̃tatur plenitudo cogni/
tionis: & quicunq; ſcĩa plenus eſt/efficitur cherubin:
quæ regit deus. Quid ſibi autem uolũt quattuor fa/
cies? quæ ſaluãda ſunt: genufle ctunt dño meo Ieſu.
Et ab Apoſtolo tripliciter noĩantur. Vt in nomie Ieſu
omne genufle ctatur coeleſtium/& terreſtrium/& in/
fernorũ. Quæ autem genufle ctunt dño Ieſu/ſubiecta
ſunt ei: & quæ ſubiecta ſunt dicũt. Nõne deo ſubie/
cta eſt aĩa mea? Apud ipſum enim ſalutare meum. Et
oportet eũ regnare/donec ponat inimicos ſuos ſub
pedibus eius. Quid eſt ergo quartum? Coeleſtia/ter/
rena: & ĩferna. Tria tm̃ ſunt. Nempe illud laudate coe
li coelorũ dñm: & aqua quæ ſuper coelos eſt/ laudet
nomen dñi. Omnia iſta regũtur a deo: & ducũtur a
maieſtate eius. Quocũq; ſpũs ibat: ibant hæc ipſa aĩa/
lia. Habent ſimilitudinem ſup ſe hoĩs/cum ſint qua/
tuor. Nec eſt dictum in principio/q̃a facierum quat/
tuor ſint. Sed q̃a ĩter quattuor facies eminet: & prin/
cipatum teneat facies humana deſcribitur: quæ &
dicitur facies humana. Et facies leonis a dextris quat
tuor partium: & facies uituli a ſiniſtris quattuor: &
facies aq̃læ a quattuor partibus. Videamus ergo an
tripartitam aĩam ſignificet: de qua etiam aliorũ opi/
nionibus diſputatum eſt. Et aĩæ tripartitæ alia quar/
ta fortitudo præſideat. Quæ eſt tripartitio aĩæ? per
hoiem rõnabilitas eius indicatur: per leonem/iracũ/
dia: per uitulum concupiſcẽtia. Spũs uero qui præ/
ſidet ad auxiliãdum: non eſt a dextris: ut homo/uel
leo: non eſt a ſiniſtris: ut uitulus: ſed ſuper oẽs tres
facies cõſiſtit. Aquila quippe in loco alio nuncupa/
tur. Vt per aq̃lam ſpm̃ præſidem aĩæ ſignificet. Spm̃
autem hoĩs dico qui in eo eſt: atq; id oĩa ducunt̃ nu/
tu dei. Coeleſtia/ & terreſtria & inferna: & ea quæ ſup
coelos ſũt. Et efficiemur nos oẽs Cherubin: quæ ſub
pedibus dei ſunt: q̃bus cõiunctæ ſunt rotæ: & ſubſe/
quuntur ea: non ſub rota/neq; ſub ſeculi ditione/ter/

busq; uersamur. Cum iam p passionem christi simus
a mundi negociis liberati. Et rota in medio rotæ. Si
consyderes quo per cõtrarios euentus soluatur uni/
uersitas rerq;: siue in his qui putãtur errare: siue in his
qui ab errore dicũtur alieni. Videbis quo rota in me/
dio rotæ sit. Hæc autẽ oĩa regit: & quocũq; uult tor/
quet totius uniuersitatis deus in christo Iesu. Cui est
gloria/& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶ De malis pphetis prophetantibus in Hierusalem: & de cõminatione dñi contra eos. Homilia. II.

n VLLA Speciem peccatorq; scriptura
reticet: de q̃ non doceat legẽtes. Opor
tuit enim uerbũ dei missum ad sanan/
dum eos qui audiebant oẽm speciem
peccatorq; pstringere/& uniuersis ho/
minibus loqui: ut nemo fraudaref remediis saluta/
ribus: & his medellis quæ uulneribus possunt pro/
desse curandis. Quomõ eiici dicuntur. Alia de popu
lo/& alia de sacerdotibus magnis: & quædam de p/
sbyteris: ac nõnulla de dispẽsatoribus? Et bonis q/
dem dispensatoribus laus: malis uero culpa ascribit.
Vt alii exhortationem accipiãt ad meliora: alii uero
in peiora non corruant. Sic oportet de falsis/ac ueris
prophetis/diuinam edocere disciplinam. Vt pphetæ
qdem accipiãtur in eandem partem: quæ uerbis dñi
ministrat. Pseudo prophetæ uero educãtur quidem
ecclesiarq; magistri: sed non recte: seu sermone/seu ui/
ta cõgruant ei/quã prædicant disciplinæ. Læti qua/
propter sumus si nos scriptura cõmoneat dicens: ut
recedamus a uitiis. Magis autem si ordinis nostri ali
quos dei sermo perstringat. Volentes sanari/& con/
uerti a peccatis nostris. Factus est sermo dñi ad pro/
phetam Ezechielem dicẽs ei. Fili hoĩs propheta mi/
hi sup prophetas Israel. Fuerunt qdem & prophetæ
Israel noie potius q̃ ueritate. Sunt aũt & hodie in ue/
ro Israel: idest in ecclesia qdam pseudo prophetæ/&
falsi magistri/quibus hæc sermo prænũciat. Si me ar
guet: tentabo conuertiane quia aduersum me aliqua
dicũtur qui uideor doctor ecclesiæ debeo tacere. Ve/
rum mihi metipsi nõ parcens: cuncta reuelabo quæ
dicta sũt: ut cõuertar a uitiis. Vt fiam nõ ex his quos
scriptura nunc corripit: sed ex his qui sermonem dei
uerissimi prædicantes: in ecclesia extiterunt magistri.
Propheta sup prophetas Israel: qui prophetãt: & di/
ces prophetis. Sicut opus prophetarq; erat hæc dice/
re quæ uidebãtur: sic eodem spiritu opus est ei/qui
exponere cupit ea quæ sunt latenter significata. Vt
mõstret nunc ad eum fieri pphetiam: qui contra dei
doceat uolũtatem. Qui pphetam de corde suo. Iuxta
simplicem qdem intellectum/qdem prophetarq; de
diuino spiritu loquẽtes: non de suo corde locuti sũt:
sed de sensu dei. Quidam uero simulãtes se prophe/
tas/atq; dicẽtes. Hæc dicit dñs: dño non loquẽte in
eis: pseudo prophetæ extiterunt. Potest autem & sup
eos qui docent in ecclesiis: si aliter quam poscit ueri/
tas/docent: præsens sermo congruere. Si quis enim
ea quæ Iesus christus dñs locutus est/intellexit: in eo
loco loqtur/quo locutus est ipse qui docuit: non de
corde suo/sed de spiritu sancto loqtur sermones filii
dei Iesu. Si consentit sancti spiritus uolũtati eius qui
in apostolis locutus est: non corde proprio loqtur:
sed de corde spiritus sancti: qui est locutus in Paulo:
qui est locutus in Petro: & in cæteris apostolis est lo/
cutus. Siqs uero legens euãgelium: pprium sensum
aptat euãgelio: non ita intelligens ut dñs locutus est:
iste falsus ppheta est: loquẽs de corde pprio in euan/
gelio: & de hæreticis qdem nihil absurdum est hæc
dicta intelligere. Deferũt quippe quasi de euãgeliis/
& quasi de apostolis sermonum suorq; fabulas: pro/
prium cor exponẽtes: nõ cor spũs sancti. Neq; enim
possunt dicere. Nos aũt sensum christi habemus: ut
uideamus ea quæ a deo donata sũt nobis. Cum aũt
& sup me uenerit: q dicor ecclesiasticus/qui accipio
librum scrĩ/& nitor eum interpretari: hoc de hæreti/
cis itelligi potest. Quæso audiẽtes/ut diligenter attẽ/
dant: & accipiant grãm spũs: de quo dictum est. Di/
scretiones spirituum: ut pbati trapezitæ facti: diligẽ/
ter obseruẽt: qñ falsus magister sim: qñ uere prædi/
cem/quæ sunt pietatis/ac ueritatis. Si itaq; iuenio in
Moyse/& in pphetis sensum christi: non corde pro/
prio/sed de spũ sancto loquor. Si autem nihil con/
gruum: & incõueniens mihi metipsi cõfingo quæ
loquar: fluctuans in sermonibus q sunt alieni a deo:
de meo potius corde/q̃ de dei sensib' loquor. Pro/
pheta/& dices prophetis qui pphetant. Nõ ait sim/
pliciter de corde: sed de corde suo. Et prophetabis: &
dices ad eos. Audite uerbum dñi. Hæc ad me: hæc
ad eum dicũtur qui doctorem se esse promittit: ut ti/
mor dei in nobis maior oriatur. Vt pdicemur quasi
sub cõmẽtario scripto non ab hominibus sed ab an/
gelis dei/sic pferre sermonem. Noui quippe qa cum
iudicii ille ordo cõsederit: de quo pphetauit Daniel:
& libri fuerint apti: oẽs mei conatus: oẽs meæ expo/
sitiones pferentur in medio: siue in iustificationem/
siue in cõdẽnationem meam. In iustificationem q/
dem mihi erit quæ bñdicta sunt: in condẽnationem
uero ea quæ secus quã ueritas poscit/explanata sunt.
Ex sermonibus (inquit) tuis iustificaberis: & ex ser/
monibus tuis cõdẽnaberis. Quasi hñti non oẽs ser/
mones de quibus iustificaretur: neq; rursum oẽs ser/
mones de qbus condẽnaretur. Si aliquis purus a ser/
monibus alienis: & eis qui sunt postea rephẽdendi:
ex sermonibus suis iustificabitur: & non cõdẽnabi/
tur. Sic autem nunq̃ recte locutus est: sed semp pro/
tulit praua: ex sermonibus suis cõdẽnabitur/& non
iustificabitur. Verq; quia nos qui non sumus ex om/
ni parte pfecti: neq; sic dicimus: ut semper iustifice/
mur: neq; sic econtrario sumus peccatores/ut semp
condẽnemur: & habeamus alia uerba ex qbus iusti/
ficemur: & alia ex qbus cõdẽnemur: deus sup state/
ram suam utraq; ponẽs: apendit diligẽter & iudicat
in qbus iustus sim: & in quibus sermonibus condẽ/
nãdus. Quod autem in sermonibus facit: hoc idem
facit in gestis. Necesse est eni ut sint alia facta in qbus
iustificemur:

iustificemur: & alia in quibus condẽnemur. Neq; enim sic pfectus sum: ut oia facta habeam: in quibus iustus existam: neq; sic peccator: ut talia cuncta fecerim: quæ me ex omni parte condẽnent. Esse autem & alia facta istiusmodi: & alia istiusmodi: & hoc manifestum est quod dr. Quorundam hoium peccata manifesta sunt pcedentia ad iudicium: quorundam autem quæ subsecuntur. Similiter autem & bona facta manifesta sunt: & quæ se aliter hñt: latere nõ possunt. Aeque de intellectibus. Propter quod & inter se inuicẽ cogitationũ accusantium / siue satisfaciẽtium iudiciũ me expectat: de oibus quæ facio / quæ intelligo: quæ loquor: & incertus opior qd nam mihi in illo iudicio sit futurũ. Quãtoq; magis timor dei mihi incutitur ad recipienda cuncta quæ feci: tanto magis custodire me debeo: utinam qdem ab oibus peccatis: sin autem hoc nõ possum: saltẽ a maximis. Hæc de eo quod ppoluimus: qui prophetauit de corde suo. Ad quos dr. Audite sermonem dñi: hæc dicit adonai dñs. Væ eis prophetãt de corde suo: qui ambulant post spm̃ suum. Duo peccata unum cordis: & aliud spús. Primum de meliori pte uideamus ut possimus etiam ea quæ contraria sunt considerare. Apostolus loquitur. Orabo spiritu / orabo & sensu: qui sensus habet in corde habitaculum: psallam spũ: psallam sensu. Igitur & spũs est / & sensus in nobis. Et qũo sanctus orat spiritu / orat & sensu: psallit spũ / psallit & sensu. Sic iste qui est falsus ppheta: de corde proprio prophetat / & ambulat nõ post spm̃ dei: sed spm̃ suum. Est quippe qdam spũs hois qui uersatur in eo: post quem procul absit / ut ego ambulem: sed intelligens scm̃ spm̃ dei: post dñm meum Iesum ambulabo. Hi itaq; prophetæ qui pphetant de corde: & ambulant post spm̃ non dei aut suum oino: qui dicuntur / non uidẽtes: & est ambigua ex sermõe sententia. Siue enim ea quæ sunt generalia non uident: licet quædam ex parte cõspiciãt: siue quod ego melius reor oino non uident: licet sibi uideantur ex parte quadam uidere. Alii quippe in nobis oculi sunt meliores his quos habemus in corpore: qui oculi aut Iesum dñm uident: qui eos ad se ituendum creauit: aut certe oĩno cæci sunt. Si peccator sum: nihil uideo: nec possum ueritatis lumẽ aspicere. In iudicium quippe ait in mũdum istum ueni: ut non uidentes / uideant: & uidẽtes cæci fiant. Sin autem iustus: accipio grãm a deo: & de me quoq; dr uidens. Prophetæ enim uocabantur ante uidẽtes: & quid uides ait? Vade descẽde in terram Iuda / & ibi cõmorare: & ibi prophetabis: in Bethel autem iam non adiicies ut pphetices. Et rursum alibi. Visio quam uidit Hesaias filius Amos. Beatus cui reuelauit dñs oculos ad uidenda mirabilia de lege dei: iuxta obsecrationem pphetæ dicẽtis. Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. Videamus autem & alium sermonem: per quem pseudo prophetæ & falsi magistri corripiuntur. A quo quæso ut orantibus uobis ego purus inueniar: quæ est igitur correptio? Sicut uulpes in deserto pphetæ tui Israel. Aial uulpis neq; est: uersutum est: indomabile est: ferum est. Dicite ait saluator uulpi isti. Ecce sanationes perficio hodie / & cras: & tertia die consumor. Has uulpes necessarias habuit aduersus alienigenas Sãson: quarum caudis cum igne iunctis (trecẽtas enim ceperat) in pditionem eas frugum misit hostilium. Istiusmodi sunt falsi magistri / uersuti / maligni: & bestiis similes. Si talis sum: uulpis sum: sed nõ simpliciter uulpis: uerũ uulpis in desertis: uulpis in parietibus: uulpis i rupibus. Hæc enim in diuersis seditionibus continẽtur. Versipelles isti / & neq̃ / semper in desertis: semp in solitudinibus morãtur. Vbicũq; enim aia habitatur a deo & spiritu sancto plena est: non potest hæreticorũ doctrina penetrari: nõ ualet eorũ sermo prumpere. Vbi autem solitudo christi est: ubi desertum iustitiæ: ibi neqssimæ disciplinæ uenena uersantur. Idcirco sunt uulpes ait in desertis. Prophetæ tui Israel non steterunt in firmamẽto. Si cõsyderare uolueris falsos magistros: uidebis eos infirmos / instabiles / non ualẽtes dicere. Statuit supra petram pedes meos: & direxit gressus meos. Et quia non sunt tales: ut steterint robusta radice fundati: ideo non steterũt in firmmẽto: sed dilexerunt mouere pedes suos. Est autem & hoc grande peccatũ: saltem paululum pedes mouere. Vt Dauid psalmista canit. Quam bonus Israel deus / rectis corde. Mei uero pene moti sunt pedes. Beatus ille multumq; fœlix cui robustissime consistenti: firmos aiæ pedes habere cõcessum est: qui audire a deo dignus est. Tu uero ipse sta mecum. Verũ non tales pseudo prophetæ. Non tales falsi magistri. Neq; n. steterunt in firmamento. Et cõgregabant greges sup domum Israel quos docent: quos instruunt sibi hæretici: dogma impium prædicantes. Siue falsi magistri decipientes eos quorũ aures pruriunt. Colligunt greges scismatum aduersum ecclesiã dei: aduersum domum Israel. Non surrexerunt qui dicerent: in die dñi uidentes falsa: hi non surrexerunt: Iusti uero surgẽtes dicunt. Consepulti sumus cum christo per baptisma: & consurreximus ei. Habemus qppe pignus spũs sancti: quod accipiemus ad plenum postq̃ uenerit quod perfectum est. Sic pignus resurrectionis. Quare in resurrectione pfecta: nemo adhuc resurrexit de nobis. Verũtñ resurreximus paulo dicẽte. Cõsepulti sumus cum christo per baptisma: & consurreximus ei. Non ergo resurrexerunt: hoc est necdum resurrectionis baptisma consecuti sunt falsi prophetæ / & falsi magistri: qui dicerẽt in die dñi uidẽtes falsa: neq; aliqñ possunt cõspicere ueritatẽ. Accipe exẽplum. Qui scripturam legit: & aliter eam quam scripta est accipit: scripturam mẽdaciter uidet. Qui uero audit scripturam & ut se ueritatis itellectus habet: sic eam interptatur. Vident ueritatem: & sancti quidem non diuinant. Non enim diuinatio in Iacob. Peccatores uero diuinãt falsa: dicẽtes hæc dicit dñs. Et dñs nõ misit eos. Audi hæreticos qũo traditionem apostolorũ habere se dicant: audi falsos magistros: qũo

assiment doctrinam suam/dñi esse doctrinam: sen/
sum suum sensui congruere prophetarum. Et dicũt.
Hæc dicit dñs: & dñs nõ misit eos. Et cæperunt su/
scitare sermonem. Nam uisionem falsam uidistis. Et
hi enim uolunt in defensionem sui/quendam pro se
suscitare sermonẽ: sed redarguit eos dñs/& dicit. Nã
uisionem falsam uidistis: & diuinationes uanas lo/
cuti estis. Et dixistis. Hæc dicit dñs. Et ego nõ sum lo
cutus. Propterea dic: Hæc dicit dñs/pro eo q̃ sermo/
nes uestri mendaces sunt peribitis de generationibus
uestris. Orate pro nobis/ut sermones nostri non sint
falsi: licet quidam hoies ignoratione iudicii eos asse/
rant falsos. Dñs nõ dicat: & recte nobiscum agetur.
Si uero milia hoium eos dixerint ueros: & iudicio
dei fuerint falsi: quid mihi proderũt. Dicunt & mar/
tionitæ: magistri sui ueros esse sermones. Dicũt & Va
lentini robustissimam sectam: qui fabularum eius cõ
menta suscipiunt. Quæ utilitas/quia plurimæ eccle/
siæ hæretica prauitate deceptæ in eorum conspirauere
sententiam? Hoc est quod queritur: ut dñs sermonũ
eorum testis assistat. Vt ipse improbet quæ dicuntur san
ctorum testimonio scripturarum. Propter hoc/ecce ego ad
uos: dicit Adonai dñs: & extendam manũ meam ad
prophetas qui uident mendacia. Hæ cõminationes
sunt aduersum falsos magistros/& eos qui loquũtur
mendacia. Videamus aũt quid eis cõminetur. In di/
sciplina populi mei nõ erunt. Non uno modo pec/
catores a dño corripiuntur. Aliter arguitur populus
dei: aliter alienus ab eo. Fili ne neglexeris disciplinam
dñi: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quẽ enim di/
ligit dñs castigat: Fagellat aũt oẽm filium quem reci/
pit. Argue nos dñe: uerũ in iudicio/& non in furore.
Ista correptio populi dei ẽ. Correptio uero peccato/
ris/& alieni/illa est quã iustus renuit dicens. Domine
ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripias
me. De falsis itaque magistris/& pseudo prophetis dr̃.
In disciplina populi mei non erunt: neque in scriptura
domus israel scribẽtur. Sicut & alibi. Deleantur de li
bro uiuentium: & cũ iustis non scribant. Et nunc in
scriptura ait domus Israel non scribant: & in terram
israel nõ intrabant: extra repromissionis terram hæ/
retici morabunt. Quæ est terra ualde bona: & in quã
ut introducamur oramus. In libro uiuẽtium ante cõ
scripti a christo Iesu. Cui est gloria & imperium in sæ
cula sæculorum. Amen.

¶ De illis qui consuunt puluillos sub omni cubito
manus/& faciunt ceruicalia ad capiendas animas.
Homilia tertia.

PRIMVM De eo quod dicitur/ob/
firma faciem tuã: regrendum est: De/
inde (si dñs dederit) inuestigare debe/
mus filias populi pphetantes de cor/
de suo: & faciẽtes eas: in quibus eas dei
sermo corripiat. Et quia sit alia facies præter hãc cor/
poris nostri faciem: licet ex multis manifestum sit at/
tamen & ex his quæ Apostolus memorat. i. redicat.
Nos uero oẽs reuelata facie/gloriam dñi speculãtes:
in eadem imaginem transformamur a gloria in glo/
riam: quasi a dñi spiritu. Hãc faciem corporalem oẽs
hoies habemus reuelatam: nisi calamitatibus forte &
angustiis præmimur. Vultus autẽ ille de quo sermo
Apostoli est/in multis tectus est: & in paucis reuela/
tus. Qui enim fiduciã habet in uita imaculata: in sen
su sano/in fide uera. Iste tñmodo non habet confes/
sionis fraudulẽte: peccatique uelamen. Sed ppter pu/
ram cõscientiam/reuelata facie gloriam dñi contem/
platur: procul autẽ absit a nobis ut uelatam hanc fa/
ciem habeamus. Hæc pauca de facie: ut possimus in/
telligere quid sit qd' seqtur. Obfirma faciem tuã sup
filias populi tui. Ista facies/idest principale cordis no
stri: nisi obfirmata fuerit super eo quod intelligendũ
est: ut sicut uidet/sic annũciet audientibus: illud qd'
aspicitur non uidetur. Impossibile quippe est ut ali/
quis sine obfirmatione uultus/uagus & fluctuabun
dus/& circũlatus omni uento doctrinæ uideat qd'
debet: uideat ut debet. Oportet ergo uolẽtem intelli/
gere/habere faciem obfirmatã in eo quod intelligere
nititur. Et ob hanc causam propheta iuris primũ iu/
betur ut faciem suam obfirment. Vt nr̃am autem &
nos possimus obfirmare faciem in euãgelio/in lege
in prophetis/in apostolis: obfirma eam sup christo:
& nõ super sæculi negociis. Sed cum in mũdialibus
curis aĩa nostra uersetur: cũ semper habendi ardeat
fame: nõ obfirmamus faciem nr̃am super ea quæ i/
perauit deus: sed super ea quæ dei sunt aduersa præ/
ceptis. Quis putas in nobis mũdus est ab obfirma/
tione faciei super has quæ iterdicta sunt? Quis in tan
tum solicitus/& cautus/in diebus ac noctibus in ea
obfirmet cordis sui faciẽ quæ iubentur? Nũc quoque
si intellecturi sumus præsentem scripturam: quomo
do prophetæ dicatur. Obfirma faciem tuam super
filias populi tui. Vt uideat ea quæ dicturus est: debe/
mus obfirmare intelligentiam/& plenum in inten/
tione cordis habere tractatũ. Quid sit hoc/significet
ut tandẽ ratione superati recedamus a lr̃a. Sic sm̃ cõ/
munẽ quidem intellectũ/uidẽtur quædam filiæ po
puli prophetantis: hoc quod seqtur admisisse petiñ.
Assumẽtes ceruicalia cõsuebant: & cõsuetes non po
nebant ea sub capite: sed sub cubitu audientiũ: & ue/
laminibus quibusdã tegebant capita uniuersæ æta/
tis. Hæc sunt quæ pphetantibus filiabus populi/re/
putãtur quasi magna peccata. Quis aũt potest in uer
bo cõsistens dicere: quia si quis ceruicalia consuat: &
cõsuta sub cubito ponat alterius/delinquat: Et a deo
corripiatur! Quis põt asserere quia si quis uelamina
faciat ad tegẽdum caput uniuersæ ætatis: impie agat?
Inuitis nobis ab ipsa scriptura necessitas imponitur
ut ab apicibus/& littera recedẽtes/uerbum & sapien/
tiam & uoluntatẽ eius requiramus ad apienda quæ
clausa sunt ad illuminãda quæ caligãt: ut possimus
a maledicto extranei fieri. Agnoscimus quid sit/cui
maledicitur. Væ quippe aut his qui consuunt ceruic/
calia sub omni cubito manuum/siue manus. Qui in
quietu corporis occupati sunt: & ne per somnium q'
dem spiritales

dem spiritales appetunt delitias: quas nos uult habere sermo dicens. Delectare in dño: & dabit tibi petitiones cordis tui. Qui non nouerunt uoluptatem beatoꝝ: de qua scribitur: torrente uoluptatis tuæ potabis illos. Requirũt quasi amatores luxuriæ / & nõ amatores dei: semp in corporalibus eẽ delitiis. Signum aũt mihi uidetur uoluptatis carneæ / sub cubito manuum ceruical assutum. Quia enim in tpe discũbendi / ad reficienda corpuscula uidemur ut in consutis quibusdam / & acu pictis / sub cubito manuum nostraꝝ: forsitan sermo diuinus p istiusmodi figuram / & argumentum / eos culpet magistros: qui per uaniloquẽtiam & beatas quasq; repromissiones multitudinem audiẽtium / libidini / uitiis / uoluptatiq; uacare permittunt. Debet enim dei uerbum: & deus homo / proferre ea quæ saluti sunt audienti: quæ illum hortentur ad continẽtiam / ad cõuersationem sanorum actuum: ad cuncta in quæ homo studiosus laboꝝ / & non libidinum / debet incũbere: ut possit ea consequi quæ a deo sunt repromissa. Cum ergo aliqs apuis moribus populi: ut placeat eis quibus aures pruriunt: loquitur quæ grata ei accipiát: loquitur quæ uicina sunt uoluptati: talis magister consuit ceruical sub omni cubito manus. Sequitur hoc petiñ haben tem / ut faciat etiam amictus: ad uelandum caput ois ætatis. Cuius aũt rei sit figura uelamen cautius consyderemus: Qui fiduciam habet / & uere uir est: uelamen non habet super caput suum: sed in tecto capite orat deum: in tecto capite pphetat. Per signum corporalis rei etiam spiritalem latenter ostendens: ut sicut non habet uelamen super caput carnis suæ: ita non habeat uelamen sup principale cordis sui. Si quis uero confusionis opa gerit / & peccati: iste quasi muliebria uelamina habet super caput suum. Itaq; cum aliquis docuit ea quæ aurem populi mulceant: & strepitum potius laudatoꝝ q̃ gemitum moueát: si blandus inimicus palpauerit / potius q̃ secauerit uulnera: talis homo amictus cõtexit in capite. Cum aũt in luxuriosam orõnem dicẽtis se sermo fuderit: & in lasciuum psultauerit eloquium: contexit uelamen sup caput ois ætatis: non modo pueroꝝ / & iuuenum: ueꝝ & senum. Quomodo enim signa faciet / & portenta ad decipiẽdos (si fieri potest) & electos. Similiter & hi qui ad uolũtatem meditata deportát: & ista semp inquinunt quæ delectent potius audientes / q̃ conuertant a uitiis: faciunt uelamina non mõ sup caput pueroꝝ / & iuuenũ (sed si fieri potest) senum quoq; & patrum: in tm̃ ut etiam eos decipiát: qui iuxta laborem aĩæ in spiritali ætate / & senio pcesserũt. Et potuit quidem dicere ppheta: super filias populi tui quæ prophetant: sed quasi oẽs qui uelamina contexunt: & ceruicalia cõsuunt sub oĩ cubito manus: mulieres sunt: & nulla est inter eos quæ iure nomis digna habeatur: ait. Prophetaui filiabus populi tui quæ prophetant de corde suo: & ea faciunt quæ sequuntur. Effœminatæ quippe sunt eoꝝ magistroꝝ & aĩæ & uoluntates: qui semp sonantia: semper canora componunt: & ut quod uerꝝ est dicam: nihil uirile: nihil forte: nihil deo dignum est in his: qui iuxta grãm & uolũtatem audiẽtium prædicant. Ideirco deus filias potius q̃ filios dixit assuentes ceruicalia. Et obserua proprietatem uerbi assuentes aitu non cõtexentes. An ignoras q tunica dñi tui Iesu: nihil in se habeat consutile: sed ex oĩ parte contexta sit? Istæ ergo consuunt dicta dictis: fraudulẽter & callide assuentes potius q̃ cõtexentes. Et faciunt ceruicalia: non in qbus capita reclinent: sed in qbus cubitum: idest ut manus eoꝝ non sint in labore: non in opere lassescant: sed sint in requie: sint in ocio: sint in his gestis quæ uoluptatibus seruiũt. Hæc autem quæ dicimus ita se hñt / ut a nobis intellecta sunt: sequens sermo prophetæ lucidus ostendit dicens. Hæc dicit adonai dominus. Ecce ego ad ceruicalia uestra in quibus uos conuertitis animas i dissolutionem. Aperuit ænigma quod latebat: perspicue ostendẽs consuta ceruicalia in dissolutionem animarum fieri. Quis autem potest stare super sermonem qui legitur: audiens deum comminantem: quia ipse disrumpat talem sutelam: & talia ceruicalia? Ait enim ecce ego non iubeo: sed ipse disrũpo ceruicalia consuta sub omni cubito manus. Dei opus est omnem texturam dissoluere: & etiam uniuersam sutionẽ pessimã: quæ nocet his q nolunt manibus opari: sed ociosi eis uti. Vt disrũpam illa a brachiis ufis.i.ceruicalia. Cõminatur aũt deus: quasi clemẽs: ut disrũpata brachiis ceruicalia: ne ulterius ea cubitis nr̃is subiecta hẽamus. Et emittam aĩas q̃s uos subuertitis: aĩas eorum. Quæ ergo subuersio est consuere ceruicalia & subiicere cubitis? Sed ut sacrum sermonis itelligas: uidebis grandem subuersionem esse: delicatum hoiem iuxta corpus efficere. Talia aũt sunt uerba hæreticoꝝ: ubi nõ est conuersatio rigida. Inuenies Valentini discipulos moribus dissolutos: ad nihil forte: ad nihil uirile tendẽtes. Similiter & sectatores Basilidis. Docẽt insup & negare iuerecũde: quasi præceptum qd' de martyrio est. Nõ id docent qd' ostũdunt ecclesiastici: patati tollere crucem / & sequi saluatorem. Disrũpit ergo qui hæc cõminat sermo: filius dei cõsutiones neqssimas. Præsta mihi christe: ut disrũpam oia ceruicalia: in aĩaꝝ consuta luxuriam. Sed quid aliud sequitur? Et uelamia disrũpam: quæ se disrupturum esse testatur. Nõ solum ceruicalia: uerum & uelamina. Ideo autem disrupturum: ut caput nudũ fiat: ut accæpta fiducia: & reuelata non solum facie: sed etiam capite: constáter uir ecclesiasticus possit orare. Disrũpam uelamina uestra: & liberabo populum meum de manu uestra. Licet uos subuertatis animas / per ceruicalia & uelamina: ego ista disrumpens liberabo populum meum. Liberat autem populum deus per cõuersationem austeram: & a uoluptatibus recedẽtem. Et ultra nõ erunt in manibus uestris in subuersionem. In manibus uestris qui decepistis audientes: iam non erunt ultra ista ceruicalia. Et cognoscetis qa ego sum dñs. Si nõ cõcisa fuerint ceruicalia: si non uelamina disrumpero: non cogno

scietis quia ego sum dñs. Delitiæ quippe & ocium & resolutio non sinunt cognoscere eum: qui dicit. Ego sum dñs: pro eo quod euertitis cor iusti inique. Quomõ in loco signoꝝ dcm̃ est: quia decipiãt ẽt electos dei. Sic euenit sæpe ut iustos quoq; hæretici supplãtent. Amant.n. hoies uoluptatem: quia statim ut apparuerit/ tranqlla est & lasciua: & delectãs sensum: & prouocans nos ad usum sui. Fugimus amara licet salutaria sint: & nolumus laborare uoluptatibus deliniti: nescientes qa impossibile est eundem esse amatorem uoluptatis & amatorem dei. Propter qđ Apostolus ait/ de pessimis: quia sint amatores uoluptatis magis ꝗ̃ dei. Et ego nõ auertebã ad confortãdas manus iniquoꝝ: ego non auertebam. Sed oĩa quæ erãt ædificationis dispensabam. Iste uero ꝓphetissæ effœminatæ aiæ auertebãt/ ad cõfortãdas manus iniqui: hoc est ut fortiter manus in iniquitate fieret: ne oĩno auerteretur a uia sua mala & uiuificaret̃.i. nullus cõuerteretur a uia sua pessima: & uiuificaret̃. Propterea falsa non uidebitis q docetis falsa. Iam uos ultra non faciã conatu pergere ꝓspero: ut possitis isinuare quæ dicitis: diuinatiões non diuinabitis amplius. Et liberabo populum meũ de manu u͞ra. Oramus ut nos liberet deus de manum talium magistroꝝ: qui ubicunq; ad uoluptates audiẽtium loquẽtes: scindunt & diuidũt ecclesiam: qa plures sunt magis amatores uoluptatum ꝗ̃ amatores dei: & scietis qa ego dñs. Si cõuertero diuinationes u͞ras. Si fecero silere mendatia. Tũc scietis qa ego dñs. Hæc prior ꝓphetia: sequiturq; & alia: quæ ita cõtexitur. Et uenerũt ad me uiri senioꝝ Israel: & sederũt ante faciem mei. Oĩa dei sermo ꝑstringit: & nullam spẽm ordinũ q in ecclesiam constituti sunt dimittit intẽtam. Veꝝ uniuersa percurrens: oẽs sanare desyderat. Veluti nunc quædam ad ꝓ̄sbyteros loqtur. Ea enim quæ ꝓ̄cesserunt de magistris dicta sunt. Iccirco cõsyderemus & de ꝓ̄sbyteris qđ dicatur excutientes nos metipsos: ne qs nostrum ꝓ̄sbyter talis sit: qualis infra exponit̃. Et uenerunt ad me uiri senioꝝ Israel/ & sederũt añ faciem meam. Et factus est sermo dñi ad me dicẽs. Fili hoĩs. Videamus accusationem / ut scire possimus utrũ ne eam deprehendamus in nobis an nõ. Viri isti posuerũt cogitationes suas in cordibus suis: & pœnam iniqtatum suaꝝ posuerũt ante faciem suam. Nunqđ respõdens r͞ndebo eis? Beati qui mundo sunt corde. Qui enim mũdum hñt cor: cogitationes suas non ponunt in cordibus suis: sed magis hñt in s͞mones dei. Qui aũt laborãt in sæcularibus curis: & nihil aliud requirunt nisi q̃uo trãsigant uitã: hi cogitatiões suas ponũt in cordibus suis/ utputa: si uideris hoiem nihil aliud cogitãtem nisi mũdi negocia & lucra corpalia & ciboꝝ abũdantiam: ex his ꝗ̃ idiguerit: in qbus solicitus est/ in qbus suspirat futurã tñ alimoniam cũ dolore cõgrens: pœnã cogitationũ suaꝝ posuit in corde suo. Arguens igit̃ quosdam ꝓ̄sbyteros istiusmodi: ait ad ꝓphetam sermo diuinus. Viri isti.i. supradicti ꝓ̄sbyteri: posuerũt cogitatiões suas ĩ cordibus suis: & pœnam iniqtatum suaꝝ posuerũt añ faciem suam. Nemo nostrum existimet cruciatus ab aliquo ꝗ̃ a nobis irrogari. Deus nõ facit pœnas: sed ea quæ patimur ipsi nobis ꝓ̄paramus. Itaq; testimõio quo frequẽter usi sumus: etiam nunc oportune utamur. Ambulate in lumie ignis u͞ri: & in flãmam quã accẽdistis. Non est ignis ulterius nisi uester q ligna: q stipulam: q materiam futuroꝝ incendio coaceruastis. Dicit ergo de ꝓ̄sbiteris ꝓcul aũt absit a nobis. Viri isti posuerũt cogitationes suas in cordibus suis: & pœnã iniqtatum suaꝝ añ faciem suã. Si r͞ndens r͞ndebo eis. Nunqđ nã dignum est istis me r͞ndere: q uenerũt ad ꝓphetã uolẽtes discere s͞mones meos? ꝓp hoc loq͞re ad eos. Et dic eis. Hæc dicit adonai dñs. Homo hõ ex domo Israel. Oẽs hoies nasciti sumus hoies sed nõ oẽs homines: hoies sumus/ sicut sæpissime notaui: id qđ in leuitico scriptũ est. Homo hõ filioꝝ Israel: aut aduenaꝝ q appositi sunt in uobis. Estote hoies hoies.s. qa non oẽs hoies hoies sunt. Ostẽdamus de scripturis q̃uo qdam hoies non sunt hoies. Homo in honore positus nõ itellexit cõparatus est iumẽtis insipientibus: & assimilatus est eis: iste nõ est homo hõ: sed hõ iumẽtum. Generatio uiperaꝝ qs ostẽdit uobis fugere ab ira uẽtura. Talis nõ est hõ sed serpẽs hõ. Et qui in fœminas insaniẽtes facti sunt: unusqsq; sup uxorem ꝓximi sui hinniebat. Et iste nõ est homo hõ: sed equus hõ. Absit igit̃ a nobis ut tales simus q mereamur audire: nõ esse nos hoies: sed aliud qđ ꝑter hoies. Si.n. boni & mãsueti sumus: duplicamus hoĩs nomẽ: & fit in nobis nõ simpliciter hõ: sed hõ hõ. Consydera an iuenire ualeamus qđ sit illud quod nomen hoĩs duplicet. Quãdo iste hõ q est exterior: hõ fuerit: eo q est iteriore hoĩe semꝑ non est in nobis hõ hõ: sed tm̃ hõ. Quãdo uero & iterior hõ iuxta imaginẽ ꝑseuerauerit cõditoris: tũc nascit̃ hõ: & fit istiusmodi s͞m exteriorem & iteriorẽ hoiem/ bis hõ hõ. Porro siqs in hoc uocatus/ ut fiat hõ hõ: posuerit cogitatiões suas in corde suo: & pœnam suã añ faciem suã: & uenerit ad ꝓphetã: ego inquit dñs r͞ndebo ei in his: in qbus detinet̃ mẽs eius. Docet nos s͞mo pñs q̃uo oporteat singulis r͞ndere: ne iportuna & incõgrua medicamina accipiamus: sed pro q̃litate uerboꝝ singula quæq; ꝓferre. Aĩaduerte qđ dicimus. Ad medicũ decem uadũt: decẽ hñtes spẽs ifirmitatũ. Nõ oẽs eodẽ mõ curat: sed aliũ illo & illo: utputa unũ sanat emplastro: alii aliud tribuit medicamentũ. Nõnullis qđ cauterium nũcupat̃/ imponit: alium amara/ alium dulci tẽperat potione. Cuiusdam uero uulnera crassiore unguẽto delinit. Sic & sermo dei pro qualitatibus hoium loquitur: nec passim sapientiæ suæ ingerit sacramenta. Ait itaq;. Ego r͞ndebo ei in quibus detinetur mens eius: ut ista uidelicet auferam: in quibus mens eius detinet̃: ut nõ faciat declinare domum Israel. Quicũq; seipsum non præbet exẽplum bonæ uitæ: sed ꝑuersus icedit/ iste ꝑ suam prauitatẽ dum ad hæc quæ nõ debet iclinat̃: facit quodãmõ ẽt populũ dei declinare s͞m corda eoꝝ quæ ab alienata sunt a me. Et q hoc

facit ſm alienatum cor a deo: in cogitationibus ſuis
facit. Propter qđ uidetur eis in his qbus detinet̃ cor
eorꝫ: et dr̃. Dic ad domũ iſrael. Haec dicit adonai dñs
Cõuertimini & auertite uos a ſtudiis ueſtris: pollici/
tus eſt. n. ſe locuturũ eis ea in qbus detinetur cor eorꝫ:
ideo nũc quaſi pctõribus loqtur dicẽs. Cõuertimini
& auertite uos a ſtudiis uñis: & auertite facies uñas.
Nõne tibi uidetur hoc facere? Facies uñae obfirmatae
ſunt ſup ea quae nõ debẽt: cõuertite eas: & obfirmate
in haec quae uño ſint emolumẽto. Propter qđ homo
de domo iſrael & de pſelytis q aduenit i iſrael. Qui/
cũq; abalienatus fuerit: poteſt fieri & hoiem hoiem:
ſiue creatum hoiem hoiem: ſeu per pfectũ ſui hoiem
hoiem effectum. Abalienari ſiqdem & iuſtus poteſt
ſm eũdem Ezechielem/ & cõuertitur aliqñ a iuſtitiis
ſuis & peccat. Si ergo iſtiuſmodi hõ poſuerit cogita/
tiones ſuas in corde ſuo: & poenã iniqtatis ſuae ante
faciem ſuã: & uenerit ad pphetam: ut iterroget eum
in me. Ego (inquit) dñs rñdebo ei in ipſo in quo de/
tinetur: & obfirmabo faciem meam in hoiem illum.
Conſydera qũo in principio ſpoponderit dcemẽter
ſe rñſurum: ac deinde qũo ſi rurſus uenerit: nec dum
curatus prioribus uerbis. Obfirmabo dixit faciem
meam ſup hoiem illum: & ponã eum in deſertum.
Si enim nõ obedierit ſermonibus cõmonitionis: ſed
in delicto pſeuerauerit: ponã eum in deſertum: & in
exterminium: & tollam illum de medio populi mei.
Ne auferas nos deus oĩpotens de medio populi tui:
uerũ cõſerua nos in populo tuo. Iuſte aũt proiicitur:
qui digna facit abiectione: ut auferat̃ a populo dei: &
eradicetur ab eo: & tradatur ſatanae. Et in praeſenti q/
dem poteſt quis egrediens de populo dei: rurſum p
poenitentiam reuerti. Si uero eradicatus fuerit ille ex
populo: de quo in quadam parabola dr̃: ueniſſe/ &
introiſſe/ & recubuiſſe quẽdam qui non habebat ue/
ſtem nuptialẽ: dicẽte ad eũ patrefamilias. Amice qũo
huc introiſti/ nõ hñs ueſtimẽtũ nuptiale? atq; praeci/
piente miniſtris ut uincientes eum manibus & pedi/
bus mitterẽt in tenebras exteriores. Sed nos nõ era/
dicabimur: uerꝫ & in pñti/ & in futuro ſeculo in do/
mino noſtro Ieſu chriſto plantabimur: & in eo fru/
ctus uberrimos afferemus. Cui eſt gloria & imperiũ
in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De peccatis peccatricis Hieruſalẽ: & qliter ob pctã
fame/ & beſtiis malis ſit excruciata. Homilia. IIII.

SERMO Dñi qui factus eſt ad pphe/
tam de peccatrice terra: loqtur qũo pp
delicta ſua/ uariis ſit excruciata ſuppli/
ciis i fame/ beſtiis malis/ gladio/ morte.
Morte aũt repẽtina: quae aut ex corru/
pti aeris uitio fit creata: aut ex quocũq; acciderit euen
tu: & dicat̃. Quod ſi ẽt quattuor ultiones meas mi/
ſero in terrã peccatricem fuerint aũt iſti tres uiri: Noe/
Daniel/ & Iob in terra peccatrice: ipſi ſoli ſalui erunt.
In cõminatione prima/ in qua poenã famis a poenis
caeteris appertuit: filiorꝫ & filiarꝫ noia tacuit. In eo ue/
ro ſermone: in quo beſtias malas minatus eſt terrae:
ait. Si filii & filiae eorꝫ ſalui fient: ipſi ſoli ſaluabũtur:
terra aũt: & cũ paululũ reticuiſſet/ adiecit: & erit in in/
troitu. Rurſum in cõminatione gladii. Nõ liberabũt
(ait) filios aut filias: & in morte ſimiliter eſt locutus.
Nõ derelinquent̃ filii aut filiae eorꝫ: ſed ipſi ſoli Noe
& Daniel/ & Iob liberabũt aias ſuas. Ingens igit̃ no/
bis cura expoſitionis incũbit: & ob id diligẽter debe
mus attendere: & obſecramus auditores/ ut quaſi ad
aliqđ grande ſpectaculũ cõfluentes: aciem mẽtis in/
tendãt: ne obſcuritas relaxatis ſenſibus elabat̃. Nõ di
xit in pñti. Si peccauerint ciuitatis/ aut loci alicuꝰ ac/
colae: ſed ſi terra peccauerit. Et ſcio qa ſimplicior qſq;
cũ audierit/ Si terra peccauerit: ſtatim ad pcliuẽ ferat̃
intelligentiã: ut terram dicat noiatam p his q morant̃
in terra: Verꝫ ſequẽtia ſcripturae: iſtã ſtatim exiſtiment
expõnem. Cũ. n. peccauerit terra/ & in ſua pctã cor/
ruerit: extẽdit̃ manus nõ ſup habitãtes terrã: ſed ſup
ipſam terrã/ & prima correptione conterit̃: ut auferat̃
ab ea firmamentũ panis uidelicet: q̃ ſi poena ſit terrae:
ſi fames eã obtineat: ut fruges ſemini denegent̃. Nã
ſicut hõ peccator ſine ple/ & ſterilis: inter maledictos
punit̃: iuxta id qđ in quodã loco ſcriptum eſt: ex cõ/
trariis. n. cõtraria intelligũtur. Et de iuſto dr̃. Nõ erit
ſine prole/ neq; ſterilis in uobis: & pctõres ſine liber/
ris/ & poſteritate ſui: aeterna inſertilitate dãnant̃: ut in
domo Abimelech factum eſt: & eorꝫ quorꝫ cõcluſit
deus uuluam: pp pctm̃ quod in Iſaac cõmiſſum eſt.
Sic & terra quodãmõ ſine ple/ & ſterilis relinqtur: fa
me miſſa in ea. Putas uerꝫ eſt hoc qđ afferere ſermo
ꝓludit: nõ de habitatoribus terrae: ſed de ipſa terra di
ci? poſſum paulũp ad altiora conſcendẽs: ſcripturaꝝ
teſtimoniis approbare qũo peccator terra dicat̃. Dr̃
enim ad Adam. Terra es/ & in terrã ibis. Poſſumus
dicere qa & nũc delinquẽs terra: peccator ſit. Sed ecõ
trario latiſſimã ſcripturae ſyluam recenſens: cohartor
ad ſuſpicandum: qa aialis ſit terra iſta quã cernimus.
Si enim hoc quod ſcriptũ eſt: qui aſpicit ſup terram/
& facit eam tremere: iuxta id quod ſcriptum eſt uolu
mus accipere: intelligimus ad aſpectum dei terremo/
tus cõcitari: nõ quos iudaei ſuſpicãtur. Nam illi affe/
runt tremorẽ terrae cõmotionem eius eſſe: quod lon
ge a ueritate diuerſum eſt. Et nos quippe ſoliciti/ &
tremẽtes/ pp ter peccata nña in terra ſumus: nec tñ tre
mor corpus cõcutit ad tremendum. Sicuti & in alio
loco dicitur. Super quem reſpiciam ait dominus: ni/
ſi ſuper humilem/ & quietum: & trementem ſermo/
nes meos? ex quo manifeſtum eſt: manſuete & hu/
militer deo ſeruientem: ad ſermones eius mente po/
tius tremere q̃ corpore. Et haec quidem in medio di/
cta ſint/ ſatiſſatione eius teſtimonii quod intulimus:
qui aſpicit terrã & facit eã tremere. Accipe aũt & alia
dicta de terra. Offenditur terra ab his qui in ſiderint
in ea. Quomodo offenditur terra: & qñ aduerſatur
ab his qui in ſe cõmorantur? quando fuerint pecca/
tores. Accipe & aliud exemplũ. Cõplacebit ſibi terrae
in ſabbatis ſuis. Ecõtrario enim q̃dam terrae ſabbata
nuncupãtur: in quibus complaceat/ & laetetur. Nec

dum dico:attende coelum & loquar: & audiat terra
uerba oris mei. Neq; illud. Audi coelum/& auribus
pcipe terra. Sed nec Hieremiæ pphetia. Terra terra au
di sermonem dñi. Scribe uirũ istum abdicatũ. Multa
nos latẽt ppter paupertatem memoriæ: ppter ingenii
tarditatem. Multa sunt quæ cõdidit deus rõnabilia
& sunt capacia/non solũ principatus & ptãtes & re/
ctores tenebrarũ istarũ: uerũetiam & in meliore parte:
thronos/dñationes: & cætera/quæ nostro intellectui
Apostolus reliquit dicens. Et sup nomẽ qd' noiatur:
nõ solum in sæculo isto: uerũ & in futuro. Aer quoq;
aialibus plenus est: s̃m eiusdem Apostoli testimoniũ
prædicantis. In quibus aliqñ ambulastis s̃m sæculũ
mundi huius: s̃m principem potestatis aeris: spiritus
qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. Est ergo terra
& uniuersa animalia: & per partes aialium uarietates.
Quando enim offenditur terra: & rursum cõplacet
sibi in sabbatis suis: non ois offenditur: nõ ois exul/
tat. Quodãmodo enim erudita est cum habitatori/
bus suis: & didicit sabbata: siue in umbra siue in ue/
ritate: iuxta naturæ suæ agere qualitatem. Vñ sacra/
tiore quadã intelligentia sabbatismus exercetur post
septẽ annos terræ sanctæ: donec cõplaceat deo in ea
habitare. Si uero pctõres in ea non fuerint: nõ iam ul
tra p septẽ milia annos: sed p septuaginta terra sabba/
tum gerit. Habemus sermonem de septuaginta an/
nis tam apud Hieremiã/q̃ apud Danielẽ sanctis litte/
ris cõsignatũ. Et futurũ est ut in iudicii die nõ solum
homo: sed etiã uniuersa conditio iudicetur. Ois qp/
pe creatura congemiscit/& condolet. Si ois creatura
congemiscit/& condolet: est aũt creaturarũ pars terra/
& coelum/& æthera quæq; sub coelos sunt: & quæ
super coelos: & liberabitur ois creatura a s̃uitute cor/
ruptionis in libertatem gloriæ filiorũ dei. Quis scit
& de terra an s̃m naturam suam i aliquo peccato te/
neatur obnoxia? Si enim aial est: si rõnabilis est: si in/
diget auditione sermonis pphetici dicentis. Attẽde
coelum/& loquar: & audiat terra uerba oris mei: &
audi coelum & auribus pcipe terra. Cur nõ dicamus
quia ut inter hoies est homo audiẽs: & faciens uerba
quæ iussus est facere: & alius est q audit: & nõ implet
quod p̃cipitur: sicut & angelus p̃uaricator. Angeli
enim nõ custodiẽtes principatum suum: sed deserẽ/
tes pprium habitaculum: in iudicio magni diei: uin/
culis sempiternis sub tenebris seruauit. Quomõ er/
go & angeli p̃uaricãtur: & alii sunt & dei p̃cepta cu/
stodiũt: & iudicium præstolãtur. Non solum hoies:
uerũ ẽt angeli dei: ut frequenter diximus: tam de his
quæ in Apocalypsi cõscripta suntq̃ ex aliis inumera
bilibus. Quare inq̃t terræ/& aeris iudicium nõ sit fu
turũ? Si aũt nõ putas huic disputationi cõsentiẽdum
quam asserimus: oẽm creaturam iudicãdam: audi &
aliud testimonium de terra. Interrogat deus Cain qs
occiderit Abel fratrem eius: & post multos sermões
quos legimus: in Genesi: ad extremum de terra dicit.
Maledicta terra quæ apuit os suum ad excipiendum
sanguinẽ fratris tui/de manu tua. Ego nec illud p̃te/
reo. Maledicta terra in opibus tuis. Et ecõtrario si qñ
bñdicitur: legimus qppe & maledictã/& bñdictam
dei uocibus terram. Vides ergo q̃a merito dr̃. Cõge/
miscit ois creatura. Et ut ad præcedẽs reuertar exem/
plum: offendit̃ terra in insidẽtibus sibi. Puto q̃a ter/
ra nos mr̃is uice sustinens: lætetur sup bonis filiis: &
doleat sup peccatoribus. Ira qppe matris: filius insi/
piens: & dolor q genuit eum. Nõ solum huic pr̃i/&
matri/de quorũ semine orimur: sed & illi matri: quæ
uere mater nr̃a est. Accepitq; deus humum de terra/
& plasmauit hoiem. Igit̃ terra mater nr̃a est: lætatur
qñ iustum filium sustinet. Lætabat̃ terra ferens Ha/
braam/Isaac & Iacob. Lætabat̃ terra in aduentu dñi
mei Iesu christi: dignam se cernẽs filii dei sustentatu.
Quid necesse est dicere de apostolis/& pphetis: cum
de dñi aduẽtu scriptum sit. Ois terra clamat cum læ/
titia? Confitẽtur & miserabiles Iudæi hæc de christi
pñtia prædicari: sed stulte ignorãt psonam: cũ uideãt
impleta quæ dicta sunt. Quãdo.n. terra Britaniæ añ
aduẽtum christi: in unius dei religione consensit? qñ
terra Maurorũ: qñ totus simul orbis? Nũc uero præ/
ter ecclesias quæ mũdi limites tenent: uniuersa terra
cũ lætitia clamat ad deum Israel: & capax est bonorũ
s̃m fines suos. Statuitq; fines gẽtium/iuxta numerũ
filiorũ Israel. Et facta est pars dñi populus eius. Iacob
funiculus hæreditatis eius Israel. Capax est (inquã)
aial iuxta partium qualitates: & bonorũ actuum &
malorũ: in q̃bus aut laudem mereatur/aut poenam.
Cum igitur dr̃: terra quæ peccauerit mihi: ut delin/
quat delictum: mysterium quoddam significat̃. Ali
ter qppe de habitatoribus/aliter de ea dr̃ quæ inhabi
tatur. Coelum & terra ptrãsibunt. Cur coelum præ/
tergreditur? Cur terra ptransit? nisi quia trãsitus sui
quædã digna fecerũt? Et alio loco. Corrupta ẽ (ait)
ois terra. Quãdo corrupta est? añ diluuium. Nõ quo
p inũdationem diluuii sit corrupta. Ait ergo. Terra
quæ peccauerit mihi ut delinquat delictũ: extendam
manum meã: & terram eius firmamẽtum panis. Ex/
tendẽs deus manum suã sup peccatricem terram: fa/
mem immittit in eã. Possum & aliter interptare: q̃a ter/
ra aliqñ delinquat. Terra quippe est aia nr̃a: ut in pa
rabola euangelii significatur. Aia petra: aia terra bo/
na/& fertilis p multam patiẽtiam. Ista igitur terra sæ/
pe peccat: sæpe nõ peccat. Et siqdem peccauerit: extẽ/
dit deus manũ suã sup eã: & cõteret oẽ firmamẽtum
panis eius. Ne cõteras oĩpotẽs deus firmamentũ pa
nis ab ista terra. i. aĩa nr̃a: qu potius largire nobis se/
mẽ tuũ: ut feriat in nobis fructũ cẽtuplũ. Et imittam
in eam famẽ: & tollam de ea hoiem & pecus. Quo/
mõ possum tam recõditas res in publicũ pferre? Vñ
mihi ut exponere ualeã: cur fames/cur fertilitas/cur
abũdãtia/cur egestas terræ acciderint? O pfũdum di
uitiarũ sapiæ & sciæ dei. Vtrum pp hoies/& animarũ
malitiam imitatur fames: an propter angelos sunt
cõmissa terrena si peccauerint in ea: accidant quæ ui
demus accidere. Si aũt sunt quidam coelestis dispẽsa
tionis ministri qui fructibus præsunt: forte & ppter
illos

illos infertilitas terrae eueniat. Plurima enim opum eius in absconsis sunt: non possumus magnitudinē sapientiae eius effari. Arenā maris: & stillas pluuiae: & dies saeculi quis dinumerabit? Altitudinē coeli: & latitudinē terrae: & ꝓfundum sapiētiae quis inuestigabit? Varie ergo mittitur fames sup peccatricē terram. Et auferā (inqt) ex ea hoiem / & pecus. Aliud est terra: aliud est hō. Nam habitatores terrae (ut qdā putant) nūc pro terra non noiat. Si enim habitatores terrae ꝓ terra accipi uelit: supfluū fuerat dicere: auferam ex ea hoiem & pecus. Gaudet.n. terra qñ plena est accolis: moeret cū id quod dr̄ acciderit: auferam ex ea hoiem & pecus. De quibus si orantibus uobis dñs ministrauerit sensum: si tamen sensus dñi capaces sumus effecti: uolumus pauca disserere. Quomō poena matris in exilium destinatae / priuari filiis: aut certe filios suos ad aliam uidere prouinciam destinari. Sic quodāmodo mater nostra terra flagellatur pro peccatis suis a deo: qñ aufertur ab ea homo & pecus. Laetatur qñ hoies habet: magis autē qñ habet hoies optimos: & i dei studiis uiuētes: sicut supra exposuimus. Dicitur ergo qñ terra peccauerit: quasi dicatur. Si qñ peccauerit mater: auferi de domo eius filium: sic & nūc. Auferam de ea hoiem. Laetatur quippe terra nō super bestiis rabidis / & feris: sed sup pecudibus: quia placida / & mansueta aialia diligit. Et auferā de ea hominē & pecus. Et si fuerint isti tres uiri in medio eius qūo potest in terra peccatrice trium istoꝝ pariter numerus cōmorari? qūo tam diuersis tēporibus uiuentium: potest inter se uita coniungi? In praesenti legimus: in peccatrice terra eos pariter cōsistere. i. Noe q in diluuio fuit: & Danielem / q in captiuitate Babylonis cōmoratus est: & Iob qui tpibus patriarcharꝫ / & Moysi uixisse perhibetur. Hoc enim tps inuenimus uitae Iob. Quid ergo possumus dicere? Meminisse debemus (ut saepe iam diximus) quia ut homo hominem generat: & israel generat israel. Israel quippe cū esset Iacob: generauit populū israel. Et inuenimus in scripturis israel nomen tā in uno hoie q̄ in uniuerso populo dici. Sic nō solum israel / israel: uerꝫ & Ruben generat Ruben: & Symeon Symeon: & Leui / Leui: & Iudas Iudam: & reliqui oēs / qui in tribu Iuda sunt: ab illius stirpe uenientes: Iudas nuncupātur. Et replicatae sunt scripturae in tribu Iuda noibus Iuda. Ea quae in bñdictionibus Iacob: & Moyse de ruben & Symeon: & Leui & Iuda dicuntur: caeteris nō sic cōueniunt patriarchis. Vt his qui cognomine eorum ꝓpter familiae radicem extiterunt. Beniamin lupus rapax ad matutinū comedit: & ad uesperꝫ dabit escā. Beniamin ille nunq̄ fuit lupus rapax. Beniamin ille nunq̄ in uesperꝫ dedit escam. Sed is qui natus est ex tribu Beniamin: hebraeus ex hebraeis: iuxta legem phariseus circuncisus octauo die Beniamin praedicabatur lupus rapax: ad matutinū comedens: qñ iuuenis fuit: & in uesperum dans escam: qñ credens: spiritalē praebuit escam / a se ecclesiis institutis. Igitur Beniamin Beniamin generat. Quomō ergo homo ex hoie: Beniamin in Beniamin: sic Iuda ex Iuda: Rubē ex Ruben nascitur. Ruben quippe uiuat: & non moriatur: & sit multus in numero. In tm̄ non erat de patriarcha sermo: sed de populo q de patriarcha descensurus erat. Cur haec dicta sunt? Videlicet ut praesentē locum exponerem de Noe / & Daniel / & Iob. Quomodo enim Israel / Israel generat: & Iob / Iob: & Ruben / Ruben: reliqui / reliquos: sic Noe / Noe. Et dicā quia de filiis Noe: Sem Noe fuerit: Cham uero non fuerit Noe. Neq; enim habuit similitudinē patris sui. Et ut non oēs qui ex Habraam filii Habraam. Licet sint de semine eius: nō sunt filii ipsius: qm̄ peccatores sunt. Sic hi qui habent similitudinē factoꝝ Daniel: Daniel sunt: q imitant̄ patiētiam Iob: Iob fiunt. Noli igit̄ dicere btūs Noe: qm̄ dignus effectus est ut in diluuio solus eligeret̄ a dño: & caeteris in inundatione peuntibus: cū suis seruaret̄ incolumis. Sed cōsydera qa & tu si feceris ea q̄ fecit Noe: eris Noe. Audi saluatorē dicentē. Si essetis filii Habrae: opa Habrae faceretis. Igitur siqs est filius Habrae: facit gesta Habrae. Siqs est filius Noe: facit opus Noe. Siquis est filius Daniel: facit id quod fecit Daniel. Si quis sequitur per quod gloriosus effectus est: puta / ois qui substantiam suam perdit: & sustinens patiēter tam iacturam reꝝ familiarium: q̄ mortes filioꝝ: dicit / dñs dedit dñs abstulit: sicut dño uisum est: ita factum est: sit nomen dñi bñdictum in saecula. Qui incēditur corporis malis: & flagellatur uario maloꝝ suoꝝ dolore: & nihilominus i ipsis suppliciis glorificat deum. Qui potest ridere diuina: & inter cruciatus propheticam emittere uocē: qualem emisit Iob: imitator est Iob. Atq; in hunc modum & Noe / & Daniel & Iob in eodem possunt tpe repperiri. Quod autem nunc Ezechiel non de his dixerit: quos in scripturis lectitamus: uidelicet quos aut trāslatio / aut mors de praesenti uita subtraxerit: de alio quoq; loco ꝓbare conabimur. Daniel qui traditus est principi eunuchoꝝ / cū Anania / Azaria / & Misael: eunuchus fuit. Et est in p̄senti dictum. Noe / Daniel / & Iob filios & filias non liberabunt: & reliqua. Fingamus quippe filios habuerit Noe: qūo filii Daniel docebūtur: quem eunuchum iudaei fuisse tradūt? Verꝫ quia fertilis & sancta fuit aia illius: & ꝓpheticis diuinisq; sermonibus multos liberos ꝓcreauit: idcirco dr̄. Si fuerint in tpe isto / uel illo: ut Noe / Daniel / & Iob / ipi saluabunt̄. Et nos possumus fieri Daniel: ut aūt nō enumerem omnes sanctos: possum esse Paulus: si imitator fuero eius dicentis. Imitatores mei estote. Si cauterium quo signatus est Paulus habuero: si eandem figuram qua ille figuratus est in christo possedero: p; quam ut bonus pater aiebat. Filioli mei quos iterꝫ parturio: donec formetur christus in uobis. Si uero ex dissimilitudine signaculi arguor: quia aliam formam habuerit Paulus / q̄ ego in aia habeam: me ipsum decipio dicens. Filius meus es semen Pauli. Noli mirari quod filius apostoli fias. Habeto uirtutes: & eris filius christi. Filioli (inquit) adhuc pusillum uobiscum sum.

Cum autem fueris christi:eris & oipotētis patris: qa
unius sunt/iunctæq; naturæ. Ad hoc laborat iustus:
in hoc omne studium suum cōuertit:ut Danielis/&
Iob & Noe filius/ascēdat ad adoptionē dei: & iam
non uocetur hoium noibus:sed uocabulis filiorum
dei. Si ergo fuerint tres uiri isti:non indiget spūs san/
ctus:ut etiam nūc Noe/& Daniel/& Iob oñdat. Tres
uiri isti in medio eius. Dicit mihi eruditus auditor:
tres i præsenti noiantur. Sermo uero tuus plurimos
esse affirmat:& Noe/& Daniel/& Iob. Cui sic rñde/
bimus. Ois multitudo fidelium:unus est:& nō sunt
plures/qui similes sunt:corpora sūt plurima:unum
corpus oēs sūt:iuxta id quod scriptum est. Vos estis
corpus christi:& mēbra ex parte. Et saluator noster
uenit quærere/& saluare quod perierat in sacramēto
nonaginta & nouem ouium nō errātium:& unius
perditæ. Venit quippe filius hois quærere & salua/
re quod pierat. Sicut enim unum corpus plura sunt
corpora:& una ouis sunt plures oues quæ perierāt.
Hoc pacto oēs Noe/Daniel/& Iob:in unum Noe/
Daniel/& Iob rediguntur: ipsi in iustitia sua salua/
buntur dicit adonai dñs. Prius nomen dei quattuor
est litterarū/quod interpretatur naturaliter deus. Ergo
emittitur ꝓpter peccata terræ fames. Terra uero fm
oēs sensus quos supius diximus:& quoscūq; intelli/
gentiæ auditorū reliquimus: ut ex nostris dictis ipsi
sibi alias intelligentias reperirent. Videamus autem
& aliud opus iræ diuinæ emittētis in terram pecca/
tricem bestias pessimas. Aiunt etiam iudæi/si qñ lu/
pi hoies deuorauerint: impetum faciunt in quibus/
cunq; aialibus. Historia refert leones quōdam in hu
manum genus imissos:& alio tpe ursos. Istiusmodi
deuorationes ex dei indignatione descēdunt. Et hūc
interim sensum:ut sequamur litteram: ab altiori in/
tellectu recedētes:nunc sequi uidemur prophetam.
Qui autem spūalis est/oia iudicans: & a nullo iudi/
catur. Considēter dicit/multas esse bestias:qua emit/
tit deus in peccatricem terram (si tñ terra nostra pec/
cauerit) Aduersarius noster diabolus/ut leo rugiēs/
ambulat quærēs quem deuorat. Illa quoq; historia
quæ scripturas diligenter obseruantibus in planum
se præbet intellectum:istiusmodi habet significatio/
nem. Quādo duo ursi ad paruulos missi sunt:q cō/
tumelias faciebant prophetæ dicētes: ascende calue:
ascende calue. Vrsi namq; illi in signo erant aliarū be/
stiarū:quæ uere feræ:uere sunt rabidæ quæ mittun/
tur in hanc peccatricem terram. Procul autem absit
a nobis:ut bestiæ ad nos pro dei ultione mittantur:
quin potius in oratione dicamus. Ne tradideris be/
stiis aiam confitētem tibi. Ego noui perseuerātes in
fide iustos/feris traditos/& laceratos ab eis:consu/
masse martyrium:nec tñ beatos esse desisse. Non.n.
bestiis fuerant traditi spiritalibus & inuisibilibus:quæ
lacerāt aias peccatorū:& dentes suos in impiorū cor/
da defigunt. Quēadmodum enim si pastor ex ore
leonum euellat duo crura: uel extremum auriculæ:
ita euellentur filii Israel. Traditur ergo aliqñ terra be/
stiis ad euersionem: ut auferatur ab ea homo & pe/
cus:& obserua diligenter differentias comminatio/
num. In prima cōminatione famis ait. Ipsi soli salua/
buntur Noe/Daniel/& Iob. In secunda uero ubi be/
stias imissurum se esse testatur:filii/& filiæ nuncupa/
tæ sunt:uerūtñ ipsi soli salui erunt/dicit adonai dñs.
Qui locus dupliciter itelligitur. Ac primum fm cō/
munem sensum exponamus:ob nōnullorū insipien
tiam:qui sensum animi sui:dei esse asserūt ueritatem:
& frequēter dicūt. Futurū est ut unusquisq; nostrum
precibus suis eripiat quoscūq; uoluerit de geēna:&
iniqtatem introducunt ad dñm:non uidētes qm iu
stitia iusti sup eum erit:& iniquitas iniqui sup eum:
& unusquisq; in proprio peccato morietur:& in ꝓ/
pria iustitia uiuet. Nihil mihi conducit pater Martyr
si non bene uixero:& ornauero nobilitatem generis
mei:hoc est testimonium eius & cōfessionem qua il/
lustratus est in christo. Nihil prodest iudæis dicenti/
bus. Nos de fornicatione nati nō sumus. Vnum pa/
trem habemus deum. Et post modicum. Habraam
pater noster est. Quæcunq; dixerint:quæcunq; assu/
mere sibi uoluerint:si nō habuerint fidem Habraā:
incassum gloriantur. Neq; enim ideo saluabūtur:qa
sunt filii Habraam. Quoniam ergo quidam non re/
cte opinātur:necessario iterposuimus etiam sensum
litteræ dicētis:filios & filias non liberabūt Noe/Da
niel/& Iob:sed ipsi soli salui erunt. Nemo nrm con/
fidat in iusto patre/i matre sancta/in fratribus castis.
Beatus homo qui spem habet in semetipso:& in ui/
ta recta. Ad eos autem qui in sanctis fiduciam hñt:
non incongrue proferimus exemplum. Maledictus
homo qui spem habet in hoie. Et illud. Nolite confi
dere in hoibus. Sed & aliud. Bonum est cōfidere in
dño q̄ cōfidere in principibus. Quod si necesse est in
aliquo sperare: oibus derelictis speremus in dño di/
centes. Si cōstiterint aduersum me castra:non time/
bit cor meum. Cum hæc se ita habeant:etiam alia no
bis quæstio oboritur:quam diligenter debemus ex/
cutere ut scripturarū ueritas elucescat. Quare cum tā/
ti sint iusti:nunc tñmodo tres noiantur: Noe/Da/
niel/& Iob? Audiui quondam a quodam hebræo
hunc locum exponente/atq; dicente:ideo hos noia/
tos/quia unusquisq; eorū tria tpa uiderit: lætum/tri/
ste/& rursum lætum. Vide Noe ante diluuium. Cō/
sydera mūdum integrum:& eūdem post Noe in to
tius orbis naufragio: solum cum filiis suis/& aiali/
bus/in archa seruatū. Consydera qūo post diluuium
egressus sit/& plantauerit uineam:quodāmodo se/
cūdi rursus orbis creator existens. Talis est iustus. Vi/
dit mundum ante diluuium:hoc est ante consuma/
tionem. Vidit mūdum in diluuio: idest i corruptio/
ne/& in interitu pecatorū: quæ in die euentura sunt
iudicii/rursum uidebit mundum in resurrectiōe om
nium peccatorū. Dicat mihi aliqs. Concedo de Noe
ut tria tpa uiderit. Quid rñdebis de Daniele? Et hic
ante captiuitatem in patriæ floruit nobilitate: & de/
inceps in Babylonē trāslatus:eunuchus effectus est:

ut manifeſto ex libro ipſius intelligi poteſt. Vidit &
reuerſionem in Hieruſalem. Vt autem probetur qui
ante captiuitatem in Hieruſalem fuerit: & poſt capti/
uitatem eunuchus effectus ſit: aſſumamus id quod
ad Ezechiam dictum eſt. Accipiẽt de filiis tuis: & fa/
cient ſpadones in domo regis. Deinde poſt ſeptua/
ginta annos inuenitur deprecans deum: ut comple/
to iam tpe captiuitatis / rurſum regrediatur Hieruſa/
lem. Habemus orationem eius in uolumine ꝓprie
cõſcriptam: nec tñ poſſumus inuenire ubi ſit mor/
tuus. Vidit ergo tria tpa. Ante captiuitatem: in capti/
uitate: poſt captiuitatem. Talis iuſtus eſt. Videamus
autem an & Iob tria tpa uiderit. Fuit quidem locu/
plex: erant qppe ei oues ſeptem milia: cameli tria mi/
lia: iuga boum quingenta: & ſuppellex multa ual/
de: filii ſeptem & filiæ tres. Deĩde accæpit diabolus
poteſtatẽ aduerſus eum. Vide tpa cõmutata. Diues
in liberis pater / repente orbus efficitur. Diues in cen/
ſu dñs / ad ultimam deducitur ægeſtatem. Ecce duo
tempora. Poſt hæc apparet ei dñs & loquitur ei: de/
inde & ipſe Iob ea quæ ſunt in libro eius ſcripta / re/
ſpondit. Igitur in primo tempore dei laudibus præ/
dicatur: in ſecundo tentationi traditur: & ſæuiſſimo
ulcere percuſſus a pedibus uſq; ad caput: triſtia ac du
ra perpetitur. Ad extremum ſactæ ſunt ei oues quat/
tuordecim milia / cameli ſex milia: iuga boum mille:
aſinæ paſcentes mille: & naſcuntur ei filii ſeptem / &
filiæ tres. Itaq; & in Iob tria tempora dep̃hẽdimus:
quæ in iuſtis hoĩbus repimus. Tria uident iuſti tem/
pora ꝑſens: & cõmutatiõis qñ iudicaturus eſt deus:
& futurum poſt reſurrectionem mortuorum / ideſt
uitæ cœleſtis perpetuitatem: in chriſto Ieſu. Cui eſt
gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

De duobus aliis flagellis rumphæa .ſ. & morte:
quæ paſſa eſt peccatrix Hieruſalem. Homilia. V.

AMES Quæ propter peccatricem
inducitur terram: iuxta poſſibilitatem
f noſtraꝶ uirium diſcuſſa eſt. Et poſt fa
mem / de beſtiis peſſimis diximus: q̃s
immittit dñs ſup peccatores. Quattuor
enim ultiones in principio ꝓpoſuimus: e qbus duæ
reliquæ ſunt de rumphæa / & de morte. Et in prima
quidem filioꝶ / & filiaꝶ nomen tñ eſt. In ſecũda ue/
ro / & tertia quam nũc conamur exponere / filioꝶ &
filiarum nomẽ annexum eſt: ideſt in rumphæa qua
corruunt qui cæde eius digna fecerũt. Quis eſt ergo
iſte gladius / ideſt rũphæa quam nos formidare debe
mus? ne qñ mittatur ſup terram noſtram: ſuper ter/
ram quã figuraliter expoſuimus: ne & nobis neceſſe
ſit tranſire per gladium: ſed per gladium duplex ali/
quid habentis in pœna. Habitus quippe ipſius gla/
dii: diuidit / & ſecat eum in quem fertur. Si uero ad
acumen aciei eius etiam tactus ipſe pœnalis eſt: du/
pliciter torquetur qui hoc gladio puniẽdus eſt. Scri
ptum eſt enim. Statuit igneam rumphæam / & che/
rubin cuſtodire uiam ligni uitæ. Et qũo ſi gladius
acutus / & candens inferatur in corpus / duplicem tri/
buit cruciatum aduſtionis / & cædis. Sic & rũphæa
quæ ad cuſtodiam paradiſi ſtatuta memorat: quam
nunc ob expoſitionem gladii præſentis aſſumimus:
duplicia infert tormenta: dum adurit / & diuidit. Vt
autem neceſſarium aliquid ex quibus deus ſenſum
noſtrum illuminat in præſenti interponamus loco.
Accipe exemplum. Aiunt ſtudioſos medicinalis di/
ſciplinæ ad quaſdam corpoꝶ curatiões neceſſariam
eſſe non ſolum ſectionem ferri: uer etiam aduſtio/
nem. Nã ad eos qui canceris ueterno computreſcũt:
candẽtem ſiue nouaculæ laminam / ſiue quodcũq;
acutiſſimi ferri genus adhibent: ut per ignem radices
canceris euellãtur: per inciſionem autem & putrida
caro truncetur: & uia pateat medicaminibus inũtien
dis. Quis putas noſtrum canceris (ut ita dicam) ha/
bet ſimile peccatum? ut non ei ſufficiat aut ſimplex
acumen ferri: aut ſola ignis exuſtio: ſed utraq; adhi/
beantur: quo uratur: & ſecetur. Audi ſaluatorem ra/
tionem ignis / & ferri / in duobus locis ſignificãtem.
In alio loco ait. Non ueni mittere pacem ſup terram /
ſed gladium. In alio uero. Ignem ueni mittere ſuper
terram: & utinam iam ardeat. Igiť defert utrunq; ſal/
uator gladium: & ignem: & baptizat te in ſpiritu / &
igne. Eos enim qui non ſunt baptiſmo curati: ſpiri/
tus ſanctus igne baptizat: qui non potuerũt ſpiritus
ſancti purificatione purgari. Sacramẽta diuina ſunt
& ineffabilia: & ſoli deo cognita. Plus tñ in gratiaꝶ
donatione / quam in tormentoꝶ uarietatibus cõſti/
tuta. Neq; enim medici ex diſciplina artis ſuæ rõna/
biliter eos quibus medẽtur / ſecant / urunt: dantq; po
culum amariſſimi temperamẽti: multaq; alia (prout
cauſa poſtulat) faciunt. Deus autẽ uniuerſitatis dñs
ſine rationabili quadam ſapia / & ſine diſpenſatione
digna maieſtatis ſuæ: pœnas tñ infert peccatoribus.
Neq; enim ut exiſtimant / ad hoc tñ adhibet ſuppli/
cia / ut torqueat: ſed quaſi pater ſcit uulnera oium no
ſtroꝶ. Scit qua ex cauſa quod ulcus natum ſit: quæ
putredo iſœlicis animi ex quo ducať exordio: qua/
lis ſpecies doloris ex quo peccato ueniat. Scit & for/
mas / & modos / & numeros peccatoꝶ / q ſemel / bis /
terq; peccauerit. Qui i una ſpecie delictoꝶ ſæpe ruit:
qui in diuerſis uitioꝶ ſpeciebus / ſingulis tñ uicibus
errauerit. Hæc oia ſapia dei nouit ſm illud ꝙ ſcriptũ
eſt. Scrutãs corda / & renes deus / & ſupplicia quæ ab
eo irrogantur / ſic intelligantur quaſi digna deo / &
conuenientia diſpẽſationi eius. Non uult nos tñmo/
do cruciari. Oia quippe ad hoc cõdidit ut eſſent / &
ſalutares fecit generationes mundi: & non eſt in eis
medicamen ꝑditionis. Sed qa quod ille uoluit / nos
contẽnendo non fecimus: & ille quod cupierat / nõ
exercuit in nobis. Diſputatio nos cogit ut aliquid de
pœnaꝶ ſpẽ diceremus / quæ inferunť ad terram. De/
bemus autem noſce: quia non ſtatim ubi ſames fue/
rit / ſequatur & mors. Poteſt quippe ut aliquis famẽ
ſuſtinens in uita: licet inedia & ſqualore / & maciæ di
ſcrucietur. Poteſt fieri ut immiſſis beſtiis malis: non ſta
tim oẽs pereãt: fugæ auxilio reſeruati. Poteſt euenire

ut cedente rumphæa cesset interitus. Nã uulneran/
tur qdam/& secantur:& (ut ita dicunt) crebris icti/
bus cõfodiuntur:nec tñ pereunt. Iccirco nũc poena
nouissima in enumeratione poenarũ mortis infert.
Istiusmodi quiddam sacratissimus Apostolus sen/
tiens loquebatur. Nouissimus inimicus destructur
mors. Audebo dicere. Si inimicus nouissimus de/
structur mors:fuit qdam añ mortem inimicus idest
rumphæa. Fuit quidam ante rumphæam inimicus/
idest bestiæ pessimæ. Fuit qdá ante bestias pessimas/
inimicus fames. Hæc oĩa inimica sunt religionis ini/
micis. Si enim non uis amicus fieri deo:inuitanti te
ad recõciliationem:& dicẽti per Apostolum. Obse/
ero uos reconciliari deo. Quid de deo causaris:cum
tui causa sis:qui sub inimicorũ imperio esse uoluisti?
An ignoras idcirco deum in Aegypto misisse furo/
rem/& iram/& angustiam/immissionem per angelos
pessimos? Quia inimici illius erant:& ab eius aduer/
sario regebátur. Procul autem absint a nobis quat/
tuor istarũ supplicia poenarũ/fames: bestiæ pessimæ/
gladius/mors. Quicqd enim horũ fuerit illatum: ad
eos uenit:qui inimici dei sunt. Amicus eius præteriti
neq; ausum est eos cõtingere:qui de eius necessitudi/
ne gloriantur. Et quõ de igne bene creditum est/scri/
pturis testãtibus. Quia transeãt per eum iusti:& non
cõburantur. Vniuscuiusq; eorũ opus quale sit/ ignis
probabit. Sic & his suppliciis inueniatur aliquis/Da
niel/Noe:& Iob:& nihil poenarũ sustinebit. Hæc spe
tialiter ꝑ singula supplicia exposuimus. Quæ in ex/
trema parte in unum. Et propheta cõsonás ait. Hæc
dicit adonai dñs. Si autem quattuor uindictas meas
pessimas/rumphæam & famem/& bestias pessimas/
& mortem imisero. Quo? Nõ sup terram: sed super
Hierusalem. Terra enim si puniat:sufficit ei una cor/
reptio. Si autem corripiatur Hierusalem: sup quam
inuocatum est nomen dei:quattuor ei cruciatus pa/
riter inferuntur. Multo nobis melius fuerat non cre/
didisse sermõi:quam post credulitatem ad hæc rur/
sum peccata conuerti:quæ antea cõmisimus. Cõsy/
dera enim quõ scriptura sup terram sigillatim suppli
cia dicat inferri:& nõ apponat quam terram. Quá/
do uero ad Hierusalem ueniat. Si autem & quattuor
uindictas meas pessimas/rumphæam & famem/&
bestias pessimas/& mortem imisero in Hierusalem/
nos indicans Hierusalem:qui peccantes qdem nos/
Hierusalem sumus quæ destruatur. In ꝓceptis uero
permanẽtes/Hierusalem dicimur:quæ saluatur. Oẽs
lamẽtationes quas legimus in Hierusalem: oẽs q̃ri/
moniæ/quibus eam plangit deus/ad nos ptinent:q
gustauimus sermonem dei:& postea mandatis eius
contraria fecimus. Non sic plectitur iura contẽnens
Salomonis:non sic punitur Ligurgi scita destituẽs.
Aliud supplicium est eius/q legem dei per Moysem
traditam cõculcat/& despicit. Maxima oium est poe/
na eius/qui ꝓcepta filii dei ꝓ nihilo duxerit. Irritam
enim quis faciens legem Moysi sine ulla miseratiõe/
duobus uel tribus testibus moritur: quanto magis
putatis deteriora mereri supplicia:qui filium dei cõ/
culcauerit? Hi ergo quos enumerauimus filium dei
non cõculcauerũt:sed legem eius ꝓtergressi sunt:ma
ximeq; hi qui ante aduentum dñi fuerunt. Sed neq;
hi qui crucifixerũt saluatorem meum rei sunt igentis
poenæ:sicut hi qbus Apostolus dicit. Filium dei cõ/
culcans:& spiritui gratiæ cõtumeliam faciens. Et si
quid aliud significat in eo loco in quo eorũ peccata
replicat. Qui post fidem/in deum peccauerunt. Hæc
propter quattuor ultiones pessimas/quæ inducun/
tur sup Hierusalem. Et oẽs quidem qui didicimus di
uinas scripturas/siue bene siue male uiuamus / Hie/
rusalem sumus. Si male uiuimus/illa Hierusalẽ:quæ
cruciatibus punitur:ac sustinet quattuor ultiones/si/
ue illa Hierusalem / quæ in dei sinu requiescit. Et est
magna distantia ut in reliqua terra/sic & in ipsa Hie/
rusalem. Oẽs enim qui in ecclesia peccatores sunt:q
sermonem dei gustauerũt: & transgrediuntur eum:
merẽtur qdem supplicia. Verũ pro modo graduum
unusquisq; torquebitur. Maiorem poenam habet q
ecclesiæ præsidet/& delinquit. An non magis mise/
ricordiam ꝓmeretur ad cõparationem cathecumi/
nus? Non magis uenia dignus est laicus si ad diaco/
num cõferatur? Et rursum cõparatione præsbyteri:
diaconus ueniam plus meret. Quæ autem sequan/
tur/etiam me tacẽtem cognoscitis. Iccirco formidás
iudicium dei: & ante oculos sibi proponens illum
iudicii ordinem qui in scripturis cõtinetur:recordat
dicti illius. Põdus ultra te ne leues. Sed & illud. Noli
quærere fieri iudex:ne non ualeas auferre iniqtates.
Quid mihi prodest:quia prior sedeo in cathedra re/
supinus: honorem maioris accipio:nec possum ha/
bere dignitati meæ opera condigna? Nonne maiori
poena cruciabor:qa honor iusti mihi ab oibus defer/
tur/cum peccator sim? Necessarium fuit diligentius
retractantem ea quæ de quattuor terræ ultionibus
dicebãtur/id addere. Quod Hierusalem quippe erat
in tribu Beniamin:& sacerdotes templi/& Leuitæ q
dei ministeriis seruiebant:& cæteri ordines quos scri
pturarũ sermo comꝓhendit/in ea morabantur. Hæc
accipit quattuor ultiones pessimas: quæ nõ sunt si/
miles in his:qui in ea habitant. Neq; enim eodẽ mo
do & ad populum/& ad Leuitas cõminatio dirigi/
tur. Israelites enim peccans:in Israeliticum delictum
corruit. Qui autem maior est Israelita:quanto nobi/
lior fuerit i ordine:idest Leuites/& sacerdos:tãto ma
iora sustinebit. Si autem princeps sacerdotum pecca
uerit:dicit ad eũ Heli cõsacerdos suus. Si delinquẽs
peccauerit uir in uir:orabunt pro eo. Si autem dño
peccauerit:quis orabit pro eo? Hæc in expositione
eius sermonis quo cõminabãtur/& singulæ specia/
liter in peccatricem terram ultiones/& pariter cõgre/
gatæ in infoelicem Hierusalem. Videamus aũt & se/
quentia scripturæ. Quæ cum in parabola audieris ꝓ/
pheta. Nos tñ sensum debemus exponere:ipsi testi/
monii ordinem derelinquẽtes/& auditorem mitten
tes ad librum. Lignum uitis ut in fructu est honora/
bilius

bilius lignis oībus:maxime his quæ in saltu fructifi/
cant:sic ad cætera opera:inutilius oībus lignis est. Et
uascula q̄dā pñt fieri:& in diuersa opa necessarii usus
ad ministrādum. De palmitibus autem uitis non so
lum uas aliquod/& in opus utile quid fieri non po
test: sed neq; paxillus est utilis. Ait ergo sermo diui/
nus. Quia ut palmes uitis honorabilior sit cæteris li
gnis/si afferat fructus. Sic ab oībus iferior iudicetur:
si id non habeat uñ præcellit. Atq; in hunc modum
eos qui imbuti sunt eloquiis dei/honorabiliores eē
oībus:si quocūq; modo in uineæ positos dignita/
te/afferāt fructus bonos salutis. De qua scriptum est.
Ego uero plātaui te uineam fructiferā:totam ueram.
Et alibi. Vinea dñi/domus israel est. Et rursum. Vineā
de Ægypto trāstulisti:& reliqua. Si autem attulerint
fructus:an tñ ut a deo dici possit. Quomodo cōuer
sa in amaritudinem uitis alienæ? Tunc multo dete/
riores inueniri ab his lignis:quæ licet uiliora sint:tñ
suos afferunt fructus. Quomō enim præcellūt ligna
syluaq; uineas iferaces:eodem modo iuxta quādam
dispositionem sapiæ diuinæ:ex lignis uilioribus ali/
qua domui necessaria fabricitur? Neq; uero turbaris
putans nos extra scripturas/affirmare qđ dicimus.
Futurum eē ut de lignis syluæ aliquid utile fiat:idest
de meipso:si nō attulero proprios naturæ meæ fru/
ctus. Siqdem & Apostolus imaginē quandam corp
nasoq; sunt in humana cōuersatione assumit dicens.
In magna autem domo nō sunt tñ uasa aurea/& ar/
gētea:sed & lignea/& fictilia. Nota quia uasa lignea
nuncupauerit. Et alia qdem in honorem:alia uero in
cōtumeliam. Ista uasa lignea:quæ esse in magna do/
mo Apostolus pdicat:non sunt facta de uitibus/nō
de palmitibus uineaq;:sed ex aliis lignis:quæ uilioris
orduris in nemoribus fructificauerunt. Quātum er/
go malum est:& quale discrimen/ut ligna quōdam
uilia/inueniantur in magna patrisfamiliæ domo. Et
palmes uitis meæ inutilis dño sit:& in ignem proii/
ciat. Hoc enim scriptum est:quia annuam putatio/
nem eius consumat ignis. Hæc in Ezechiel. Saluator
uero huius parabolæ sensum in euāgelio ita perstrin
xit dicens. Ego sum uitis:uos palmites:pater meus
agricola est. Oēm palmitem qui in me manet:& fru
ctum affert:pater meus putat/ut fructus maiores affe
rat. Palmitem uero qui manet in me/& fructum nō
affert:pater meus excidit/& in ignem mittit. Vides
uicinitatē utriusq; sermonem. Vides q̄uo pater exci/
dat:& in ignem iaciat? Nos insensati/quasi negligen
da quidem scriptura sit:nolentes ea discere quæ no/
bis incutiāt metum:sed ea audire cupiētes/quæ pru/
rientibus auribus incutiant uoluptatem:libenter au
dimus quæ nos subuertant:quæ nos decipiāt. Qui
dicit proximo suo/ignoscit nobis peccata nr̄a deus:
siquidem & in talibus sacramētis ludimus:uicissim
nobis pollicentes:mappam mittet deus. Et quia bo/
nus est/& oium peccata dissoluit:oportet nos sedere:
& solicito corde dicere. Si heri peccauimus/hodie
pœnitētiam agamus. Veq; huic palmiti/aial quippe
est qui dicit:potens est deus/& bonus est agricola q
me non excidat:& in ignem mittat. Rñdebit agrico/
la. Sed si talis est palmes quod frustra i uite maneat:
nunquid poterit relinqui? Nōne si dimittatur impe
diet uitem:& uirides etiam fructuum feraces offen/
det palmites? Sicut enim boni agricolæ est excidere/
& computare quæ sunt supflua:& tradere in escam
igni ifructuosos ramos: sic boni dei est de oibus ui/
tibus infructuosos palmites amputare:& igni trade/
re in pditionem. Veq; nos ipsi i nos ludimus:& de/
cepti pariter/ac decipiētes:uolumus magis errare cū
plurimis/q̄ ab errore conuerti. Cum magis id quæ/
rere debeamus quod ædificet:quod timorem dei au
geat:quod ad pœnitētiam reuocet:quod in confes/
sionē sceleris adducat:quod deus nos faciat diebus
ac noctibus cogitare quomodo ipsi placeamus:ut
fiamus in uera uite christo Iesu fructiferi palmites/
& radici eius adhærentes. Cui est gloria/& imperium/
in sæcula sæculorum. Amen.

¶ De eo quod scriptum est. Radix tua/& generatio
tua de terra Chanaam. Pater tuus Amorræus. Ma/
ter tua Cethæa. Homilia sexta.

c ONSYDERANTI Mihi con/
stātiam prophetaq;:miraculum subit/
q̄uo uere credentes deo:magis quam
hoībus:contēpserint mortem/pericu/
la/contumelias:& oia quæ passi sunt
ab eis qui arguebātur:dum uoluntati dei in prophe
tatione deseruiunt. Admirabar quondam Hesaiam
ante quā compararem Ezechiel: & obstupescebam
q̄uo diceret. Audite sermonem dñi principes sodo/
moq;:attendite legem dei populus Gomorræ: quo
mihi multitudinē sacrificioq; uestroq; dicit dñs? Di/
cebat enim hæc/cum posset dicere uel tacere. Neq;.n.
ut quidam suspicantur mente excedebāt prophetæ:
sed ex necessitate spiritus loquebantur. Si alii (inquit
Apostolus) reuelatum fuerit sedenti:prior taceat. Ex
quo ostēditur potestatem habere eum qui loquitur:
cum uelit dicere/& cum uelit tacere. Et ad Balaam di
citur. Veruntñ est uerbum quod immitto in os tuum:
hoc obserua loqui. Quasi potestatem hñte eo:ut ac/
cepto uerbo dei diceret/seu taceret. Quid est ergo qđ
Ezechielem admiror? quia cum ei fuisset imperatum:
ut testaretur/& notas faceret Hierusalem iniquitates
eius:non posuit ante oculos suos piculum quod ex
pdicatione erat secuturq;. Sed ut dei tñ præcepta ser/
uaret:locutus est quæcūq; mandauit. Esto:sit mysle
rium/sit reuelatio sacratæ itelligētiæ de Hierusalem:
& de his quæcunq; super ea dicitur. Attamen pro/
phetans/& fornicationis illam arguit peccato:qa di/
uaricauerit pedes suos omni trāseunti/maledica uo/
ce testatur. Increpat scelerum ciuitatem. Sed quia cō/
fidebat dei se facere uoluntatem: paratus & mori/&
uiuere:loquebatur intrepidus. Videamus ergo ipsam
prophetiam. Et primo qdem q̄uo in potestate sit po
situm pphetæ/utrum dicat an non/uideamus. Fa/
ctus est sermo dñi ad eum dicens. Fili hois:testificare

Hierusalem iniquitates eius:& dices.Hæc dicit dñs.
Non in necessitate cõspirationis:sed in uoluntate di
centis dñs posuit:ut testificaretur ad Hierusalem ini/
quitates eius.Et ait. Quid dices? Hæc quæ sequun/
tur. In propheta erat audiente.dices.utrũ diceret/neç
ne? Quomodo fuit & in Iona positum in potestate
eius andictis. Dic adhuc tres dies/& Niniue subuer/
tetur. Si uelit dicere/uel tacere:& quia in arbitrio eius
positum erat:noluit dicere:uide quanta eum postea
sunt mala secuta. Periclitata est nauis ꝓpter eum:for/
te repertus est latens: cætus deuorauit abiectum. Hi
ergo ꝓphetæ quicũq; post Ionam fuerunt:consyde/
rantes forsitan ea quæ uenerunt ei:siue aliis prophe/
tis:uidebant qñ ex omni parte angustiæ eis immine/
bant. Scđm sæculũ ꝑsecutio/si dicerent uera:sm deũ
offensa si timentes hoies:ꝓferrent falsa pro ueris. Ic/
circo testificatus est Ezechiel:& notas fecit Hierusalẽ
iniquitates eius:& dixit. Hæc dicit dñs.Radix tua/&
generatio tua de terra Chanaam. Pater tuus Amor/
ræus:& mater tua Cethæa:quæ ciuitatũ sic fuit ele/
uata?& altum sapuit in mundo:ut ciuitas dei. Quæ
sic familiaris in Hierusalem?& tñ hæc ipsa sibi ma/
gna promittẽs:quasi ꝓxima dei & ciuitas eius:quia
peccauit/arguitur a spiritu sancto:ut degeneret extra/
nea. Pater enim eius Amorræus:quandiu non pec/
cauit:pater ei⁹ erat deus:qñ uero peccauit: pater eius
Amorræus factus est. Quãdiu non peccauit: pater
eius spũs sanctus fuit:qñ uero peccauit:mater eius fa
cta est Cethæa. Quãdiu non peccauit: radicẽ habuit
Habraam:Isaac/& Iacob. Quãdo peccauit:radix eius
Chanaam facta est: sæpe miratus sum id quod dctũ
est a Daniele ad præsbyterũ peccãtem:cui pro pecca/
to nomen imponẽs/semen inquit Chanaam: & nõ
Iuda. Magnus qdem & Daniel: constãtissime præ/
sbyterum peccatorem:semen Chanaam appellãs/&
non Iuda. Maior uero cõparatione eius Ezechiel:nõ
ubi præsbytero neq; duobus hominibus natiuitatem
obiiciens contumeliosam:sed radix (inquit) tua/&
generatio tua de terra Chanaam. Pater tuus Amor/
ræus/& mater tua Cethæa. Quia Hierusalem multa
peccata cõmisit:ideo increpãs illam ꝓpheta/nõ uno
neq; duobus:sed tribus noĩbus insigniuit. Septem
in Genesi gentes enumerant a deo:in uno loco quẽ
tradidit filiis Israel. Septem autem hæ sũt. In terram
(inquit) Chananæorũ/& Cethæorũ/& Amorræo/
rum:& Pherezæorũ:& Gergesæorũ:& Euæorũ/& Ie/
busæorum. Impossibile fuit/& septem istas congre/
gare ut per has ignobilitatẽ peccatricis Hierusalem:
exprobraret:fecisset utiq; propheta. Nunc uero quid
fecit? Amorræum elegit ex septem:& Chananæum:
& ait habere cõmunionem peccatricẽ Hierusalem/
proprie ad Chananæum iuxta radicem & natiuita/
tem:ꝓprie ad Amorræum sm patrem ꝓprie ad Ce/
thæum sm matrem. Si in Hierusalem tanta dicũtur:
de qua tam grandia & mira scripta sunt:quæ ei sunt
repromissa. Quid futurum est misero mihi si pecca/
uero? quis mihi erit pater: aut quæ erit mihi mater?

Tantæ talisq; Hierusalem:radix & generatio de terra
Chananæorũ. Pater eius Amorræus:& mr Cethæa
nuncupat. Ego si peccauero qui in christo Iesu cre/
do:& tanto me magistro tradidi: quis mihi futurus
est pater? Non utiq; Amorræus/sed nequior qdam
pater. Quis est iste? Ois qui pctm̃ facit ex diabolo na
tus est. Et iterũ:uos ex parte diabolo estis. Si igit Hie/
rusalem dr de radice/& natiuitate terræ Chananeæ:
quid dr ad nos? Inuenientur & nobis pres qui nos
generãt in peccatis. Vt.n.si bonus fuero/& in opti/
mo actu constitutus:dicit mihi Iesus. Fili dimittun/
tur tibi peccata. Dicit mihi Paulus apostolus discipu
lus Iesu. In christo enim Iesu per euãgelium ego uos
genui. Ita si factus fuero peccator:generãs me in pec/
catis diabolus:& assumens sibi eam uocem qua pa/
ter deus ad saluatorem locutus est. Dicit ad me filius
meus es tu:ego hodie genui te:& alii plures pres mei
erunt ad quos iturus sum. Vnusquisq; ad suos ꝓfici/
scitur patres. Si quis est de Habraam:dr ad eum. Tu
autem uade ad pres tuos cum pace:educatus i sene/
ctute bona. Si quis uero egredit de sæculo: nõ cum
pace:sed cum peccatorũ bello senectute non bona i/
ueteratus dierũ malorũ:utiq; dr ad eum. Tu autẽ ua/
dis ad pres tuos cum bello:nutritus in senectute ma
la. Docemur a deo sub aliis noĩbus qd facere debea/
mus. In qua die nata es:nõ alligauerũt mãmas tuas:
siue non est excisus umbilicus tuus. In hebræo quip
pe sic habet. Non est excisus umbilicus tuus. Allego
rice aũt inducit Hierusalem quasi puellam ab infan/
tia genitam. Quæ aũt de Hierusalem dicuntur:scia/
mus ad oẽs hoies qui in ecclesia sunt ꝑtinere. Primũ
eius tempus tale est:scđm quale describit: procul aũt
absit a nobis ut tertium tẽpus tale habeamus:quale
dr ad Hierusalem. Oẽs enim quia primum sumus
peccatores:Hierusalem uocamur a deo:& habemus
ea quæ prima dicũtur. Secunda autem si post uisita/
tionem & noticiã dei:ꝑseuerauimus in peccatis. Ter
tia uero mala quæ pœnitus detestamur:sm ordinẽ
prosequamur. Nunc aũt ut ad primum redeam:scri/
ptum est quasi de Hierusalem. In qua die nata es:nõ
est excisus umbilicus tuus. Adiutorio dei indige/
mus:ut possimus umbilicum non præcisum pecca
tricis Hierusalem inuenire:aut certe præcisum umbi/
licum eius quæ non peccauit exponere. Siue igitur
Hierusalem:siue cuiuscunq; alterius:de alia scriptura
quæro umbilicum:ut spiritualibus spiritualia cõpa
rans:inueniam quõ non sit præcisus umbilicus Hie
rusalem. Scriptum est in Iob de dracone. Virtus eius
in umbilico/& fortitudo eius sup umbilicum uen/
tris. Scio ex his quæ mihi gra diuina largita est:cum
præsentem locum exponerẽ/me dixisse. Quia draco
sit fortitudo contraria. Iste est enim draco serpẽs an/
tiquus/q uocatur diabolus/& satanas/decipiens or/
bem terrarũ uniuersum. Istius fortitudo in umbilico
est. Nec dubium. Nam principium malorũ oium in
lumbo uersatur. Et ideo adhuc in lumbo pris consti
tutus/qui nasciturus erat/refertur:quia i lumbos fe/
mina

mina humana collecta sunt. Fortitudo ergo contraria/ubicũq; sunt semina/ibi insidiarũ suarũ uim conatur ondere. Aduersum masculos uirtus eius in lumbos est. Aduersum foeminas uirtus eius in umbilico uentris est. Et uide quo mõ honeste/uiri/mulierisq; genitalia/obtectis noibus scriptura nuncupauerit:ne per ea uocabula quae ĩprompta sunt/turpitudinem significaret. Si intellectum est exẽplum/quod ꝓtulimus de Iob:intellige qa sicut in uiro praeputium circũciditur:sic ĩ foemina umbilicus amputatur. Cum enim pudica fuerit mulier:& mũdis usa mutationibus foeminarũ scilicet ne in sordidas res:& in peccatorũ turpitudines ruat:tunc umbilicus eius abscisus est. Si uero peccauerit:nõ est abscisus umbilicus eius. Increpat ergo Hierusalem quasi mulierem cui non sit ꝑcisus umbilicus. Septuaginta sic interꝓtati sunt in hoc loco. Non alligauerũt ubera tua. Sensum magis eloquio exponẽtes:q̃ uerbũ de uerbo exprimentes. Vbera aũt in Cantico canticorũ assumpta sunt in cogitationum tuarũ/& mẽtis loco. Quia bona ubera tua sup uinum. Et recubuit super pectus Iesu. Vbi ubera tua sunt his qui cõionem intellectuum eius habituri erant. Quando ergo sensus est rigidus:& notio constricta atq; solida:nec defluit sermo:manifestũ est quia alligata sunt ubera tua. Cum uero ea quae dicuntur dissoluta sunt/& defluunt:nõ sunt ubera alligata. Aqua non es lota in salutẽ. Videamus ea quae sunt Hierusalem:ne forte & in nobis eadem repiantur. Verbi grã dictum sit. Est quaedam mulier nunc lota:uerũ q̃ritur an & in salutem:ut & nos timeamus ꝓpter hoc quod addidit in salutem. Nõ lauamur in salutem oẽs qui accipimus grãm baptismi:in nomie christi loti sumus:nescio qs lotus sit in salutẽ. Simõ lotus est/& baptisma consecutus:ꝑseuerabat in Philippi societate. Verũ qa non erat lotus in salutem/cõdẽnatus est ab eo:qui in spiritu sancto dixit ad eum. Pecunia tua tecum sit in ꝑditione. Ingẽtis est difficultatis eum qui lauatur/lauari in salutem. Attẽdite cathecuminorum:audite & ex his/quae dicuntur:praeparate uos metipsos dum cathecumini estis:nec dum estis baptizati:& ueniatis ad lauacrum:& lauamini in salutem. Nec sic lauemini:ut qdam qui loti sunt:sed non ad salutem. Accipit aquam:non accipit spm̃ sanctum. Qui lauatur in salutem:& aquam accipit/& spm̃ scm̃. Quia non fuit Simon lotus in salutem/accepit aquam:& non accepit spm̃ scm̃:putans quia possit donum sancti spũs pecunia cõparari. In aqua nõ es lota ĩ salutem. Ad oẽm aiam peccatricem:quae uidetur credere:ista dicuntur quae dicta legimus ad Hierusalem:ut nõ ad maiora conscẽdam:& ea quaeram quae ultra uires meas sunt/& igenium. Neq; sale salita. Et hoc crimen est Hierusalem:qa non fuerat digna sale dei. Ego si credidero dño meo Iesu christo:ipse satisfaciet/dicetq; mihi. Vos estis sal terrae. Si credidero spiritui:qui in Apostolo locutus est/Sale cõdior. Et possum praeceptum custodire dicẽs. Sermo uẽ sit semper in grã/sale conditus. Grãde opus est insaliri. Qui sale conditur gratia plenus est. Nam & in cõmuni prouerbio/salsus dr̃ gratiosus:& econtrario insulsus:qui non habet grãm. Si igitur gratia nobis a deo uenit:& complemur dono eius:sale salimur. Rursum peccatrix Hierusalem non est ĩuoluta pãnis. Obsecra quod dicimus. Anima renascens/& primum in lauacro aedita ĩuoluitur pannis. Ipse dñs meus Iesus pãnis inuolutus est:ut scriptum refertur in euangelio ſm̃ Lucam. Oportet ergo eum qui renascitur:neq; in christo renascẽtem:rõnabile:& sicicertum lac desyderare/& priusq̃ rõnabile & sine dolo lac desyderet:debet sale saliri:& pãnorũ inuolucris alligari:ne dicatur ad eam:sale non es salita:& pãnis non es inuoluta. Quia aũt ista Hierusalem fuit ꝓpter crimina/non circũcidi eam umbilico:& sale non saliri:& pãnis non ĩuolui:& aqua non saluari in salutem:sermo ĩdicat reliquus:qui ita contexit̃. Neq; pepercit in te oculus tuus/ut facerem unum tibi ex omnibus istis. Propterea nihil tibi horũ feci:ut paterer aliquid sup te dicit dñs. Exẽplum ab hoibus accipiam. Deinde si spiritus sanctus dederit:ad Iesum christum/& deum pr̃em trãsmigrabo. Quando ad hoiem loquar:& deꝑcor eum pro aliqua re/ut misereatur mei:si sine misericordia est nihil patitur ex his quae a me dicuntur. Si uero molli est aĩo:& nihil in eo rigidi cordis obduruit:audiat me/& misereat̃ mei:& molliũtur uiscera eius ad ꝑces meas. Tale mihi quiddam intelligo sup saluatorem. Descendens in terras miserãs humanum genus/passiones ꝑpessus est nostras:anteq̃ crucem pateretur:& carnem nr̃am dignaretur assumere. Si enim non fuisset passus/non uenisset in cõuersatione humanae naturae. Primum passus est:deinde descẽdit/& uisus est. Quae est ista quam pro nobis passus est passio? Charitas est passio. Pr̃ quoq; ipse & deus uniuersitatis:lõganimis & multum misericors/& mis̃ator:nõne quodãmodo patitur? An ignoras quia qñ humana dispensat:passionem patitur humanam? Supportauit enim mores tuos dñs deus tuus:q̃uo si quis supportet homo filiũ suum. Igit̃ mores nostros supportat deus:sicut portat passiones nostras filius dei. Ipse pater non est impassibilis. Si rogetur:& miseretur:& cõdolet:patitur aliqd charitatis:& fit ĩ eis in quibus iuxta magnitudinem naturae suae esse non potest:& ꝓpter nos hũanas sustinet passiones. Non pepercit oculus tuus (inquit) ut facerem tibi unum ex oibus istis:ut paterer aliqd super te. Et quia talis effecta es:proiecta es super faciẽ campi. Deus ne nos tales patiaris esse:ut proiiciamur a te/& ab ecclesia tua in faciem cãpi:sed ut magis ab angustiis sensuum egrediamur ad cãpum. Et proiecta es in faciem campi. Quare? Prauitate aĩae tuae in qua die nata es. Potest ne aliquis in ea die qua natus est habere aĩae prauitatẽ? Describit ergo passiones nostras/& humana uitia:& solitas prauitates. Prauitate nostra/si rectum non fuerit cor:proiicimur in campum:in die qua nascimur. Si post regenerationem lauacri:si post sermonem dei rursum peccauerimus in

die qua nascimur, pucimur. Tales sæpissime reperiuntur. Lauati lauacro secūdæ regenerationis: & non facientes dignos fructus pœnitentiæ: neq; exhilarātes mysterium baptismi: timore maiore: ab eo quia dum cathecumini essent/ habuerūt: charitate ampliore/ ab ea quā exercuerūt dum auditores sermonis essent sanctioribus gestis anteq̄ gesserant. Sequitur istiusmodi hoies hoc quod dicitur proiecta es in faciem campi: prauitate aiæ tuæ in die qua nata es. Sed uide misericordiam dei: uide clemētiam singularē: licet, piecta sit Hierusalem in faciem campi: nō ita despicit ut proiecta sit semp: nō ita prauitati suæ relinquit: ut in totum eius obliuiscatur: ut nō ultra non eleuet iacentē. Attende quid sequitur. Et transiui per te: proiecta es. Ego th̄ rursum ueni ad te. Visitatio mea non tibi defuit post ruinā. Et uidi te cōspersam in sanguine tuo. Quasi dicat. Vide te ream homicidioꝝ/ ream sanguinis/ & mortalium peccatoꝝ. Et dixi tibi. De sanguine tuo/ uita adimplere. Surge de sanguine tuo: & adimplere uita. Sicut hortus agri dedi te. Misertus sum tui/ postq̄ piectus es. Vide te/ sanguine/ peccatisq; conspersam. Effeci te sicut hortus est agri/ & multiplicata es. Quia ad te ueni: & uisitaui te proiectam. Causa tui factus sum ut multiplicaueris. Et multiplicata es: & magnificata es. Dedi te in multitudinē/ & magnitudinem: id est crescere te feci & multiplicari. Per id qđ nescimus multiplicamur. Et itrasti in ciuitates ciuitatum. Rursum errores exponit Hierusalē introeūtem ciuitates ciuitatum. Quomō autē sit ingressa criminosa ciuitates ciuitatum cōsyderemus. Si per singulas ciuitates in quibus hæreses sunt/ & doctrinæ alienæ a deo: ingrediatur quispiam ecclesiasticus & particeps fiat talium ciuitatum: audit. Intrasti in ciuitates ciuitatum. Mamæ tuæ sunt erectæ. Post tanta crimina rursum floruisti. Et ūenit tibi tēpus: & tēpus diuersitatum. Dicitur mihi noli allegorizare: noli p figuram exponere. Respondeat quæso Hierusalē mā mas habet: & est qñ non colligetur: est qñ eriguntur: & umbilicum habet. Et qa nō est præcisus/ arguitur. Quomō possunt ista sine allegoriæ expositione intelligi? Mamæ tuæ erectæ sunt: & capillus exortus est. Cum omni honestate ea quæ solent uirginū euenire corporibus/ describit sermo diuinus. Et capillus tuus exortus est. Tu uero eras nuda/ & dehonestata. Qui nō est christum Iesum indutus/ hic nudus est: q non est indutus uiscera miserationis/ lōganimitatis/ humilitatis/ mansuetudinis. Longanimitas ut proximum sustineat: iste dehonestatos est. Tu uero eras nuda & dehonestata: & transiui per te. Secūda uice uenit ad eam: uidit eam peccantem. Iterum pp peccata descēdit: & th̄ rursum reuertitur. Itēq; uisitat clemēs & benignus deus. Et ueni ad te: & uidi te: & ecce tēpus tuum: & tempus diuertētium. Quid est hoc qđ ait tempus tuū? Tempus significat adolescētium: in quo iam possunt per ætatem fornicari. Et rursum. Et tempus diuertētium inquit. Qui sunt isti diuertentes? Dum sumus paruuli: hi q diuertere uolūt ad eos qui nitūtur euertere. i. christiani pessimi dæmonia / immunda: angeli diaboli nō habēt locum quomō ad nos possint diuertere. Cum aūt fuerimus ætate maiore: & iam peccare possumus: quærūt adytum ad nos diuertēdi: & hoc tam angeli dei q̄ angeli satanæ. Impossibile aūt est ut utriq; ad nos diuertant. Si peccamus angeli diaboli diuertunt ad nos: Si stamus fixo gradu: diuertūt ad nos angeli dei. Venit ergo tps tuū: & tps diuertētium. Quia tēpus uenerat diuertentiū: & dñs Iesus christus deus nr̄ rursum uisitat miserā Hierusalem: idest peccatricē aiam nostram. Expandi alas meas sup te. Cōsueuit scriptura pēnas noiare uestium fimitates: ut in Ruth quæ uenit abscondite & discoperuit pedes Boz: & dormiuit sub ascella uestimēti eius. Deus ergo quasi ueste loqtur indutus. Expandi alas meas sup te: & operui cōfusionem tuam. Beatus cuius alis suis ptegit deus confusionem: si tū pseuerauerit i beatitudine in qua uoluit Hierusalē pseuerare. Et iuraui tibi in testamētū: & itraui in testm̄ tecū. Post tāta ob quæ rursum reuertit: rursum recedit: Post tam frequētem uisitationem: nūc primū ingredit̄ in testamētum cū ea. Et facta es mihi: & laui te in aqua: post hæc cōmunia: assumpsi te: & ipse laui te in salutē: & ablui sanguinem tuū abs te. Hæc intelligētes oremus ut ueniat misericordia dei sup nos: & abluat sanguinem ab aiabus nostris. Siqđ enim mortæ dignū fecimus: istud sanguis nr̄ est. Ablui sanguinem tuū a te: & unxi te oleo. Et christos nos uult fa cere deus. Et indui te uersicoloribus. Quāta est benignitas dei in unāquāq; aiaꝝ Hierusalem: Non unius coloris tunicam: sed multæ uarietatis largit credentibus. Sibi hāc uersicolorem tunicā iam tūc insignū fecit Iacob: induēs filium suū Ioseph: & uestiuit eum uersicoloribus. Si cōsyderes itellectus sectas: facta bona uidebis uere uariam tunicam quā uisitatio dei largitur his quo uocati sunt in salutē. Legem itelligo: prophetas comprehēdo: agnosco euāgelia: nō me latet Apostolus: cautus sum. Iustus sum: misericors sum. Et adhuc quærens aliam tunicā uersicolorem quā induit deus Hierusalē dicens. Et uestiui te uersicoloribus: & calciaui te hyacintho. Vult calciamēta nostra esse florētia & bene tincta: quæ sunt calciamēta? Audi Paulum aptius prædicātem. Calciate pedes in pparatione euangelii pacis. Et præcinxi te abysso. Manifestus de hoc cinctorio Apostolus loqtur. Stantes præcincti lumbos ufos in ueritate. Veritas enim pro bysso accipitur. Et operui te tricapto. Non inueniens neq; intelligēs qd esset tricaptum: inueni in alia ædi tione, p tricapto florēs: & in alia indumētum. Igitur induit nos deus post uariam uestē florenti tunica: & ornaui te ornamēto: & iposui tibi armillas circa manus tuas cū mihi dederint occasiones bonoꝝ actuū: armillas circūdat manibus meis: & torquē circa collum tuū. Si me post gesta iustitiæ intellectu ornauerit ueritatis: tūc mihi ornamētum nuptiale/ tunc cathenam collo decorā circūdat. Et dedi in aurem circa narem tuam. Quando uere possum suauitatis/ & boni odoris

odoris sacramentá suscipere:tunc mihi deus ornat in
auribus narem:& rotulas in auriculas tuas:ut non so/
lum in auriculæ:sed etiam grandis rota aurea sit cir/
ca auditum tuum. Aurea uero rota est/quæ intelle/
ctibus uoluitur sacris. Et corona glorificationis sup
caput tuum. Omnipotens deus nobis tribue ut di/
gni efficiamur corona glorificationis sup caput no/
strum. Et ornata es auro:idest diuinis sensibus:& ar/
gento sermonibus sacris:& opertoria tua byssina ꝓ/
funditas sensuum. Opertorium est byssinum:& flo/
rentia. Pro quo uerba septuaginta tricapta posuerũt:
subtilem nimis amictum:& quasi ad capillorꝫ simi/
litudinem attenuatam uestem significãtes:& uersi/
coloribus. Ecce lota es Hierusalem protecta alis:ue/
stita uariis:ornata gẽmis. Quid est hoc? facit enim
hæc magnus hominum amator deus. Alit eam deli/
catis cibis. Similam/& mel/& oleum manducasti.
Non ait simpliciter farinam/neqꝫ ordeaceum panẽ.
Hoc quod modo ad uos loquitur simila est. Sed mi
serabilis Hierusalem post similam/post mella/post
oleum:rursum quasi meretrix increpatur. Iccirco ca/
ueamus attẽtius:ne forte & nos post uerba mũda si/
milæ:post sermones dulcissimos ꝓphetarꝫ:post oleũ
qđ letificat faciem:quo uolumus pungere caput:ut
ieiunium nr̃m acceptabile fiat:iterꝫ delinquamus.
Non solum aũt perungimur hoc oleo:sed uestimur.
Et facta es pulchra ualde nimis. Laudat pulchritudi/
nem eius:laudat speciem eius:prædicat formã. Et di/
recta es in regnũ. Quãtus profectus/ut ẽt ad regnum
dirigaᵗ. Et exiit nomen tuum in gentibus. Hæc apta
sunt ei q postq̃ liber esse cœpit a mundo:in cõuersa/
tione ꝓficiens ad beatam uitã:nomẽ quoqꝫ glorio/
sum in sæculo cõsecutus est. Sed ꝓcul absit id qđ se/
quiᵗ. Ad hoc.n.scriptũ est:& ĩcutiat audiẽtibus me/
tum. Post pulchritudinẽ/post nomen magnũ Hie/
rusalem misera fornicaᵗ. Ideo ne glorieris in crastinũ.
Non.n.scis qd pariat adueniẽs dies. Et alibi. Fratres
ẽt si ꝑoccupatus fuerit homo ĩ aliquo delicto:uos ut
spũales:sustinete istiusmodi in spũ mãsuetudinis. Et
rursum cõsyderans teipm:ne & tu tenteris. Et exiit no
men tuũ in gentibus in specie tua:qm̃ consumatum
erat in decore speciei quã constitui in te:dicit adonai
dñs. Et cõfisa es in decore tuo. Magna sapuit:& cõ/
scientia pulchritudinis suæ erecta speciosa Hierusalẽ.
Et quia alta sapuit/nec se humiliauit:& glorificauit
deũ:audi qd dicatur ad eam. Et fornicata es in noie
tuo:& effudisti fornicationem tuam in oi transitu.
Quid est hoc qđ ait:effudisti fornicationem tuam in
oi trãsitu? Circuit aĩas nr̃as fortitudo cõtraria:& ua/
rie plustrãs/quærit locũ ꝑ quẽ possit irrumpe. Ita suo
noie uult fornicari mecum iuxta coniuncta moribus
meis:suo noie tristitia:& uult me facere meretẽm sua
parte. Aliud desyderium auri/& argẽti/& quorũcũqꝫ
similium. Si me nõ custodiero & clausero hostium
meum:sed suscæpero oẽm orationem inimici:dici/
tur mihi effudisti fornicationem tuam in omni tran
situ. Et accæpisti uestes tuas:& fecisti tibi idola sub/
tilia. De his quibus te ornaui/quibus pulchra facta
es. Fecisti tibi idola subtilia. Volo adhuc exponere
quæ sint:quæ quidam de uestibus consuerunt. Ve/
stes diuinæ scripturæ sunt:& sensus qui est in eis. Cõ
siderunt has uestes hæretici:& consuerunt dictum
dicto:uerbis uerba iungentes:sed non cum oportu/
na aptaqꝫ iunctura:& consuentes impia sibi simula/
cra fecerunt:quibus illicierunt quosdam credere &
consentire ad cultum eorum:& fictam eorum susci/
pere disciplinam. Deus uero omnes nos & ab his/&
ab aliis liberet simulachris:ut magnificemur in chri/
sto Iesu. Cui est gloria/& imperium in sæcula sæcu/
lorum. Amen.

¶ De uestibus a deo traditis peccatricis Hierusalem:
& de fornicatione sua. Homilia. VII.

c ATALOGVS Peccatorꝫ Hierusa
rusalem ut cũqꝫ fuerit ĩtellectus:ædifi/
cat audiẽtem. Sicut.n.si in domo sua
quẽpiam de familia dñs corripiat:&
pctã eius exponat/alius q nuper em/
ptus est seruus:uidẽs patrisfamiliæ disciplinam:quæ
culpet/quæ ue collaudet:instruiᵗ ad non facienda ea
quæ priores fecere cõserui. Et ad hoc omni labore fe
stinat/ut ea faciat:ꝑ quæ alii honorem & libertatem a
dño ꝓmeruerunt. Ita & nos audiẽtes in qbus culpet
deus siue Hierusalẽ/siue uniuersam Iudæã:siue unã
quãlibet ex tribubus spãliter delinquẽtem/non parꝫ
utilitatis accipimus:ne & nos in hæc corruamus/in
quæ cæteri corruerũt. Est aũt principium hodiernæ
lectionis:qa uestes a deo accæperit Hierusalẽ:& fece/
rit ex his sibi subtilia quædam simulachra:& forni/
cata sit sup eis. De qbus iuxta possibilitatẽ meam in
priori sermone disserui:docẽs istos qui scripturas la/
cerant:& a uerbis uerba diripiunt:cõsuentes ea/& cõ
mentitia dogmata componentes:seruire idolis qui
earum uestibus induerunt. Non ĩtrabis in tabernacu
lum meum. Foris es:& foris manebis. Scit scriptura
sanctos intus:peccatores foris esse. Igitur quia Hieru
salem talia peccata cõmisit:ut nõ mereatur ĩtrare in re/
promissiones dei. Et dicitur ad eam:& non intrabis.
Caueamus ne forte & nobis aliquãdo dicatur. Et nõ
intrabis:neqꝫ fiet: Non est completum hoc quod di/
citur/neqꝫ fiet. Et ideo subaudiendum extrinsecus/ut
sensus possit expleri ea quæ tibi repromissa sunt bo/
na/& accæptura eras:nõ fient. Sequitur aliud dcm̃.
Et accæpisti uasa gloriationis tuæ de argento tuo/&
de auro tuo:ex qbus dedi tibi. Et fecisti tibi imagines
masculinas. Secundum cõmunem sensum sic intel/
ligi potest. Vasa gloriationis/de quibus Moyses scri/
psit in numeris:thuribula/phialas/candelabrum au/
reum:archam ab intus & a foris deauratã:& cætera.
Accæpisti & cõflasti ea:& fecisti effigies masculinas:
& fornicata es in eis. Secũdum allegoriã uero ita ex/
planabitur. Vasa aurea/& argentea:idest thuribula/
phialas/& cætera istiusmodi habemus in sacris litte/
ris. Quãdo ergo torquemus sensum scripturæ in al/
terum sensum/qui est cõtrarius ueritati:uerba diuina

cõstamus: & res dei in alias effigies mutamus. Quæ
facientes / incidimus in ꝑeccatum quod cõmiserat
Hierusalem. Vasa gloriationis nostræ / sunt lex / & ꝓ/
phetæ. Super his exultamus: in his efferimur. Quos
cum aliter exponimus / ꝗ̄ seueritas habet: cõuertimus
uasa gloriationis nostræ de argẽto rationabili: & de
auro sensibili: quod nobis dedit deus: & facimus no
bis imagines masculinas / & fornicamur in eis. Seq/
tur. Accepisti uestimẽta uaria: & te operuisti illis. Va
ria uestis est & hic unus in scripturis locus quo idui/
mur: assumentes uiscera misericordiæ / benignitatis /
humilitatis / mansuetudinis / longanimitatis ad sus/
ferendum inuicem. Has uarias uestes / & pulchros
amictus / quos nobis largitus est deus: si laceramus /
atq; conscindimus / & circundamus falsæ doctrinæ
ad deceptionem hominum: non dubium est: quin
uariis uestibus opiamus idola. Intelligis autem hoc /
quod dicitur: si ipsam rẽ manifestius describamus.
Videtur mihi aliquem Martionitam / siue discipu/
lum Valentini: aut certe cuiuslibet hæresis defenso/
rem. Et consydera quomodo idola sua: idest figmẽ/
ta / quæ ipse composuit: mansuetudine / & castitate
uestiat: ut in aures audientium facilius ex uitæ boni/
tate / ornatus sermo subrepat. Et cum hæc fecerit / in/
tellige eum assumpsisse uestem uariam morum: &
conuersationis optimæ: & idolis superiecisse: quæ
ipse construxit: ac iuxta mei quidem animi sensum /
multo nocentior est hæreticus, bonæ uitæ: & plus
in doctrina sua habet authoritatis: eo qui doctrinam
conuersatione maculat. Qui enim uitæ pessimæ est:
non facile homines ad falsum ꝓdogma solicitat: nec
potest per umbram sanctitatis audientium decipe/
re simplicitatem. Qui uero sermone peruersus est: &
disciplinis saluti contrariis: mores autem composi/
tos / & ornatos habet: nihil facit aliud / nisi accipit in/
dumenta uaria instituti boni: & conuersationis ge/
tæ: & circundat ea idolis suis: ut magis decipiat au/
dientes. Iccirco solicite hæreticos caueamus: qui cõ/
uersationis optimæ sint: quorum forte, uitam / non
tam deus ꝗ̄ diabolus instruxit. Nam sicut quasdam
illecebras escarum aucupes proponunt: ut facilius
aues capiant per oblectamẽtum gulæ. Sic (ut auda/
cius dicam) est quædam castitas diaboli & mansue/
tudo: humanæ animæ decipulæ: ut per istiusmodi
castitatem / & mansuetudinem / & iustitiam: possit fa/
cilius capere: & falsis sermonibus irretire. Diuersis
diabolus pugnat insidiis: ut miserum perdat homi/
nem: & bonam malis tribuit uitam ad decipiendos
uidentes: & malam bonis inurit conscientiam. Mi/
hi ipsi qui in ecclesia prædico / laqueos sæpe teten/
dit: ut totam ecclesiam ex mea conuersatione cõfun/
dat. Et ideo plus hi qui sunt in medio oppugnan/
tur ab inimico: ut per ruinam unius hominis quæ
celari non potest: ut omnibus scandalum fiat: & im/
pediatur fides per conuersationem clericorum pessi/
mam. Omnia (ut diximus) diabolus inopinatur: &
ea quæ uidẽtur esse bona nec sunt: ea quæ per natu/
ram suam mala sunt: oia aduersum humanam com/
mentatur naturã. Vnde qui curam habet uitæ suæ:
neq; mãsuetudine hæreticoꝝ capitur ad consentien/
dum doctrinæ eoꝝ: neq; meis delictis / qui uideor in
ecclesia prædicare: scandalizabitur. Sed ipm̃ dogma
cõsyderans / & ꝑtractãs / ecclesiæ fidem me qdẽ auer/
sabatur: doctrinam uero suscipiet: sm̃ dñi ꝓceptum q
ait. Sup cathedrã Moysi sederũt scribæ / & pharisæi.
Oia quæcũq; uobis dicũt audite & facite: iuxta opa
aũt illoꝝ nolite facere: dicũt quippe / & non faciunt.
Iste sermo de me est: q bona doceo / & cõtraria gero.
Et sum sedẽs sup cathedrã Moysi: ꝗ̄si scriba / & phari
sæus. Præceptũ tibi est o popule: si nõ habueris accu
sationem doctrinæ pessimæ: & alienorũ ab ecclesia
dogmatũ: cõspexeris uero meã culpabilẽ uitam atq;
pctã: non hẽas iuxta dicẽtis uitã tuam istituere: sed ea
facere quæ loquor. Nullũ imitemur: & si uolumus
imitari quẽpiam: ꝓpositus est nobis ad imitandum
christus Iesus. Descripti sunt actus apostoloꝝ & ꝓ/
phetaꝝ gesta de sacris uoluminibus agnoscamus. Il/
lud exẽplar firmũ est / illud ꝓpositum solidũ: qd' qui
seq uult: securus igreditur. Si uero quærimus nobis
culpabiles ad æmulãdum: & cũ dicamus: ille dolet:
& is his quæ docet: facit ipse cõtraria: aduersum ꝓce/
ptum dñi facimus: q mãdauit doctrinas magistroꝝ
magis cõsyderari debere ꝗ̄ uitas. Hæc diximus de eo
qd' scriptũ est. Accepisti uestẽ tuam uersicolorẽ: &
opuisti illa. i. uasa gloriationis tuæ: quæ in idola cõ/
mutasti. Seqtur. Et oleum meũ / & incẽsum meũ po/
suisti ante faciem illoꝝ. Scriptura dicente didicimus.
Quia scõꝝ oratio sit icẽsum. Ait. n. Incẽsuꝫ / orõnes
scõꝝ sunt. Si ergo insistamus ad orõnem: cũ illã deo
debeamus offerre. i. deo legis / & ꝓphetaꝝ. Deo Ha/
braam / deo Isaac deo Iacob: & pr̃i Iesu christi: offeri/
mus his quæ ipsi cõfinximus: in tm̃ ut incẽsum dei
ꝓponamus idolis. Facimus id qd' dr̃ in pñti. Oleum
meum / & incensum meum posuisti añ faciem illoꝝ.
Veꝝ iste de incẽso sit itellectus. Quid rñdebimus de
oleo? Oleũ est quo uir scũs ungitur. Oleum christi /
oleum sanctæ doctrinæ. Cũ ergo accepit aliqs hunc
deum quo utit̃ scũs. i. scripturã instituentem. Quo
mõ oportet baptizari in noie p̃ris / & filii / & spũs sci?
Et pauca cõmutans unxerit quẽpiam: & quodãmõ
dixerit: iam nõ es Cathecuminus: cõsecutus es laua/
crum secũdæ regenerationis. Talis hõ accipit oleum
dei / & incẽsum: & ponit illud añ faciem idoloꝝ. Et
panes meos quos dedi tibi: simila / & melle / & oleo
cibaui te. Ecce panes nr̃i simila mũdissima i scriptu/
ris / & mella apũ ꝓphetaꝝ. Ista oia dedit nobis deus /
& cibauit nos de panibus ꝓphetaꝝ: de simila legis:
de melle euãgelii. E qbus cibati / ponimus eadem ip/
sa idolis. Cum enim dogmatibus falsis uolentes as/
sumere defensionẽ / diximus: scriptũ est in ꝓpheta:
testatur Moyses: loqtur Apostolus. Quid aliud faci/
mus ꝗ̄ accipiẽtes panes ueritatis: ꝓponimus eos si/
mulacris / quæ ipsi finximus? Martion fecit idolũ: &
proposuit ei panes scripturaꝝ: Valẽtinus / Basilides:
omnesq;

oēꝗꝫ hæretici fecerũt similiter. Et posuisti illa ante fa
ciem illoꝝ i odorē suauitatis. Naturaliter suauissimi
odoris sunt hæc quæ nobis largitus est deus. Quem
odorem suauissimũ ante idola ponit: qui aduersum
potestatem scripturaꝝ/aut gerit aut itelligit. Et factũ
est dicit adonai dñs. Et accæpisti filios tuos/& filias
tuas/quas genuisti:& imolasti eos in cõsumptionē.
Cũ genuerit peccatrix Hierusalē filios/& filias: finis
eoꝝ occasio est/q nascũtur. Neqꝫ enim salus/finis est
pessimoꝝ. Iccirco scriptum est. Imolasti eos in con/
sumptionem. Quã modica fornicata est. Interfecisti
natos meos:& dedisti eos. Proprie ait: Accæpisti fi/
lios tuos/significãterqꝫ addit. Occidisti natos meos.
Quicũqꝫ enim nascuntur in hæreticoꝝ doctrinis: &
ibi fidei suæ principia sumpserunt: hi filii sunt forni/
cariæ/& peccatricis Hierusalem. Qui aũt natus est in
ecclesia: & deceptus postea fuerit hæretica falsitate:
iste cum filius dei sit apprehensus est a peccatrice Hie
rusalē:& positus uictima idolis eius. Hoc supra for/
nicationem tuã/& abhominationes tuas. Filios ec/
clesiæ accipe/& imolare idolis: Hoc supra omne pec
catum tuum est. Et non fuisti memor dei in infantia
tua:& cum eras nuda:& turpiter agens. Præfatus est
de nuditate/& turpitudine Hierusalē. Oportuit ergo
in æquitate meminisse: quomodo pēnas meas expã
derem super te:& assumpserim te de sanguine tuo/&
lauerim te. Tu uero horum oium oblita fecisti hæc
quæ condecent nudam/& turpiter agentem: & cõ/
mixtam in sanguine suo. Et factũ est post omnes ma
litias tuas. Væ uæ tibi dicit adonai dñs. Et ædificasti
tibi domum meretriciam: & fecisti expositionem in
omni platea. Si considyeres aĩam expositam amato/
ribus suis: uidebis quomodo faciat domum meretri
ciam: & suscipiat omnes quos prædiximus amato/
res. Intellige uero quod diximus ex sequētibus: idest
qui sint amatores Hierusalem. Anima humana mul
tum speciosa est:& mirabilem habet pulchritudinē.
Artifex quippe eius cum eam primum conderet ait.
Faciamus hoiem ad imaginem/& similitudinē no/
stram. Quid hac pulchritudine & similitudine pul/
chrius? Quidam ergo adulteri/& sordidi amatores
decore eius illecti/desyderant eam corrumpere/& for
nicari super eam. Quãobrem sapiens uir Paulus di/
cit. Timeo aũt ne forte ut serpens decepit euam in ne/
quitia sua: sic corrumpantur sensus uestri. In fornica
tione carnali corpora corrumpũtur: in spiritualibus
uero stupris/sensus corrumpitur: & ipsa anima uul/
neratur. Et contaminasti speciem tuam. Etiam si nõ
sit homo in peccatis maximis constitutus: tamen qa
ingens animæ pulchritudo: minorum quoqꝫ socie/
tate turpatur. Respice uirtutes animæ: quæ ei insitæ
sunt a deo. Vnde pulchritudinem eius/inuētionem/
dispositionem/elocutionem/memoriam/pronun/
ciationem: cuius sit ingenii: quomodo primum in/
telligat: deinde itellecta diiudicet: ut incitetur ad sen/
sus: ut menti sensus cõmodet: quos habeat in pectus:
quos cogitatus de deo. Hæc possidens/magnæ pul/

chritudinis est: sed hæreticorum sectis/& extranea re/
ligionis institutione corrumpitur. Et transierunt cru
ra tua per omnem transitum: & multiplicasti forni/
cationem tuam. Est fornicatio/a fornicatione diffe/
rens. Et quomodo in fornicatione carnis/est aliquis
non nimiæ fornicationis:& tamē fornicatione pol/
lutus. Alius uero multiplicans fornicationem suam.
Sic & in ea fornicatione quæ animam/sensumqꝫ cõ/
maculãt: Alius multitudine fornicationis obruitur:
alius uero nõ/tamen est a fornicatione seiunctus. Ic/
circo qua mēsura mensi fuerimus: remetietur nobis.
Et fornicata es in filios ægypti confines tuos. Filii
ægypti/contrariæ fortitudines sunt. Nec mirum est
si confines nostri ægyptii dicantur: cum fines ægy/
pti/& Hierusalem/in sui uicinitate sint positi: Qui
sunt magnis carnibus. Non quia isti ægyptii ingen/
tes carnes habeant: & quidem honeste uidetur pu/
denda eorum/imutato uocabulo/significasse: idest
magnis carnibus. Sed quia carnei itellectus magna/
rum nos faciunt carnium: at econtrario est quædam
caro/dei faciēs/de qua dicitur. Quomodo caro mea
in terra deserta/& inuia/& inaquosa: sic in sancto ap/
parui tibi. Fornicatur igitur Hierusalem super filios
ægypti confines suos:& magnoꝝ carnium. Et mul
tipliciter (inquit) fornicata es/ad me exasperandum:
Multas species fornicationis cõmisisti/ad me conci/
tandum. Quod si extendero manum meam in te:&
auferam legitima tua:& tradam te in animas eorum:
qui te oderunt filios alienigenarum. Vides quia in
animas alienigenarum traditur: quæ indigna sit usu
legis/& sermonũ dei: quæ te deuerterunt de uia tua.
Impie egisti:& fornicata es super filios Assur. Primũ
super filios ægypti: deinde super filios assur. Hæ spe/
cies peccatorum sunt. Nam & cum captiuos accæ/
perũt Assyrii filios Israel: factum est quidem id quod
historia refert. Scriptum est autem propter frequen/
tem nostram captiuitatem: quæ a spiritualibus Assy/
riis perpetratur: de quibus Apostolus dicit. Non est
certamen aduersus carnem/& sanguinem/sed aduer/
sus spiritualia nequitiæ. Et nec sic faciata es:& forni/
cata es:& nõ faciabaris. Quãdo quis non impletur
delinquens: sed sẽp prioribus peccatis noua pecca/
ta coniungit: colligãs in fune longo: & sicut in loro
iugi uitulæ iniquitates: nunq̃ se ad meliora conuer/
tens: neqꝫ pniam agens sup malis suis: dr ad eum. Et
nõ faciaberis:& multiplicasti testamēta mea ad terrã
chanaã. Quando deus ad nos facit testamēta:& nos
consentimus ei: beati sumus: qñ uero fornicamur ad
spiritualia nequitiæ: tunc conuertimus dei testamēta
ad terram chanaã:& pactum statuimus cum ea. Hoc
autem itellige in chaldæis:& in cæteris gentibus: qñ
in quolibet alio pctõ dephēdimur: testamēta ad chal
dæos cõuertimus:& nec sic faciata es. Post catalogũ
peccatoꝝ/ad peccatricē loqtur Hierusalē. Quid cõsti
tuam in te dicit adonai dñs: cũ facias tu hæc oia opa
mulieris fornicariæ/peccatis? Ascēdam' paulisp supra
eloquium: qa nõ sp utile est de fornicationibus loq:&

procul absit/ut aliquis in ecclesia sit: qui de orato/riis a fornicatione idigeat sermonibus. Nam si quis necesse habet audire: non fornicaberis: sed & illud/si quis templum dei uiolauerit: disperdet illum deus. Iste similis est his quos Apostolus dicit. Iusto lex nõ est posita: sed iniquis/& non subditis/impiis/& peccatoribus. Quomodo ergo iusto lex non est posita: uerum iniquis/& non subditis: sic doctrina ea quæ a fornicatione mouet/recedendum. Casto nõ est posita: iniquis/& fornicatoribus/& inobœdientibus. Non habemus itaq; necessarium ut discamus a fornicatione discedere: uerum ad perfectiora tẽdamus: a principiis elementorum christi. Etenim cum debere/tis (ait) magistri esse propter tempus: rursum indigetis/ut uos doceamini quæ sint elementa exordii sermonum dei: & facti estis quibus lacte opus sit nõ solido cibo. Omnis sermo qui præcepit/non fornicaberis/non adulterabis/non furaberis: non est solida esca. Sed quando lac præbet infantibus. Athletarum: cibus est de omnipotenti deo: de mysteriis eius quæ tecta sunt: & latẽter in scripturis significata. Vide quomodo ad Corinthios Paulus loquitur. Lacte uos paui: & non cibo. Necdum enim poteratis: sed neq; nunc potestis. Et quia lacte adhuc indigebant: ea discunt quæ discere paruuli solent. Bonum est homini mulierem non tangere/propter fornicationem autem/& cætera: rursumq; instituuntur/ne idolothita comedant. Ista omnis doctrina. Lac paruulorum est: & adhuc infantium in christo. Quod uero Ephesis scribit/solidum illis præbet cibũ. Non auditur quippe in Epheso fornicatio/nõ auditur in Epheso idolatria/& esus idolothitorum: ex qbus docemur: qui sit solidus cibus/& quod rationale & sine dolo. Lac moralis loci/& solidus cibus/misticus est intellectus. Beatum est igitur/ut festinemus ad ea/quæ perfectiora sunt principia transeuntes. Et q̃ moralis locus lac sit Apostolus docet/cum iam aliqua de lacte dixisset addens. Non rursum iacientes fundamentum pœnitẽtiæ ab operibus mortuis. Tales oẽs sunt/qui adhuc lacte potantur: perfectus autem aliis indiget disciplinis. Hæc in medio dicta sint/qa sermone conscenderam/ne ab alterius expositione fornicatiõis incurrerem/quam nunc explanabo. Dicitur quippe ad Hierusalem/& fornicata es tripliciter in filiabus tuis. Quid est hoc quod ait? tripliciter fornicatam in filiabus suis Hierusalem. Dei indigemus auxilio/ut ipse nobis obscuritatem istius loci edisse/tat. Et sicut Moyses audiebat deum. Et deide ea quæ a deo audierat/proferebat ad populum. Sic nos indigemus spiritu sancto/loquente in nobis mysteria: ut orationibus uestris scripturam possimus audire: & rursum quod audiuimus populis itimare. Quid ergo tripliciter fornicata es in filiabus tuis? Si intelligas fornicationem carnis/& animæ/& spiritus. Et uideas aliquem in his fornicari/uidebis tripliciter fornicãtem Hierusalem. Qui uero tripliciter captus est: iste ab Apostolo meretur audire. Deus autem pacis sanctificet uos per omnia/& integrum spm̃ uestrum/& animam/& corpus/sine querela: in aduentu domini nostri Iesu christi. Cui est gloria/& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶ De increpatione peccatricis Hierusalem: & qualiter cõstituerit lupanar i oi capite uiæ. Homilia. VIII.

A Quæ primum lecta sunt/exposuimus: hodie sumamus exordiũ ab eo/ quod scriptum est. In quo cõstituam cor tuum dicit adonai dominus: cum facias tu hæc omoia opera meretricis

c

procacis? & fornicata es tripliciter i filiabus tuis. Huc usq; iam diximus. Sequitur q̃ lupanar tuum ædificasti in capite oĩs uiæ/& excælsum tuum fecisti in oi platea: & non es facta ut meretrix cõgregans mercedes mulier quæ mæchatur similis tibi/a uiro suo accipit mercedes/& ab oibus amatoribus suis. Et honerabas eos/ut uenirent ad te in circuitu/in fornicatiõe tua. Et bono hoiem constituere potest/malus in malo: bonus in bono. Corrũpunt enim mores bonos confabulationes pessimæ. Nec dubium/qn loquentis sermo/auditorem ad peiora solicitet. Cum hæreticus loquens constituat auditorem suum in hæretica prauitate. Et ut ad meliora ueniamus: si potest prodesse/qui loquitur: & uita eius cum sermone cõsentit: in bonis constituit auditorem suum. Nos qui mi nimi loci sumus/si audierimus uerbum de castitate præcipientis/cõstitui super eo conamur. Si ipsi loquimur de pudicitia/& nos metipsos auditores statuimus in pudicitia. Si de iustitia prædicamus/ad iustitiam cõpellimus: si de fide/fidem insinuamus: ut digne maiestate diuina obaudiamus in dño. Si ergo nos hoies cum simus mali: solemus iſtituere cor audientis siue in bonis/si boni sumus: siue in malis/si male agimus. Putas ne qa deus non habeat ptãtem/quẽpiam in melioribus cõstituere: aut certe derelinquens eum: fieri ei occasio/ut in pessimis constituatur? Multum iuxta præsens eloquium/peccauit misera Hierusalem/quam sæpissime noluit deus per, ,p phetas suos in melioribus constituere. Sed quia noluit audire consilia/noluit dei seruare præcepta. Dubitabat deus/& se dicit nescire qd faciat. In quo constituam cor tuum: dicit adonai dominus? Quid faciam? in quo te constituam? Multis peccatorum uinculis stringeris. Delicta tua prohibent uitam tuam: ut a meis sermonibus constituaris. Ego ipse frequenter te cõstituere uolui: loquẽs tibi per sanctos meos: & non audisti. Nunc ignoro quid faciam: & dico tibi/i quo cõstituam cor tuũ dicit adonai dñs: cum tu facias hæc oia opera mulieris meretricis, pcacis? Sæpe diximus/quia fortitudines contrariæ ament pulchritudinem animæ humanæ: & quando suscipiat aia humana femina amatoꝝ suoꝝ: quodãmodo fornicetur cum eis. Sed quia/& in cõi uita sunt aliquæ meretrices q̃ fornicant cũ uerecũdia: latere cupiẽtes. Aliæ uero/quæ nõ solũ pudore delicta nõ uelãt: sed cum oi se, pcacitate pstituũt: ideo assumpsit exẽplum animæ

animæ meretricantis/in peccatrice ista Hierusalē. Et ait eam similem factā mulieris fornicariæ procacis in fornicatione sua. Sæpe & a nobis talia cōmittuntur. Qui enim a regione nō penitus recesserūt. Vincūtur uero a peccato: & peccātes lætari desyderant: similia faciunt meretrici erubescenti. Qui uero religionem penitus auersantur: in tm̄ ut non curent de episcopo de præsbyteris: de diaconibus/de fratribus: sed cum omni procacitate delinquūt: similes fiunt meretrici prostitutæ. Queritur ergo in præsenti loco de peccatrice Hierusalem deus: Quia faciat opa mulieris meretricis inuerecundæ. Et dicit ad eam. Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis. Exposuimus hoc quando nobis dictum est: ædificasti lupanar tuum in capite ois uiæ: & basem tuā fecisti in omni platea. Volumus & nunc interpretari quid sit ædificare lupanar non simpliciter in omni uia: sed i capite omnis uiæ. Nec suffecisse ædificasse lupanar in capite ois uiæ: sed insuper & basem suā posuisse in omni platea. Duo ergo generalia peccata peccauit: cum ædificauit lupanar suum in capite omnis uiæ: & cum fecit basem: & constituit eam in omni platea meretrix Hierusalem. Quæ sunt istæ uiæ? State in uiis: & iterrogate semitas dn̄i æternas: & uidete quæ sit uia bona: & ambulate in ea. Multæ sunt uiæ sempiternæ. Si retinetis eam expositionem quā frequenter exhibui. Scitis & Moysen uiam: & singulos ꝓphetaꝝ. Et quomodo multæ sunt margaritæ quas necesse est possidere eū qui uēturus ad præciosissimam margaritā: sic oportet ingredi multas uias Moysi/& prophetarum omnium: qui uenturus est ad dicentē. Ego sum uia. Sed dicit mihi aliquis. Quid ad ꝓpositū pertinet quod locutus es? Cui sic respondebo. Aedificauit Hierusalem in omni uia lupanar suum. Si consyderaueritis hæreticos omnes alienos a ueritate: ædificantes domum ex his sermonibus qui in Moyse leguntur: & ex his quos in Hesaia/& Hieremia: & prophetis reliquis inuenerūt: intelligas nouas doctrinas: fornicationem esse Hierusalem. Quæ ædificat lupanar suū non in omni uia: sed in capite ois uiæ. Si enim præuētus quis fuerit post principium Moysi/exordium prophetarum ad profundum eius & scientiam præuenire omnium: nihil potest facere ista meretrix: ædificans lupanar in capite omnis uiæ. Eum quærit qui primum ecclesiam ingreditur: qui fidei elementa suscepit: qui rudis est in sacramentis: eum qui in exordio fidei constitutus est/uelut introducere in lupanar suum: ædificiēdo meretriciam domum. Et quia frequenter fornicatio in scripturis nominatur: exponere uolo sermones istius causam. Ecclesiastici qui in ecclesia sunt magistri: mores purgāt tam suos q̄ suorum: & ex hoc diligentia ædificant domum: dum ecclesia est opus eoꝝ/dei ædificatio est. Hæretici ædificant lupanar in omni uia. Vtputa magister de officina Valentini: Magister de cætu Basilidis: Magister de tabernaculo Martionis/& cæterorum hæreticorum ædificant meretriciam domum. Congregatio enim omnium malignoꝝ lupanar est. Sed quid dicit scriptura. Fili ne intendas in malā mulierem. Mel enim distillat de labiis mulieris meretricis. Vnde ei mel distillat? Distillat eni mel de labiis mulieris meretricis. Ingressa enim est ad Moysem/ad Hesaiam/ad Hieremiam: & de scripturis eoꝝ sibi mella collegit. Vade ad hæreticos loquentes: hæc dicit Moyses: hæc Hesaias: & uidebis quomodo de labiis eorum non fluant mella/sed distillent: decerpentium de scripturis uerba paucissima. Et ideo mel distillat de labiis mulieris meretricis. In capite ergo ois uiæ ædificat lupanar. Esto. Intellectum sit lupanar. Interpretemur & basem: quam in omnibus plateis posuit meretrix Hierusalem. Scriptum est in alio loco/sicut in plateis manifeste aduocat prætereuntes meretrix Hierusalem. Varie quippe peccatum nos ad se trahere festinat: siue per hæresim/siue per gentilem conuersationem. Et per hæresim quidem: quando ædificat lupanar in capite omnis uiæ. Per gentilem autē conuersationem: quando basem ponit in omnibus plateis. Lata est enim & patens uia quæ ducit ad perditionem. Cum ergo quæ dicit/& in quibus audientes instituere conatur/de scripturis asserit: ædificat lupanar in capite omnis uiæ. Quum uero moralis locus fuerit dissolutus: & luxuriosa præcipiens: lasciuum fecerit auditorem: Quid aliud facit: q̄ basem posuit in omni uia? Non es facta ut meretrix congregās mercedes. Videamus meretricē mercedes congregātem: & aliam rursus non congregātem. De hac enim queritur: quasi de meretrice non cōgregante mercedes. Cum uidero esse meretricem: quæ non congreget mercedes/& legero ad istam dictum: Quia facta sit tu meretrix non cōgregans mercedes. Dicam cōgregare mercedes/esse peccando diuitem fieri: peccādo gloriam sæcularibus comparare: peccando fœliciter in mūdo agere. Quādo per peccatum (ut dixi) ista nascuntur: Fornicatur anima: & cōgregat mercedes fornicationis suæ: gloriam/diuitias/& reliqua: quæ in perditionē animæ suæ cōquisiuit. Quando uero fornicatur: & non agit prospere in sæcularibus rebus: sed ꝑ hoc quod peccauit/etiam infœliciter uiuit in sæculo: meretrix est mercedes non cōgregans: sed contraria faciens/idest fornicans: mercedes ultro tribuens. Et tu dedisti mercedes omnibus amatoribus tuis. Nōnunq̄ anima diuites facit amatores suos lætantes in eo/quia acceperint mercedes ab ea. Sed dicit mihi auditor. Expone quomodo fornicat̃ anima mercedes tribuens de rebus uiri sui. Sic enim ait & in præsenti/& aliis locis frequenter sermo diuinus: quia sustulerit ea quæ sunt uiri: & dederit meretrix Hierusalem amatoribus eius. Quid est hoc quod largitus est uir suus: quæ postea facta adultera/omne quod accepit/donat amatoribus suis? Vir animæ/sermo dei est: qui dedit ei castitatem: dedit iustitiam: dedit æterna bona. Quando ergo uoluerit anima sequi fortitudines contrarias/idest (ut plenius dicam) decem annis pudice uiuens ad extremū fue/

matum prauitate. Male enim credit quicunq; pec/
cat. Si conuersationem malam habemus: Sodoma
soror nostra est. Gentiles qppe sunt Sodoma. Atq;
ita fratres sumus hæreticorum/atq; gentilium: quã/
do delinquimus. Quia Samaria accipitur in hære/
si: & Sodoma in gentilitate. Habitat enim a sinistris
peccatricis Hierusalem/Samaria: & a dextris Sodo/
ma. Honorabilius quippe apud eam pctm̃ est/quod
facto cõmittitur: & ideo a dextris eius Sodoma est.
Rursumq; nec Samaria longe est: quæ a sinistris cõ/
moratur: & increpatur/quia ambulauerit cum filia/
bus suis/& sororibus/in oĩbus iniqtatibus. Et in tm̃
ambulauerit: ut cõparatio delictorum eius: illarum iniqui/
tates fecerit iustitiam. Vñ oportet agnoscere iniquita/
tes Sodomorum: ut edoctus/custodiam me ab eis: ne
capiar ignoratiõe. Quæ sunt iniquitates Sodomo/
rum? Verũtñ iniquitas Sodomæ sororis tuæ. Quæ
iniquitas supbia: in saturitate panum/& in abũdan/
tia affluebant ipsa & filiæ eius. Et manum paupis &
indigentis non suscipiebant. Quia inæqualia sint
peccata/scripturis docentibus nulli dubium est. Alia
quippe magna/alia minora ab his esse dicunt. Cum
autem sint iæqualia hoc est parua/uel maxima. For/
sitan aliquis inquirat/quid inter uniuersa peccata sit
maius/& pclíue suscipitur? Oium peccatorum esse ma/
ius siue fornicationem/siue imũditiam/siue quod/
cũq; libidinis inquinamẽtum. Sunt quidem & ista
uere abhominabilia/atq; polluta: sed non talia qua/
le hoc nũc a scriptura/quasi maius oium condẽna/
tur: a quo nos obseruare debemus. Quod ergo pctm̃
maius oĩbus peccatis? Vtiq; illud pp̃ter quod & dia/
bolus corruit. Quod est hoc pctm̃/in quo tãta subli/
mitas cecidit? Vt elatus/i iudiciũ incidat diaboli: Ait
Apostolus. Inflatio/superbia/arrogantia/pctm̃ dia/
li est: & ob hæc delicta/ad terras migrauit de coelo.
Vnde deus supbis resistit: humilibus autem dat gra/
tiam. Et quid superbit terra/& cinis? Vt homo arro/
gantia subleuetur/oblitus qd erit: & q̃ fragili uasculo
cõtineatur: & quibus stercoribus imersus sit: & qua/
lia semp purgamẽta de sua carne proiiciat? Quid.n.
ait scriptura? Quid superbis terra/& cinis? & in uita
eius proiecit interanea eius? Superbia oĩbus peccatis
maior est: & ipsius diaboli principale peccatũ. Si qñ
scriptura diaboli peccata describit: inuenies ea de su/
perbiæ fonte manantia. Ait quippe. Viribus faciam/
& sapia intellectus auferam fines gẽtium: & fortitu/
dines eorum depascar: & cõmouebo ciuitates quæ in/
habitantur: & orbem terrarum uniuersum cõphen/
dam ut nidum: & quasi confracta oua auferam. Vi/
de sermones eius quõ superbi sint/quõ arrogãtes: &
uniuersa pro nihilo ducat. Tales sunt oẽs/iactatiõe/
& superbia inflati. Materia supbiæ: diuiciæ/dignita/
tes/gloria sæcularis. Frequenter causa superbiæ est ei
qui ignorat habere dignitatem ecclesiasticam. Sacer/
dotalis ordo/& leuiticus gradus. Quãti p̃sbyteri cõ/
stituti/obliti sunt humilitatis? Quasi iccirco fuerint
ordinati: ut humiles esse desisterent: quin potius hu/
militatem sequi debuerant: quia dignitatem fuerant
consecuti/dicente scriptura. Quanto magnus fueris:
tanto humilia te ipsum. Ducem te constituerũt/noli
eleuari: sed sis in eis quasi unus ex ipsis. Oportet hu/
milem/oportet te esse deiectum: oportet fugere sup/
biam/malorum oium caput. Consydera euangelium:
quasi cõdẽnatione pharisæi/superbia & iactantia fer/
riatur. Stabat pharisæus: & talia intra se orabat. Deus
gratias ago tibi: quia nõ sum ut cæteri hoies: rapto/
res/iniqui/adulteri: & ut iste publicanus. Ieiuno bis
in sabbato. At uero publicanus humiliter/& mãsue/
te longius stans: nõ erat ausus neq; oculos leuare: &
dicebat. Propitius esto deus mihi peccatori. Et descẽ
dit in domum suam publicanus iustificatus. Non
simpliciter iustificatus: sed cõparatiõe pharisæi. Ob/
seruandus quippe est diligẽtissime ois scripturæ ser/
mo/ordo/iunctura. Aliud est iustificari: Aliud est ex
alio iustificari. Simile est publicanum pharisæo iusti/
ficatum fuisse illi. Quod Sodoma/& Samaria ex cõ/
paratione peccatricis Hierusalem iustificatæ sunt. Et
necesse est nos id scire/quod unusquisq; in die iudicii
ab alio iustificatur: & ab alio condẽnatur. Etiã cum
fuerimus iustificati ex alio. Iustitia illa nõ tam laudis/
q̃ criminis loco ponitur. Vtputa si inuẽtus fuero ha
bere sodomitica peccata: & alius protrahatur in me/
dium: q duplicia scelera cõmiserit. Iustificor qdẽ: sed
iustificor non ut iustus: uerum ut ex cõparatione eius/
qui plura cõmisit: iudicor iustus cum a iustitia lõge
sim. Væ illi homini: qui de multis peccatoribus iu/
stificatur. Vt econtrario multum beatus/qui cõpara/
tione iustorum ostenditur. Inuenimus in scripturæ lau/
dibus positum bonis esse meliorem. Vtputa nullus
sic fecit rectum ante faciem dñi: ut ille/& ille. Nullus
sic pascha celebrauit ut Iosias. Ex quo ostenditur com/
parationem fieri iustorum. Et illum uere esse iustum: q
sic iustificare mereat. Vtinã & ego collatus sapiẽtib9/
sapiens reperiar: & iustis iudicer iustus. Nolo quippe
iustificari ab iniquis: quia talis iustitia criminosa est.
Hæc anticipans locutus sum: quia in his quæ lecta
sunt/dr. Iustificasti sorores tuas in oĩbus iniquitati/
bus tuis quas fecisti. Iustificatæ sunt enim Samaria/
& Sodoma/ex iniqtatibus Hierusalem. In oĩbus ini/
quitatibus tuis quas fecisti: iustificasti illas sup te. Ic/
circo diligentius attẽdamus: ut possimus agnoscere
oẽs nos in die iudicii a peioribus nostris iustifican/
dos. Et rursum a nobis alios iustificari. Vnus solus
est qui iustificatur ab oĩbus: & ipse nullum iustificat.
Vtputa Sodoma iustificatur ab Hierusalem: qa ab se
sceleratiora cõmisit. Et forte Hierusalem ab alia ali/
qua quæ se peior est ciuitate. Sic est qdam iustifican/
dus ab Antichristo: qui ad illum solum cõparatur:
& illius iniquitate a sceleribus minor reperiatur. Pes/
simus uero dæmon est: & (ut aiunt) miser qui ab il/
lo iustificatur. Forte & pater illius ab eo non iustifi/
catur: multo illo sceleratior repertus. Dñs uero meus
Iesus christus iustificatur: iuxta dispensationem car/
nis: quam ob nram salutem circũtulit ab Habraam/

& Isaac/& Iacob/& a reliquis prophetis. Quando
enim oibus iustis/& prophetis/ac beatis quibusq; in
cóparatione missis/inuenitur cótrarium:huic quod
dicitur de Sodoma & Hierusalem: magis glorifico
saluatorem nostrum. Quod aút dico ithuiusmodi est:
& deo largiente orantibus uobis: præbebo de scri/
pturis explanationem. Fecit Sodoma pctm̃: Sama/
ria quoq; peccauit:iniquitatibus obruta est Hierusa/
lem:sed minora peccata a maioribus iustificátur:sub
exemplo quo Sodoma iustificatur a sorore sua Hie/
rusalem. Quomodo igitur iniquitas iustificat:sic ali/
qñ condénat iustitia. Veꝝ quæso expecta paulisper
donec docearis quẽadmodum dicatur condénare
iustitia. Iniquitas mea/iustitia est cóparatione maio/
ris iniquitatis. Sic & iustitia mea ex cóparatione mul
tiplicis iustitiæ iniquitas reputatur. Præterea non iu/
stificabitur in conspectu tuo ois uiuẽs. Fuerit licet iu
stus Habraã:iustus Moyses/iustus quisq; illustrium
uiroꝝ:sed in comparatione christi nõ sunt iusti. Lux
eoꝝ cum luce eius composita:tenebræ repperiútur.
Et sicut lumen lucernæ ad solis radios obscuratur:&
uelut alia quædam cæca materies contenebrescit:sic
licet fulgeat iustoꝝ oium lumen ante hoies: non tñ
fulget ante christum. Lucet quippe lumen uestrum/
non simpliciter dcm̃ est:sed luceat ante homies:ante
christum nõ potest lumen fulgere uestrum. Vt splen
dor Lunæ/& micátia sydera coeli prius q̃ sol oriatur
in stationibus suis rutilant:orto uero sole abscundú/
tur. Sic lumen ecclesiæ:ut lumen Lunæ/prius q̃ oria/
tur lumen illud ueꝝ solis iustitiæ:resplendet & clarũ
est ante hoies:cum autem christus uenerit/ante eum
contenebrescit. Dicitur & alibi. Lux in tenebris lucet.
Quæ est illa lux/quæ lucet in tenebris? Iustoꝝ lux in
tenebris lucet. In quibus tenebris? Vbi est nobis cer/
tamen aduersus rectores tenebraꝝ istaꝝ? Hæc qui di
ligentius longiusq; discusserit:non poterit inflari:ui/
dens lumen suum ad cóparationem maioris lumi/
nis tenebras reputari. Quid est iustitia mea:etiam si
Paulus apostolus fiam? Quid castitas:etiã si Ioseph?
Quid fortitudo:etiã si Iudas Machabæus existam?
Quid alia uirtus sapiæ/etiam si Salomõ appaream:
ad cóparationẽ dei/ad eoꝝ qui meliores sunt? Ergo
ut dicere cœpamus iniqtas iustificat & iustitia alioꝝ
comparatione condénat. Iccirco ut iustificeris in ser/
monibus tuis: & uincas cum iudicaris: dicatur ad
deũ. Si me saluare uult deus non afferat in iudicium
lumen suum. Si uult esse incolumẽ:non deferat lu/
men:christi sui:alioquin puniet me. Deferat uero lu/
men minoꝝ. Cóparet mihi inferiores quosq;: quan/
to amplius maiores mihi melioresq; contuleris: tãto
plus iustus ero:si illa a me repti fuerint minores. Si/
militer est illud itelligere/quod de Apostolo dicitur.
Alia gloria Solis: alia gloria Lunæ:alia gloria stella/
rum. Stella enim a stella differt in claritate:sic & resur
rectio mortuoꝝ. Verbi gratia fulgens & illud sydus
non in conspectu lucidioris stellæ:sed obscurioris mi/
cat. Quis nostrum potest ad instar fulgere Lunæ?
Quis lucidioꝝ syderum coruscare lumine? Scd̃m id
quod est in Daniele scriptum. Fulgebunt iusti sicut
stellæ in sæcula. Et hæc quidem necessario disputa/
uimus:ut procul a superbia recedamus. Sodomiti/
cum quidem pctm̃ est superbia/iniquitas. Hæc sodo
moꝝ sororis tuæ superbia. Vnde autem nascatur su/
perbia:& quas radices habeat/adiungit. In saturitate
panum:& in abundátia affluebant. Si soli litteræ in/
tendas/multa abúdantia antiquitus i Sodomis fuit.
Erat quippe terra eorum ut paradisus dei:& ut terra
Aegypti. Si autem a carnali intellectu ad spũalem cõ/
scenderis:ut uideas qũo superbia sodomoꝝ in satu/
ritate panum/& in abundantia fluxerit:utilitatem ca
pies:& ad uitæ officium:& ad alia quædam maiora/
maioribus corrigẽda. Proponamus quidem id qd
ante multos dies lectum est. Vestitum bysso & pur/
pura diuitem:quotidie delitiis/luxuriaq; lætátem:&
Lazaꝝ uulneratũ/tabo & uermium pedore cõfectũ:
quærenté solatiũ famis suæ/micas quæ de mẽsa eius
decidebát. Oportune aũt nũc in hunc locum exem/
plum istud icidit:ut perspicuum fiat quæ iniquitas
diuitis fuerit. Locuplex erat/abundabat delitiis. Non
enim accusauit scriptura quasi diuitias ex iniquitate
possederit:non eũ criminatus est sermo diuinus me/
retricibus deditum:homicidã/aut aliud quodcunq;
scelerum facientem. Sed si consyderes hoc quod in
præsenti scriptum est. Et illud quod in euangelio dr̃.
Videbis quia & illius maximum pctm̃ inter uniuer/
sa peccata superbia fuerit:in saturitate primum/& in
abundantia affluens. Non habuit miserationis affe/
ctum ad eum qui ante portas suas confectus ulceri/
bus iacebat:sed in tãtam superbiam elatus est: despi/
ciẽs pauptatem:ut non putaret neq; inferoꝝ suppli/
cia:neq; cõmunia humanitatis iura: quia oporteret
hoiem humana sapere:& i alienis calamitatibus pro
simili cõditione sui quodãmodo misereri. Est igitur
& diues ille sodomita. Si enim talia erant peccata so/
domæ:ut in saturitate panum/& in abundantia fue/
rit:talis autem est & diues:qui in euangelio describi/
tur:nulli dubium quin diues sodomita sit. Quomõ
autem sodomitæ/& filiæ sodomoꝝ supbæ fuerint:
tales sunt arrogãtes aiæ & filiæ sodomoꝝ quæcũq;
nesciunt dictum. Ois qui se exaltat humiliabitur: &
qui se humiliat exaltabit. Hoc erat ei & filiabus suis.
Deinde sequitur aliud sodomæ delictum:quod de/
bemus dicere:ne in simili crimine repiamur. Et ma/
num pauperis/& egentis/non suscipiebat. Consyde
ra diligenter enumerationem peccatoꝝ Sodomæ.
Ego ipse si iuxta uires meas manum paupis/& egen
tis/non adiuuero:sodomiticum habeo pctm̃. Seq/
tur alia accusatio. Et superbe gloriabatur. Et iactatio
gloriæ/sodomiticum crimen est. Sunt autem q̃dam
ægyptia peccata:quædam sodomitica. Sunt alia Ba/
bylonis/alia Assyria/alia Moabitica/alia Amõnitica.
Quis sapiens & cognoscit ista:aut quis itelligens &
cognoscit ea? Quotienscũq; legimus ea quæ de so/
domoꝝ subuersione conscripta sunt/non dicamus

miserabiles sodomitæ: quorum ulterius fructus terra
non affert. Miserabiles multumq; plangendi: q tam
lugubria/& tam dira perpessi sunt. Quin potius cō/
uertamus hūc in corda nostra sermonem/scrutemur
renes & cogitationes nostras:& tūc uidebimus eos
quos plangimus/in nobis intrinsecus contineri. Et
quia sodomitica/& ægyptia/& Assyria/& alia uni/
uersa peccata quæ castigans scriptura enumerat:uer/
sentur in nobis. Polliciti supra sumus/maius aliquid
de scriptura nos esse dicturos. Sodomæ in saturitate
panis/& in abūdantia/atq; delitiis:& istiusmodi pec
catis delinquēti:lex loquitur. Attende tibi ne come/
dens/& bibens:& repletus:& domos bonas ædifi/
cans:ouibus tuis/& bobus tuis multiplicatis tibi/ar
gēto & auro multiplicatus obliuiscaris dnm deum.
Et in alio loco. Māducauit/& bibit/& saturatus est:
& incrassatus/& recalcitrauit dilectus. Similia his Sa
lomon in prouerbiis ait. Constitue mihi oia necessa/
ria/& sufficientia:ut non impletus mendax fiam: &
dicam quis me uidet? aut egens/furer:& iurabo no/
men dei. Simpliciterq; dicēdum:quia nihil sic in ar/
rogantiam eleuet ut diuitiæ/& saturitas/& cibus/&
opes plurimæ:dignitas quoq; & potestas. Est autem
etiam ad altiora transgressum uidere: supbiam dico
frequenter nutritam quæ super se ambulat. Si diui/
num sermonem intellexero:& sapientior cæteris fue
ro timeo ne extollar. Scia quippe inflat:non ego di/
co/sed Apostolus. Et ideo uereor ne & ipse sustollar.
Dentur & carismata ad id quod expedit. Si ad hoc
dantur quod expedit. Quis est ille cui non expediat?
Et cur non expediat/audi. Inferiori subiicit inflatio/
nem/& quandam complacentiam sui:dum se putat
inter cæteros eminere. Sæpe igitur saturitas panum/
& abundātia/materia est arrogātiæ. Sæpe autē & de
spūalibus donis superbiæ crimen exoritur:& est un/
diq; discrimen. Tantus uir apostolus Paulus/neces/
sarium habuit colaphum angeli satanæ:ut eum co/
laphizaret:ne eleuaretur multum:quia orans & de/
pcans deum/impetrauit pro multis sæpe quod pe/
tiit. Quum autem etiam pro hoc petisset:nec eēt qd'
petierat consecutus:dictum est ei. Sufficit tibi gratia
mea. Virtus enim in infirmitate perficitur. Oportet
itaq; trahere eum/qui adhuc in genere humano/&
in hac pestifera luce uersatur:non solum ea quæ bo/
na putant in sæculo: sed etiam quæ uere bona sunt.
Quia magna non possumus sustinere: exhibebo ad
pbationem præsentis sniæ historiam David:in qua
cōscribitur in Vriam eum cōmisisse peccatum. Ante
Vriam nullum delictum repperitur i David. Beatus
homo erat:& sine querela in conspectu dei. Quia ue
ro conscius sibi uitæ imaculatæ:locutus est qd' non
debuerat dicens. Exaudi dñe iustitiam meam:intēde
dēpcationem meam:auribus pcipe orōnem meam.
Nō in labiis dolosis/de uultu tuo iudicium meum
pdeat. Oculi tui uideant æqtates. Probasti cor meū/
& uisitasti nocte:igne me examinasti: & non est in/
uenta in me iniquitas. Et hæc dixit:quia uisitatio dei
propter consciam/& uitæ beatitudinem ei præsen/
taretur. Tētatus est/& nudatus auxilio/ut uideret qd
humana possit infirmitas. Recedente quippe præsi/
dia dei/ille castissimus/ille admirabilis impudicitia:q
audierat (si mundi sunt pueri maxime a muliere) &
acceperat eucharistiam quasi mundus/non potuit
perseuerare:sed in eo repertus est crimine/in quo sibi
quasi continens applaudebat. Si quis ergo conscius
puritatis seipsum glorificauerit/non hñs memoriam
illius dicti:quid autem habes/quod non accepisti?
Si autem accepisti:quid gloriaris/quasi non acce/
peris? relinquitur:& derelictus discit experimēto:qa
in his bonis/quorum sibi conscius erat: non tam ipse
sui extitit causa q̄ deus: qui uirtutum oīum fons est.
Ex quibus apparet/& saturitatem panum/& dona
spiritualia/ei qui ea non potest sustinere:generare su/
pbiam. Icirco fugiamus a sodomis/& peccatis eius:
fugiamus a Samaria & criminibus:qbus castigatur
misera Hierusalem:ut in uniuersis deo nobis fortitu
dinem ministrante: humilitatem & iustitiam con/
sequamur:in christo Iesu. Cui est gloria:& imperium
in sæcula sæculorum. Amen.

¶ De eo quod scriptum est. Confundere/& accipe
ignominiam tuam: in eo quod iustificasti sorores
tuas. Homilia decima.

P RIMVM Quidem/est nullū opus
facere confusionis: sed oia talia/quæ
possint deum libera fronte respicere.
Quia uero ut hoies sæpe peccamus:
sciēdum sm (ut ita dicam) nauē post
confusionis opera esse erubescere: & pro sceleribus
suis uerecundos oculos dicere:neq; sic procaci uultu
incedere quasi nihil oīno peccauerit. Bonum est qp/
pe post confusionis opera/confundi:qa sæpe & hoc
malitiæ artifex operatur/ne peccator ad poenitētiam
redeat:& sic agat quasi adhuc in iustitia perseueret.
Videre possumus/& ex quotidiana uita discere mul/
tos hoium post peccata sua non solum/non lugere/
quod fecerint:uerūetiam procaci frōte defendere p/
prias ruinas. Grande itaq; bñficium in Hierusalem
conseruatur/si tñ credat dicēti dño/& tu confunde/
re. Neq; putes ad Hierusalem tm̄ hæc esse dicta/& nō
ad singulos nostrum:qui delictis tenemur obnoxii.
Vnusquisq; enim se ipsum cōsyderet/quid fecerit cō/
fusione dignum: quid turpe locutus sit:super quo
non habeat audaciam/quasi dicto bono/quid cogi/
tant tale/quod rubore dignum uidetur/ab eo/q cor/
dis & renis occulta consyderat/& cum diligēter per/
uiderit cogitationes/facta/sermones:tunc audiēs p/
phetam dicentem. Et tu confundere cōfundatur: p/
pter qd' a propheta iungitur. Et accipe ignominiam
tuam in eo quod iustificasti sorores tuas. Sequitur
confusionem/ignominiam/diciq; ad eam/& accipe
ignominiam tuam. Poteris autem intelligere quod
dicitur. Si cōsyderaueris quæ quotidie in ciuitatibus
fiant. Inhonoratio ciui est de patria sua exulare: & in
famia decurioni eradi de albo curiæ: & cuiuscunq;

alterius conditionis homini: relinqui quidem in ui/
ta/sed cũ ignominia / siue in operibus publicis / siue
in ĩsula aliqua solitudinis uiuere. Intellige aũt iustum
iudicem/ei q aliqua infamia digna fecerit dicentẽ. O
tu qui poenæ reus es/noli exilium tuũ cum moerore
suscipere. Non enim mereberis misericordiam/si ira/
sceris ad poenam: quin potius intellige/digne te pati
qđ pateris/& cum te humiliaueris/& dixeris iustum
de te factum esse iudicium: forsitan misericordiam
consequeris ab eo q potest post condẽnationem ad
pristinũ te statum reuocare. Sicut enim licet magno
principi liberare aliquem de insula/& de exilio/& de
publicis uiculis/multo magis licet uniuersitatis deo/
eum qui inhonoratus est/in honorem pristinum re/
stituere: si tñ sentiens delictum suum: confessus fuerit
se digne sustinuisse quod passus est. Dabo & aliud
exemplum de ecclesiastica consuetudine. Infamia est
a populo d.i/& ab ecclesia separari. Dedecus est ĩ ec/
clesia surgere de consessu præsbyterii: proiici de dia/
conatus gradu. Et qdem eorꝫ q abiiciunť: alii seditio/
nes cõmouent: alii uero iudiciũ in se fcm̃ cum oi hu/
militate suscipiũt. Quicũqꝫ igitur eriguntur: dolore de/
positionis suæ cõgregãt populos ad scisma faciẽdũ:
& solicitant multitudinẽ malignorꝫ / non accipiunt
inhonorationem suam in præsenti: sed thesaurizant
sibi thesaurum iræ. Qui autem cum oi humilitate si/
ue digne/siue indigne depositi sunt: deo iudiciũ de/
relinquunt/& patienter sustinent quod de se iũdica/
tum est. Isti a deo misericordiam cõsequuntur/& fre
quenter etiam ab hoibus reuocanť in pristinum gra
dum/& in gloriam quam amiserãt. Doctrina igitur
optima est qũo hoc quod dr̃: & tu confundere: sic
& illud quod seqtur: & accipe ignominiam tuam.
Et hæc dico ut ꝓfundiorem aliquem sensum de fu/
tura inhonoratione interponam. Et ibi quippe erit
aliqua ignominia: his qui dignum opus ignominia
fecerunt. Siqdem resurgent alii in uitam æternam: &
alii in obprobrium & cõfusionem æternam. Quid
autem est hoc aliud/nisi poenam infamiæ sustinere?
Dum ergo adhuc licet nobis / debemus minoratio/
nem nr̃am patiẽter ferre. Vt cum hic tristitiam forti/
ter sustinuerimus: in futuro sæculo moueamus (ut
ita dicam) uiscera misericordiæ dei/& benignitatem
eius: ut nos reuocet in pristinum statum de ignomi/
nia & confusione. Sicut ecõtrario impossibile est la/
pidei cordis aliquem/& poenitus non sentiẽtem de/
lictum suũ & ante uultum dñi oĩpotẽtis supbiẽtem/
misericordiam consequi. Videmus enim quosdã bo
nos quidem/libenter de se latam ferre sn̄iam: & ob sa
lutem suam dei iustificare iudicium: malos uero bla/
sphemare aduersus ꝓuidentiam dei: & dicere. Non
sum digne adiudicatus huic ĩfamiæ: iniuste ista per/
petior. Si iustificamus ꝓuidentiam: soluimus nr̃am
infamiam. Si uero non recipimus iudicia dei: multi/
plicamus ĩfamiam. Quomodo aũt infamiam/sic &
supplicia/sic & cætera quæ ẽt accidere consueuerunt
his/qui a deo pro delictis propriis cõdẽnati sunt. Et
tu cõfundere/& accipe ignominiã tuam: in eo quod
iustificasti sorores tuas. Plus meremur ignominiam
qñ talia facimus: quibus peccatores alii iustificentur:
ut cõparatione delictorꝫ meorꝫ malorꝫ/scelera antiq/
tus condẽnata/misericordia liberet: eo qđ ego subse
quẽs peiora cõmiserim. Dr̃ ergo ad peccatricẽ hieru/
salem. Accipe ignominiam tuam/in eo quod iustifi/
casti sorores tuas. Deinde si quis cõpleuit hoc quod
scriptum est/cõfundere: si quis prosecutus est sn̄iam
dei sequẽtis. Accipe ignominiã tuam in eo quod iu/
stificasti sorores tuas. Videat ẽt gratiam qũo pro cõ/
fusione/uicissitudo clemẽtiæ restituatur: quia non
cõtẽpserit iudicium dei: sed cum oi humilitate susce/
perit: quod de se fuerit iudicatum. Quid ergo repro/
mittitur? Deuertam auersiones eorꝫ/auersione sodo
morꝫ: & sororum eius / ĩ eo quod iustificasti sorores
tuas Sodomã/& Samariam seniorem: ut in præte/
ritis diximus. Auertã auersionem eorꝫ: idest trium:
quare auerterat auersionem? Ad meliora conuertit.
Deinde Samariæ: Tertio uero Hierusalem. Cum aũt
ait: auertero auersionem Sodomorꝫ/& Samariæ/&
Hierusalem: tũc in antiquum restituentur. Primum
Sodoma/cuius priores auerterit auersiones. Secun/
do Samaria quã conuertit. Tertio Hierusalem/cuius
tertio auersiones describũtur. Igitur sanitates tribuit
peccantibus in auersione Sodomorꝫ & filiarꝫ eius:
in auersione ipsius Hierusalem: & tardius tribuun/
tur his qui magis amantur a deo. Sodoma quippe
iustificata ab Hierusalẽ: prima cõsequitur misericor/
diam: idest gentiles. Samaria uero hoc est hæretici: in
secundo loco accipiũt sanitatẽ. Tertio uero quasi in/
digni uelocioris medelæ: in pristinum statum resti/
tuuntur qui fecerũt de Hierusalem. Ante ergo genti/
les/ante hæretici misericordiã consequẽtur/q̃ nos: si
tñ fuerimus impii: si & nos peccata ꝺeꝑsserint. Quã/
to enim proximi fuerimus deo / & ad beatitudinem
uicini: tanto cũ peccauerimus longe fiemus ab ea: &
proximi terribiliũ / maximarũqꝫ poenarꝫ tormentis.
Iustum est quippe iudiciũ dei: & potentes potenter
tormenta patiuntur. Qui aũt minimus est: meretur
citius misericordiã. Minima est Sodoma/& post eã
cõparatione Hierusalem minima: nõ tñ sicut Sodo/
ma/Samaria est. Et ideo primũ illarꝫ auertit auersio/
nes: & postea Hierusalẽ: dicẽs. Et auertã auersionem
tuam. Tertio.n. gradu hoc dicif ad Hierusalem. Verꝫ
qñ auertet auersionem meã: si inuentus fuero Hieru
salem/& peccator/in medio sororꝫ mearꝫ? Cum au/
diero/ut feras tormentũ tuum. Ideo tertio loco ait.
Auertam auersionem tuam: & post oẽs/ut feras tor/
mẽtum tuũ: & dehonesteris de oibus quæ fecisti. Est
quædã mẽsura peccati quã unusquisqꝫ recipiet / pro
eo quod peccauit. Si habuero qnquaginta peccata:
quinquaginta habeo ignominias. Si centũ duplica/
bitur mihi poena pro factis: & pro magnitudine de/
lictorꝫ/tribuetur mihi ignominia. Maximis peccatis/
maximus cruciatus adiũgitur. Deus aũt solus uerus
iudex/magnitudines peccatorꝫ/& ignominiæ qua/
litates/&

litates/ & peccati numeꝝ potest puidere. Dicit itaq;
ad Hierusalem:ut feras tormentum tuum: & deho/
nesteris de oibus quae fecisti in exacerbãdo me. Vide
econtrario satisfacientẽ deum: & quodãmodo per
haec uerba testantem/ quia iram ipse non habeat: sed
peccator sibi ad iram concitet deum. Vnde & Apo/
stolus ait. An diuitias bonitatis/ & mãsuetudis eius/
& lõganimitatis contẽnis: ignorans qm̃ bonitas dei
ad poenitentiã te adducat? Iuxta aũt duriciam tuam
& ĩpoenitens cor: thesaurizas tibi iram. Separauit hic
sermo iracundiam a deo. Reuera.n. iracundia aliud
quiddã a deo est: ut nec eiut insita copuletur. Vnde
peccatoribus dr̃. Emisisti iram tuã: & comedit eos.
Nemo quod sibi sociũ est/ & cognatũ: emittere põt.
Veꝝ emittitur quod aliud est ab eo qui emittit. Sic
& nos peccãdo irritamus deum: ut mittat irã quam
ipse nõ habet. Post haec/ idest post auersionẽ dicitur.
Sodoma soror tua/ & filiae eius restituentur/ sicut
erant ab initio. Venio ad imagines & figuras: & ui/
deo quãto tpe excruciata Sodoma restituatur in an/
tiquum. Si aũt id quod per figurã dcm̃ est/ ita se ha/
bet: quid de eo fiet qui uere Sodoma fuerit? Statim
post diluuiũ decima generatione passa est Sodoma/
quae in Genesi scribuntur. Erat enim prius quasi pa
radisus dei/ & quasi terra Aegypti. Verũtñ scm̃ est So
domae id quod ẽt nũc uestigiis regionis eius perspi
ci licet. Ecce quanti iam temporꝝ circuli transierunt.
Prope tria milia annoꝝ sunt: & Sodoma nondum
est restituta: nõ illa Sodoma quae in signo/ & ænig/
mate ponitur: sed illa quae in ueritatis ratione perspi/
citur. Aiunt hebraei Sodomã in eundem statũ resti/
tuendã: in quo & antea constitit. Vt rursum paradi/
so dei/ & terrae ægypti cõparetur. Si hoc se sic habet:
& siue futuꝝ est/ siue non: quaerantur.n. istiusmodi
res apud eos qui doctissimi sunt. Vt aũt fiat quod di
citur. Cõplebuntur mihi anni tria milia: & tunc resti/
tuetur excruciata tribus milibus ãnis Sodoma: idest
aĩa mea Sodoma/ mens plena peccatis. Grãde inter/
uallum tpis iter restitutionẽ & ruinam positũ est/ ẽt
si restituaris ut antiquitus eras. Vide quanta exhau/
rias mala/ quantis primũ calamitatibus opprimaris.
Hoc aũt quod de Sodoma diximus: & de Samaria
quoq; intelligere debebis. Et ipsa quippe nec dũ re/
stituta est: sed ex eo tpe quo decem tribus eiectae sunt
de Iudaea: Samaria captiuitatem sustinuit: & nomen
accaepit nõ hñs accolas suos. Restitu et aũt illa/ sicut
in pricipio fuit/ cũ decẽ tribus fuerint reuersae: ut sol/
uatur id quod scriptũ est. Captiuus ductus est popu
lus meus in Assyrios/ usq; in hodiernũ diem. Si aũt
tanto post tpe restituetur id qd̃ praecessit in signum:
qm̃ tu restitueris? (si tñ restitueris samaritana/ & haere
tica aĩa) quae simulachris/ & feriis non ueris/ ac fig/
mentis de Ieroboam corde uenientibus credidisti?
qm̃ restitueris o aĩa infoelix cum post tanta saecula re/
stituatur exẽplum tuũ? Si aũt hoc super Sodoma/ &
Samaria fit: quae iustificatae sunt ab Hierusalẽ/ quid
dicendum est de ipsa Hierusalem: quae supradictaꝝ

scelera iustificauit? Et restituemini sicut ab initio fui/
stis. Et tu/ & filiae tuae restituemini: sicut fuistis in pri/
cipio. Scit hoc quod dr̃/ sicut fuistis in principio/ &
Hesaias dicens. Et constituã iudices tuos ut prius: &
cõsiliarios tuos ut in exordio. Et nisi esset Sodoma
soror tua/ in auditũ in ore tuo: i diebus supbiae tuae:
quẽadmodum nunc obprobriũ es filiaꝝ Syriae: &
oibus quae sunt in circuitu tuo: filiaꝝ alienigenaꝝ:
quae circundant te in giro. Impietates tuas tu porta.
O clementissimũ deum satisfacientem de restitutio/
ne atq; dicẽtem: impietates tuas/ & iniquitates tuas
porta. Non frustra dico restitueris: sed cum ipietates
tuas/ & iniquitates exhauseris: tũc in locũ pristinum
restitueris. Sicut uulnera quae in corpore fiunt: saepe
paruo tpe accidunt/ medelae uero uulneꝝ cum tor/
mentis adhibentur ingentibus: non iuxta æqualita/
tem tpis quo illata sunt: sed iuxta rationẽ curationis.
Verbi gratia. In puncto horae/ fractura manus/ & pe/
dis contritio accidit. Hoc quod in modico factũ est:
mẽsibus fere tribus/ ac longo tpe/ uix curatur. Sic &
uoluptas quae neruos aĩae succidit/ & luxuria: & si/
mul uniuersa peccata/ in paruo tpe infoelicem aĩam
illexerint/ & ad uitia traxerint: magnũ postea tp̃s in
suppliciis/ & cruciatibus ꝓmerentur. Propter quod
haec dicit dñs. Et faciã in te sicut fecisti: sicut spreuisti
haec ꝑuaricando testm̃ meũ/ & memor ero primum:
qũo fecisti/ faciam tibi. Deinde memor ero testamẽti
mei: quod feci tecũ in diebus infantiae tuae. Fecit qp/
pe testm̃ in diebus infantiae eius. Diximus aũt supra
qũo cum ea fecerit testm̃. Et suscitabo tibi testm̃ æter/
num. Ego occidã/ & ego uiuificabo ait/ qui nunc ista
promittit/ dolores facit. Et rursum restituet. Percus/
sit/ & manus eius sanabunt. Dicitur & in Michea.
Iram dñi sustinebo: quia peccaui ei: donec iustificet
causam meã. Quando iustificabit causa mea? Quan
do iram dñi sustinuero: qui diuitias bonitatis eius/
& patientiae/ & longanimitatis contempsi. Et iuxta
meã duriciam/ & ĩpoenitens cor: thesaurizaui mihi
iram in die irae: & reuelationis iusti iudicii. Et deho/
nestaberis in eo quod suscaepisti sorores tuas senio/
res cũ adolescentulis. Et dabo tibi eas in ædificatio/
nem. Supra unã dixit sororem Sodomã/ & aliã Sa/
mariam. Nunc repetit & dicit: sorores tuas seniores:
Cum senior tñ Samaria sit: & adolescentior Sodo/
ma. Veꝝ quia filiae eaꝝ eis cõnumerãtur: dicit oium
unam esse spẽm. Quantae aũt filiae sodomoꝝ sunt:
tantae & Samariae. Et dabo tibi eas in ædificationẽ/
& non ex testamẽto tuo. Et suscitabo ego testm̃ meũ
tecum. Consydera finẽ repromissiõis: & cognosces
quia ego dñs. Vt memineris & confundaris: idest cũ
receperis peccata tua: & rememorata fueris/ tũc con/
funderis: & ultra non erit tibi os aperire. Cum rece/
pero peccata mea/ & restitutus fuero: facto mecũ te/
stamento: tunc amplius intelligo mala mea: & con/
fundor: & conscius mihi memetipsum punior. Vi/
de aũt quid mihi eueniat: ut non sim liber os aperire
a facie ignominiae: & qm̃ eueniet ut propitier tibi?

Ne tunc quidem quando propiciat mihi multa pec
canti / possum os aperire: nec qñ ignoscit sceleribus
meis alienus sum ab ignominia : sed sentiens scelera
mea: perpetuo consciæ meæ igne discrucior. Iccirco
quia ignominia & confusio æterna nobis reposita
est / si peccauerimus: oĩ corde dep̃cemur dñm : ut det
nobis usq; ad finem : & animi & corporis nisu pro
ueritate contenderemut ẽt si aliquod tp̃s institerit: qđ
nostram examinet fidẽ. Nam ut aurũ pbatur in for/
nace: sic fides nostra in periculo / & persecutionibus
examinatur. Etiã si persecutio eruperit : inueniat nos
præparatos ne domus nostra in hyeme corruat : ne
ædificatio quasi in arena cõstructa: tẽpestatibus dis/
sipetur. Et cum flauerint uenti diabo'i. i. pessimi spi/
ritus: opera nostra persistant: quæ usq; ad hãc diem
perstiterunt: si tñ non sunt occultæ subruta: & in ex/
peditionis accinctu manifestemus charitatẽ nostram:
quam habemus ad deum in christo Iesu. Cui est glo
ria / & imperium in sæcula sæculorũ. Amen.

¶ De Aqla magna libanum intrante / & cedri sum/
ma quæq; auferente. Homilia. XI.

XERCITIO Corporũ fortitudi/
ne cõparati qui exercentur: & per par/
e tes unumquodq; mẽbrum / sensusq;
mẽbrorũ / uegetatiores facit ad efficien/
dum quid ad sentiendũ. Vtputa ocu/
lorũ acies si exercitẽ in uisu / acutior fit ad uidẽdum.
Aures si frequentius audiant: melius possunt uocũ
capere dissonantias. Hoc aũt & in cæteris mẽbris li/
cet dep̃hendere: quod in paucis oñdimus. Verũ quid
mihi prodest ad beatitudinem / & ad uitam sempiter/
nam: si corpus exercitationibus roboreẽ? Quod mi/
hi pdest emolumẽtum : ẽt si fortissimo corp̃e fiam:
etiam si oĩbus mẽbris uegetatus incedã? Econtrario
aũt si sensus aĩæ habuero exercitatos ad sentiendum
quid ac dicendũ: dies noctesq; contriuero: non solũ
in hac uita mihi conducit: sed etiam egredientem de
corpore p̃sequetur. Iccirco in parabolis / & in ænig/
matibus locutus est: ut extenderet se mens nostra: uel
potius in unũ colligens dictorũ intueatur acumina
& a corporis uitiis recedens : dum colligit ueritatem
uitæ suæ: cursum sm̃ eandem dirigat. Hæc in proœ/
mio diximus: q̃a sermo dei factus est ad Ezechielem
dicens. Fili hoĩs narra narrationẽ: & dic parabolam
ad domũ Israel. Pro hoc aũt quod septuaginta inter/
pretes posuerunt. Narra narrationẽ. Alius de interp̃/
tibus transtulit. Propone problema. Alius profer p/
blema. Alius significa ænigma. Igitur & problema /
& ænigma / & parabola est: quod lectum est. Si qñ il/
luminatiõe indiguimus sciæ dei: nunc uel maxime /
& necessarie indigemus : ut non tã ego q̃ oĩbus uo/
bis / dei in me gratia edisserat solutionem / problema/
tis / & ænigmatis / siue pabolæ. Quæ est ergo parabo
la aqlæ: quã in præsenti spiritus sanctus oñdit? quæ
non solum aquila: sed etiam comparatione cæterarũ
aquilarũ / magna aquila: & ingentium alarũ / & longa
extensiu / & plena unguibus: siue (ut quidam interp̃/
tatus est) plena plumis / scribitur. Nõ solum his quæ
diximus maior est cæteris aquilis: uerũ in eo uel præ/
cipua est / q̃ ductum habet intrandi in libanũ. Nam
ingrediens illuc: arborẽ cedri quæ in libano sita erat:
electa teneritudinis / & sũma quæq; decerpsit: & attu
lit i terram Chanaã / in ciuitatem / siue negociatorem /
siue negociatricem: siue translatorũ / siue certe (ut se/
ptuaginta interp̃tati sunt) muratã. Et posuit hoc qđ
de cedro libani sumpserant ut plantaretur / & cresceret
in terram Chanaã. Post hæc / eadem aqla de semine
terræ uñ assumpserat sumitates cedri: extrinsecus sibi
semen accæpit: & plantauit illud in cãpo frondifero /
super aquam multam. Hoc aũt ipsum quod de terra
Chanaã fuerat assumptum ab ea quæ libani summa
quæq; decerpserat: idest quod secunda uice accæpe/
rat: factum est in uitem non fortem / sed infirmã: uerũ
etiam statura pusillam: & palmites huius uitis infir/
mæ reclinati sunt: pro eo quod de libano / & cedro /
fuerat assumptũ: intm̃ ut radices suas sub ipsius trun
co consitas haberet: Et qdem facta est uitis: & fecit p/
pagines: & extẽdit arbusta sua. Et post hæc / uenit alia
aqla: & ipsa magna / magnis alis & copiosis / uel plu/
mis / siue unguibus. Et ecce / ipsa uitis de qua nunc di
ximus / ueniente secunda aqla / declinauit testm̃ suum
ad eam: spernens id testm̃ quod prius cum arbore se
cerat : in qua reclinata uitis fuerat effecta / & propagi/
nibus factis / arbusta latius fuderat : & cõplexa est se/
cundã aquilam: & radices suas a priore transtulit / ad
sequentem. Deinde palmites emisit ad secundã aq/
lam: ut irrigaret eam cum gleba plantationis eius: in
cãpo bono / & aqua multa. Et qdem irrigata est hæc
ipsa uitis: & translata ad aquilã secundam / ut faceret
incremẽta: ut afferret fructum: ut fieret in uitem ma/
gnam. Iccirco p̃pheta imp̃atur ut dicat. Quia testm̃
transgrediens uitis quod fecerat cum aquila priore:
& statuens illud cũ secunda: non dirigatur / neq; ra/
dices teneritudinis eius effloreant : quin potius fru/
ctus eius: p̃pter transcensionem eius putreat: & are/
scant oĩa / quæ de ea oriebantur: & iam ultra non ha/
beat brachium magnũ: & populũ multum. Euella/
tur aũt radicitus. Et licet irrigata sit / tñ nõ perseueret:
& non dirigatur in ubertatem: statimq; ut contingat
eam uentus urens / arescat: & cum gleba plantationis
suæ siccetur. Hæc propositio ipsius historiæ expo/
scit: ut quæ obscurius dicta sunt: quibusdã adiunctis
sermonibus / planius enarremus. Et si tantus labor
est / ut ipsum quod dr̃ intelligatur: quid necesse est di/
cere / ipsam quæstionẽ quãtam habeat obscuritatem:
quæ sit aquila prior: q̃ sit libanus: quæ cedrus / quæ
sũma cedri: quæ aquila secunda: quæ translatio uitis
a priore ad sequentẽ? Si aliqñ dei idiguimus auxilio
(semper aũt in intellectu scripturarũ: spiritu eius san/
cto indigemus) nunc profecto opus est : quo nobis
præstet auxiliũ: & pandat ipse quod dixit. Sicut sal/
uator noster / in euangeliis quasdam parabolas ipse
interp̃tatur : sic & nunc propheta in secunda p̃phe/
tia: quæ in reliqs lecta est significat: q̃a aquila prior /
Nabucdonosor

Nabuchodonosor fit rex Babylonis: qui ingressus
est in libanum/idest Hierusalem: & accepit de summis
cedris:idest regem Hierusalē/& principes eius: & attu
lit ea in terram Chanaā scilicet in Babylonē. Planta/
uit quippe in captiuitatem/accipiens filios israel/&
de regio semine: & de genere principū in eadem ter/
ra cōstituit. Post hoc aūt/& post regiam stirpem: alia
quoq; multitudo capta est ab eo: & uitis effecta est:
nō tam robusta: quā fuerat/cum fuisset in uinea dei/
& in terra sancta/ubi sacrificia dei celebrātur: sed erat
in Babylone translata/ubi erat uitis infirma. His ita
gestis in pharaonem regem ægypti: & Nabuchodo
nosor bellum ortū est. Igitur populus qui cū regibus
suis/ac stirpe optimatū/ab assyriis fuerat afflictus: re/
perta occasione qua iugum Nabuchodonosor abii/
ceret/& eius imperio liberaretur: trāstulit se ad secun/
dam Aquilam grādem/magnaq; alarum/idest Pha/
raonem. Deinde sic ordine currēte rerum: quia deus
eos nō pharaoni tradiderat/sed Nabuchodonosor:
& illi nō sustinētes iudicium eius: excusserūt iugum
Nabuchodonosor de ceruicibus suis: & ad Pharao/
nem trāsgressi fuerāt: ira dei sup eos ingruit: & cōtra
euenit quam putauerāt. Oportet quippe eum qui a
deo dānatur nō fugere sniam eius: nec uolūtatem iu/
dicantis uelle mutare: ueq; patiētissime sustinere: do/
nec ipse deus liberet/qui dānauit. Igitur qa ad Pha/
raonem trāstulit se populus: relinqtur ab auxilio dei:
& peiora patitur/q̄ ante ppessus est/a Nabuchodo/
nosor. Diximus solutionē parabolæ iuxta litteram:
& id qd' scriptum est. Seqtur durior interpretatio &
difficilis ad itelligēdum: sm uerum Nabuchodono/
sor/& uerum Pharaonē: & ea uerba quæ de Aquilis
prædicata sunt. Iccirco aūt ante expositionē sequen/
tis lectionis: hanc expositionē summatim strictim quæ
prædiximus: ut est præsens locus facilius itelligatur:
& nihilominus seruetur loco suo plenior expositio:
quū seqns parabola: ēt iuxta allegoriā latissime disse
retur. Verum nūc pauca debemus assumere/& quasi
quodam armamēto: futuræ iterpretationi uiam ster
nere de his quæ nobis dei gratia largit: scientes qa in
sequēti plenius exponemus. Ac primū qdem uiden/
dum quare Nabuchodonosor & Pharao aquilæ di
cantur. Forsitan quærat quispiam qui non ociose &
trāsitorie scripturas legit. Si Nabuchodonosor aqui
la est magna: & magnaq; alarum: & nūc Pharao alia
aquila similiter magna: alaq; ingētium. Et in lege in/
ter imunda aialia posita est aquila. Quare & iustus/di
nes effectus/præparat sibi alas aquilæ: ut possit con/
uerti in domum principis sui. Quare etiam repro/
missio quædam est apud Hesaiam prophetam dicē/
tem. Iusti accipient pennas ut aquilæ: current & nō
laborabunt: gradientur & non esurient. Si enim im/
munda est aquila non oportet nos pennas accipere
aquilæ/cum iusti fuerimus: neq; cum diuitiæ nobis
creuerint/oportet præparare nobis pennas aquilæ.
Cui & primum respondendum est: quædam nomi/
na animalium in scriptura in utroq; genere: idest bo/
no ac malo posita: utputa leo & in bonā partem ac/
cipitur/& in malam. In bonā sic. Catulus leonis Iu/
da: ex germine fili mi ascendisti: accumbēs dormisti
ut leo/& ut catulus leonis: qs suscitabit eum? In ma/
lam uero partē sic. Aduersarius noster diabolus/ut
leo rugiens/quærēs deuorare circuit: cui expedit nos
resistere fortes in fide. Sed & malignus supplātare cu
piens: insidiatur in occulto/ut leo in spelūca sua. In/
sidiatur ut rapiat pauperē. Sicut leo dr̄ & in malam
partem/& in bonā: non est incōgruū & aquilam in
utraq; parte accipi. Et (ut ego suspicor) nō est iustus
aquila: sed quasi aquila: æmulatur quippe aquilam.
Et sicut serpens æreus typus fuit saluatoris (Neq; n.
serpēs erat uere: sed imitabatur serpētem/dicēte dño.
Sicut Moyses eleuauit serpētem in deserto: sic exalta/
re oportet filium hois) eodem modo iustus nō tam
aquila est/quā aquilæ similis: quia ei utile est imagi/
nem aquilæ sectari. Iuxta hunc intellectum: & in alio
loco præceptū accipit iustus/ut sit sapiēs sicut serpēs:
non ut fiat serpens. s. ne a ueri serpentis capiaris astu/
tia. Si aūt sermo dei scripturas diligēter excutiens: &
spiritus de quo scriptū est. Spiritus omnia scrutatur
etiam alta dei/si in alicuius animam uenerit: manife/
stissime ostendet de scripturis/& aquilam/& leonem
in parte mundorq; animalium posita. Cherubin dei
habere faciem hois: & faciem leonis a dextris quat/
tuor partium: & faciem uituli/& faciem aquilæ/a si/
nistris quattuor partium. Et hæc quæ in Cherubin
uidentur: idest aquila/& leo/mūda sunt. Nihil quip/
pe imundum est in curru dei. Et sicut tu de gentibus
mundus effectus es: & quod deus mundauit tu ne
cōmune dixeris: dicitur de omnibus quæ coelo pen/
dentia ostensa sunt petro. Sic mūdus est leo & aqui/
la/quæ in Cherubin apparuerunt. Necnon & illud
quod in christi aduentu futurum prædicatur: nouit
mundum leonem: mundam & aquilam/quæ nun/
cupatur imunda. Lupus enim & agnus pascētur si/
mul. Attendite ab eis qui ueniunt ad uos in uestitu
ouium: intus autem sunt lupi rapaces. Sunt quippe
alii non rapaces: quando lupi & agni pascentur si/
mul: & uitulus/& taurus/& leo pariter edent. Cum
autem fuerit tam diuersarum inter se naturarum/in
fide christi facta sociatio: leo non erit iam imundus/
uerum feritatis suæ obliuiscetur: & uniuersa anima/
lia quæ in lege dicuntur imunda/conditionis anti/
quæ recipient puritatem. Hoc autem ex parte iam fa
ctum est: & plenissime in secundo complentur ad/
uentu. Præuenit igitur sacramentum quod osten/
sum est in Cherubin: rei ueritatem. Et in tantum leo/
nis/& aquilæ facies/cū aliis faciebus cognatæ sunt:
ut maius nobis uideatur uitulo/& tauro/& leone
simul pascentibus: id quod apparuit in Cherubin.
Ab Hesaia qppe nihil de his quæ pdicta sunt sibi cō/
hærens: & inuicē cōnexum repromittitur. In Cheru
bin uero unūquodq; animal cum alio cognatū est:
Facies uituli/faciei leonis: & uultus hominis uultui
aquilæ. Non igitur magnope miraris/cum Pharao

& praecedens eum Nabuchodonosor aqlæ nuncupentur. Iusti pennas assumere dicuntur aquilæ: & in dei pane diuites effecti: aquilæ sibi pēnas præparant ad uolādum. Verū ut ad ꝓpositum redeam: specialiter qddam significat de Nabuchodonosor: qa magna/ & magnaꝝ alaꝝ/ & sui extēsione lōgissima: in tm̄ ut ausus fuerit dicere. Viribus faciā: & sapiā itellectus auferā fines gentium: & uirtutē eoꝝ depascar: & cōmouebo ciuitates quæ inhabitātur: & orbē terraꝝ uniuersum cōprehendam manu/ ut nidū: & q̄si cōfracta oua auferā. Ecce ista est extēsio alarum eius. Nec hoc ei sufficit: uerū & unguibus plenus est/ multis plumis: & hēt ductum itrādi in libanum: ut cedri eius sūma decerpat. Quādiu hi q cōmorabātur in libano non peccauerūt: idest quādiu in Hierosolymis positi/ nō sunt in sceleribus dęphensi: nō accepit potestatē ista magna aqla ut igrederet in libanū: neq; assumpsit sibi electa cedri: semen regiū & principū stirpem. Ista qppe sunt tenetitudinis eius: quæ quodā tpe nō fuerūt duro corde: attamē rapuit ea: qa peccauerūt in dn̄m. Aqla ista grādis totius arboris summitatem: in Chanaā trāstulit: qa figuraliter Babyloniorū maledictio Chanaā dr̄. De quo Noe ait. Maledictus Chanaā pater: famulus erit fratribus suis. In ciuitate quoq; negociatoꝝ: siue negociatricis: siue trāsferentiū: aut certe murata: posuit hoc qd' de cedro abstulerat. Et accepit sibi de semie terræ. Iam nō altioribus solū: sed ēt de minoribus & de populo Iudæoꝝ. Et dedit illud in cāpum frugiferū: sup aquā multam respiciēdum cōstituit illud. Et exortū est: & factū est in uitem ifirmā. Infirmatus est uere populus dei in Babylone: & ideo neq; cāticū dei cātare poterat/ dicens. Quomō cātabimus cāticum dn̄i/ in terra aliena? Re uera nō poterat ifirma nō esse: quæ plātata fuerat in Babylōe. Quo pacto uires pessimas reseruaret: quæ uitis Babylonia esse cępisset/ quæ qa in scā terra fructus nō fecerat ideo ab aqla posita in terra Chanaā: facta est in uitē infirmā & in pusillā statura? Quandiu in terra sancta fuit: ingēs uitis erat: qn̄ uero trāslata est in fines peccatoꝝ/ & ifirma & parua effecta est. Et tu igitur uitis q me audis: si uis esse magna: noli exire de ecclesiæ finibus: ꝑmane in terra scā Hierusalē. Quod si ꝑꝑ peccata in peiora corrueris: trāsfereris in aliā terram: & eris in uitē pusillam: & palmites tui decident: & radices tuæ siccabuntur: in tm̄ ut postea desyderes aegesere sup aliam aqlam (ut nūc dr̄) magnaꝝ alarum: & plurimoꝝ unguium. Bonum est condēnatum in cōdēnationis ꝑmanere snīa: quādiu eum liberet q dānauit. Nō curramus uiolenter ad Pharaonem: Si.n. ad eum currimus: cōtra deum facimus/ q dixit. Ego sum dn̄s deus tuus q te eduxi de terra ægypti: de domo seruitutis. Ad Nabuchodonosor enim nō tam spōte ꝓperauimus/ q̄ condēnati & pertracti ad eum sumus. Seqtur. Et facta est aquila altera magna: magnis alis & copiosis unguibus: & ecce uitis ista amplexebatur eam: idest secūdam aqlam. Euenit sæpe ut ab una cōtraria fortitudine ad aliam trāsferamur. Iusserat enim deus ut Israelitarum populus sub Nabuchodonosor iugū/ colla submitteret (ut legimus in Hieremia) in tm̄ ut cōminaretur ei q ab eius seruitio declinaret: eo tpe/ quo Hieremiam exposuimus: ea quæ nobis gratia dn̄i orātibus uobis/ largita est (siue certe utcunq; sensimus) exponere conati sumus. Noluit autē id facere quod fuerat impatum: sed palmites suos extendit ad Pharaonem/ in gleba plantationis eius/ ab eo constitutus: ut in cāpo super aquam multam fructus afferret uberrimos. Et deserta Aegypto/ rursum Aegyptum cōcupiuit: putans se ubertatem pristinam cōsecuturū/ & hoc in primis cogitans: qa si Nabuchodonosor ad Pharaonem transcendere/ radices firmaret: euelleret staturam: fructus afferret. Sed in contrarium q̄ putauit/ oia acciderunt. Fructus quippe ois cōputruit: & pullulationē quæ saltem modice in Babylone creuerant: mutatione regionis exaruerunt: in tm̄ ut a radicibus euulsa sit: ne ultra in brachio magno aut in populo plurimo cōualesceret. Quid in se hæc tanta uel talia continent sacramenti: quid unusquisq; sermo significat/ possumus: si tm̄ habeamus auditores: ad aliam quandam Hierusalem cōscendere: & ibi demōstrare quo aquila magna ductū suum fecerit: & in hānc quam nunc nos possidemus Babylonem: summitates eius detulerit. Possumus sacratiora quædā de Pharaone loqui: uerū quia & tpe coartamur/ & forte audacter ꝓmittimus qd' nō ualemus implere: ad minora redeamus: & sm̄ mensuram itellectus nostri sic potius exponamus. Venit ad istum libanum: hoc est ecclesiā/ ubi hostia dei: ubi incēsum orōnum eius celebratur. Ista magna & uera aquila Nabuchodonosor: idest diabolus rapuit. Absit autem tpibus nostris: ut de sūmis cedri: idest de principibus & de regio semine in Chanaan transferat. Oremus ne fiat quod sæpe factum est. Assumpti sunt enim qdam & in Babylonem trāslati: q in ecclesia principes fuerunt: & propter pctm̄ suum de libani summitate sublati. Super his dicēdum est: qa aqla magna magnoꝝ unguium/ plumis extensa: accepit de cacuminibus cedri: & detraxerit eos de libano: idest Hierusalem: & plantauerit in terra Chanaā. Non solum aūt aquila ista sūma cedri: idest de optimatum genere sibi uendicat: sed & terræ semen sibi rapit: & trāsfert in terram Chanaā: qn̄ quis de populo peccat: & de dei plæbe/ idiaboli laqueis ꝑpeditur. Quapropter diebus/ & noctibus/ tā pro nobis: quā pro fratribus nostris/ dei imploremus auxilium: ne quis de Hierusalem trāsferatur in Chanaā ne snīa: ne eius deserta a uolūtate illius: ad aliam tēdamus aquilam: & ueniat sup nos ira maior: & putrescat uniuersa plantatio: & fructus pariter cum radicibus arescat. Plantatio quippe Hierusalem nō potest in alia terra afferre fructus: non facit palmites in finibus alienis: sed statim cum gleba sua siccatur: si non perseuerauerit in uolūtate dei: & in ecclesia eius: idest in factis/ & sermonibus/ & sciētia ueritatis Iesu christi. Cui est gloria/ & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶ De Nabuchodonosor Hierusalem intrãte / & de humiliatione ligni sublimis. Homilia. XII.

q VAE Iam supra memoraui de duabus aqlis magnis / & magnarũ alarũ: & magnorũ unguiũ: necnõ quæ prima & scda Aqla gesserũt: nũc quasi in ꝓphetia. s. figurata: uult ex pte sermo diuinus exponere: nobis ad itelligendũ relinquẽs: quæ ipse dimisit itacta. At primũ qdem (licet sæpe iam dixerim) tñ nunc aliqd & noui iferre conabor: qd' n̄ ræ aiæ tribuat salutem: In eo qd' dcm̃ est ad ꝓphetã. Dic ad domũ amaricãtem: siue exacerbãtem. Nõ. n. addidit ad domũ exacerbãtẽ / siue exasperãtem me: & si uolumus uidere cuiusmodi pctm̃ sit exaspatio. Audiamus q̃ dulcia ei sint qui itelligit eloqa dei dicẽtis. Quã dulcia gutturi meo eloqa tua. Hæc naturaliter dulcia cũ assumpserint credẽtes: aut bñ uiuũt: aut uere cõtraria faciunt. Et si qdem iuxta diuinã regulam ingrediuntur: reseruãt eloquia dei in eo dulcore / quo nata sunt. Iuxta mei aũt animi motũ: puto qa cõuersationis bonitate: suauitatẽ augeãt eloquiorũ dei: miscẽtes dulcedinem uitæ / dulcori sermonis. Si uero qs peccet: & extra præcepta dei puersus incedat: iste accipiens dulcissima eloquia dei: per naturã peccati amarissimi (amarũ quippe pctm̃ est) dulcedinẽ sermonũ exterminat: & in amarũ saporem oẽm redigit suauitatem: qd' dicimus plenius aiaduerte. Accipe exemplum. Herba quæ Absinthium noiatur: naturaliter amara est: hãc si sm̃ qualitatem / & quãtitatem mellis in mel iniitias: amaritudine sua uincit eius suauitatẽ: & cogit amarũ esse: qd' dulce est. Huius herbæ uim / habet pctm̃. Si plura peccauero: plus amaritudinis iniitio in dulcedinem sermonum dei. Si grãde fuerit quod delinquo: totũ dulcorem mellis uerto in acerbum saporem. Et iccirco deus / qui sermonẽ suum a peccatoribus cõculcatum ulciscitur: unicuiq; ꝓ qualitate amarioris uitæ / & pro modo uisitationis: amaritudinem pœnarũ suppliciorũq; restituit. Et siquidem nos / qui hæc dicimus / & semel credimus deo / peccauerimus: exasperare dicimus sermonem eius. Qui uero penitus a fide eius recesserint neq; ingressi sunt ecclesiam: ii nõ faciunt amara eloquia dei. Quomõ enim possunt suauitatem exasperare sermonum: quibus / nõdum crediderunt? Ideoq; alia nobis tormẽta seruãtur: qui uidemur credere: & in ipsa credulitate peccamus: discernimur ab eorũ supplicio: q ne initium quidem credulitatis habuerũt: & ne solũmodo putemus uerbũ nos exasperare dñi si peccemus: delictum enim n̄ rm̃ usq; ad ipsius dei iniuriam peruenit. Scriptum est enim / quia qui peccat per præuaricationem legis: deum inhonorat. Parum erat si dixisset inhonorat angelum: nũc autem per præuaricationem (inquit) legis / deum inhonorat. Quotiens cunq; præuaricamur legem dei: totiens inhonoramus deum: Quãto maiora delinquimus / tanto maioribus contumeliis afficimus deum. Quãto plura peccamus: tanto inhonoramus patrem / & christum eius: sicut scriptum est. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia / qui filium dei conculcauerit: & sanguinẽ testamẽti pollutum duxerit / in quo sanctificatus est: & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Igitur quicũq; peccat: exasperat / & cõtumeliam facit: & inhonorat iam dei eloquia quæ suscepit: q̃ eum qui docuit: Dic nunc ad domum exasperantem. Nescitis quid sint ista? idest quæ in parabola dicta sunt aquilarum. Dic cum uenerit rex Babylonis ad Hierusalem: & acceperit regẽ eius & principes eius. Quantum ad historiam pertinet prophetantis: expositum est: quia Nabuchodonosor uenerit in Hierosolymam: & captiuos duxerit Sedechiam regem Iuda: & principes qui erãt cum eo / parteq; populi Iudæorum. Necnõ etiam illo attigimus: quomõ plantauerit eos in terra Babylonis. Sed nõ stemus in littera: non hæreamus historiæ: magis autem tu qui in scripturis dei profectum habes: & nosti quia ista omnia figuraliter contingebant illis: scripta sunt autem pro nobis in quos fines sæculorum deuenerũt. Instat ecce uerus Nabuchodonosor quærens aliquos carpere de nobis: & primum quidem cupit (si fieri potest) de pricipibus ecclesiæ captiuos sibi ducere. Verum quãdiu Ezechias / Iosias / aut certe qcũq; rex iustus regnat in populo: nõ potest iste Nabuchodonosor uinctos abducere: aut principes / aut populum de Iudæa. Si autem nos qui uidemur ecclesiæ præesse peccauerimus / locum dantes diabolo: aduersus Pauli præceptum dicentis. Nolite locum dare diabolo: quodãmodo per delicta nostra quæ facimus in Hierusalem: occasionem tribuimus Nabuchodonosor: ut ingrediatur sanctam ciuitatem: & abducat quoscũq; uoluerit. Qui uero non peccat: excludit Nabuchodonosor: ut nõ possit in terram dei ingredi. Ergo oĩbus uiribus excludamus Nabuchodonosor / ut ad btm̃ iustus ecclesiæ cõuentũ nõ appropiquet. Excludamus eum / assumẽtes clauẽ sciæ. excludamus eum / cõuersatione sana: & factis bonis: ut non rapiat regẽ Hierusalẽ / & principẽ eius: ut nõ abducat eos in Babylonẽ: captiuitatis suæ triũphum. Si uero aliquem ex nobis uincere poterit sæuus inimicus / ducit eũ in Babylonem. Nõ in locum amplum alicuius terræ: sed in Babylonem animæ / idest confusionem. Frequenter diximus Babylon / confusionem interpretari. Quicũq; enim ab eo uictus abducitur: in cõfusione mentis suæ transfertur in Babylonem. Respiciamus ad quotidianam uitam: si quando uiderimus animã a peccatis / a uitiis / a tristitia / ab ira / a desyderiis: ab auaritia cõfundi: sciamus istam esse quã diabolus abducat in Babylonẽ. Si uero principali cordis trãquilitas / serenitas / pax fructuũ fuerit: sciamus qa Hierusalem uersetur in ea. Visio quippe pacis intrinsecus est. Et ducit eos ad se in Babylonẽ / & sumit de semĩe regni / & disponit ad eum testm̃. Oẽs qui sermonem dei suscepimus / regium semen sumus: etenim genus electum uocamur / & regale sacerdotium / gens sancta & populus acqsitiõis. Siqs igit' ex nobis q in ordine

regalis feminis constituti sumus/pro pctm̃ suum ca/
ptiuus abducitur a diabolo:haud dubium est/qn de
regio semie sit abductus in Babylonē/ut faciat testm̃
cum Nabuchodonosor: qa iam testm̃ dei spreuerit.
Impossibile quippe est hoiem sine testamēto esse. Si
habes testm̃ dei i te/nō potest testm̃ tecum facere Na/
buchodonosor. Porro si reppulisti testm̃ dei p præ/
uaricationem mādatoꝝ eius:suscæpisti testm̃ Nabu
chodonosor. Scriptum est.n. Disponit ad eum testa/
mētum suum/& iducit eum in maledictionē. Deus
in bn̄dictionem nobiscū testm̃ facit:Nabuchodono/
sor uero testm̃ suum in maledictionem cōstituit. Nō
potest in bn̄dictione esse/ qui pactū fecerit cum Na/
buchodonosor. Sed dicit mihi aliquis qui in scriptu
ris diuinis est eruditus. Inuenio in lege Moysi male/
dictiones constitutas in peccatorē. Si ergo ex præce/
pto dei maledictum cōstitutum est in peccatores:cur
non & ecōtrario apud diabolum quædā bn̄dictio.
sit:ut alii apud eum in bn̄dictione fiant/alii in male/
dictione? Huic ego acute & acerrime interroganti
sic conabor occurrere/& dicere. Quia & quædā sit
bn̄dictio a Nabuchodonosor:quā deus procul abii/
ciat a nobis:& maledictio de qua dicere nunc debe/
mus:quæ digne sup peccatores uenit. Quæ est igit
bn̄dictio Nabuchodonosor? Quādo aliqs in mūdo
isto locuples fuerit:& fœliciter gesserit:& oia ei ꝓspe
ro cursu fluxerint/in tm̄: ut illud qd' scriptum est/ei
possit aptari:Bos eius nō faciet abortionē. Et si uni/
uersam sæculi habuerit ꝓspitatē:bn̄dictio Nabucho
donosor sup eum est. Maledictio uero in eo:qn̄ aliqs
recedit a deo: & nihilominus in parte diaboli cōsti/
tutus:miseriis/suppliciisq; torquetur. Vult igit deus
(ut nūc scriptura cōmemorat)testm̃ Israeli: maledi/
ctionē eē apud Nabuchodonosor. Et ideo qa uoluit
spernere testm̃ Nabuchodonosor/rex Hierusalem:&
mittēs angelos suos in ægyptū:testm̃ cum Pharao/
ne conatus est facere:ait sermo diuinus. Non dirigit
Non saluabit. Quapropter oportet nos ferre patien
ter cum a deo tradimur ultioni. Tradidit quendā de
cætu ecclesiæ Apostolus diabolo/in interitū carnis.
Et tradidit in carnis interitū:nō ut pderet traditū:sed
ut spm̃ traditi conseruaret. Ex quo scriptura ait. Tra/
dere istiusmodi satanæ/i iteritū carnis:ut spūs saluus
fiat in die dn̄i Iesu. Traditur aūt tormētis pcōr:ut re/
cipiat in pn̄ti supplicia:& pro peccatis suis cruciat:ut
in futuro refrigeriū cōsequat: & ut dici possit de eo.
Recepit mala sua in uita sua. Siqs igit pœnis excru/
ciatus: iuxta maledictū/in quo posuit deus pctōres:
maluerit fugere supplicia:& mittere ad ægyptū:pro
cōparandis auxiliis a Pharaone:a quo liberauit dn̄s
populū suū:non dirigit:nō saluabit. Siqs aūt patien
ter maledictionē sustinuerit/& supplicia Nabucho/
donosor/& tps pctōꝝ suoꝝ in cruciatu cōpleuerit:
sicut ille q ſm epistolas Apostoli excruciatus est:ut
spūs eius saluus fieret in die iudicii:iste optimum fi/
nem cōsequetur. Inducit ergo eū in maledictionē:&
duces terræ eius accipiet:ut fiāt in regnū infirmum.
Infirmum efficit regnum/qd' de sancta terra in Baby
lonē trāsfert. Nullus qppe fortis est in Babylone.i.in
cōfusione mētis suæ. Oino nō pōt extolli homo/q
confusus est. Et custodiat testm̃ meū:ut statuat illud:
& discedat ab eo:ut mittat nūcios suos in Aegyptū.
Iste/qa Nabuchodonosor pp pctā sua tormēta ppe/
titur:& mittit nūcios suos in ægyptū:nō ferēs tradi/
tionem:qua hosti cōcessus est a deo. Vt det ei equos/.
& populū multū: id poscit:qd' in alio loco ꝓhibitū
est. Nō.n.multiplicabis tibi equos/ait scriptura. Si di
rigit/si saluabit:q facit aduersa/& præuaricās testm̃.
Oportebat eum q traditus fuerat in testm̃ Nabucho
donosor/sustinere suppliciū. Veꝝ nō sustinet:& iccir
co dr̄ de eo/nō saluabit. Viuo ego/dicit dn̄s adonai:
qm̄ in loco regis q cōstituit eum regē q spreuit male/
dictionem meā:& trāsgressus est testm̃ meū. Est qui
inhonorat maledictionem dei:& est alius q honorat
eam. Nec dubiū qn in pn̄ti de isto qratur deus/q ma
ledictionē suam ihonorauerit. Cū.n.qs traditus fue/
rit suppliciis/ut castiget:& nō sustinuerit qd' pceptū
est:ihonorat maledictionē dei. Si uero sustinuerit/cū
oī mansuetudine/& bn̄dictione/& grāꝝ actione/&
deum iste honorat & maledictionē eius:& cū hono
rauerit maledictionē:necesse est ut ēt bn̄dictionem il/
lius cōsequatur. Et trāsgressus est testm̃ meū: cū ipso
in medio Babylōis moriet:& nō in uirtute magna/
neq; in turba multa faciet bellū Pharaoni. Nō pōt ei
qui trāsgressus est/& ihonorauerit maledictionē dei:
Pharao tribuere auxiliū. Veꝝ in medio Babylonis ꝓ
sua ꝑuaricatione moriet. Deinde sequtur/& narrat/qd
pctōres passuri sūt:& post hæc posteriora quæq; cō/
memorat/dicēs. Accipiā ego de electis cedri:& de uer
tice cordis eoꝝ auellā:& plantabo in mōte excælso.
Post maledictiōes quas supra diximus:repromissio
beatitudinis/& dulcissimæ pollicitatiōis/in finē ser/
monis ꝓfert:qa iam q suppliciis idigebāt:fuerāt pro
pctīs suis tormēta ppessi. Intra me metipm uero cōsy
derās/& diligēter istius loci sensus ptractās:arbitror
de apostolis ꝓphetati. Isti qppe sunt de electis cedri/
de sūmitate:de uertice: quos dedit deus in uiriditatē
sæculi:radens corda eoꝝ:& plātans eos de mōte ex/
cælso:Iesu christo dn̄o nr̄o. Et suspēdā eum in mōte
alto Israel:& plātabo/& ꝓducet ꝓpaginem/& faciet
fructū. Fecerūt isti ꝓpagines:attulerūt fructus. Et erit
in cedrū magnam. Cōsydera magnitudinē/& subli/
mitatē ecclesia christi:ut itelligas iuxta ꝓmissionē dei
factū esse qd' dr. Et erit in cedrum magnā:& regescet
sub eo oīs auis: & omne uolatile sub umbra eius re/
quiescet. Assume tibi pēnas sermonis dei: & poteris
pausare sub hac arbore:quæ plātata est in mōte excel
so:& regescet:& ꝓpagines eius restituētur. Vide quō
in bona parte ꝓphetia finiatur. Sequtur.n. Et cogno/
scent oia ligna cāpi qm̄ ego dn̄s:q hūilio lignū altū.
Lignū altū/populus iudæoꝝ est:q nūc hūiliatus/sce/
leris sui poenas luit:qa in dn̄m meum Iesum christū
manus ausus est mittere. Et exulti lignum humile.
Tu eras lignum humile:lignum deiectū: lignū terræ
hærens:

hærens: neq; sublimauit te deus. Et aresacio lignũ uiride. Lignũ uiride circũcisionis est populus: q quondam puellaris/ & florens fuit: ueq; nũc in nimia siccitate cõtabuit. Vbi quippe nũc apud eos uiuidus sermo? Vbi uirtutũ chorus? Et reuiuiscere facio lignum aridum. Tu fuisti lignũ aridum: & fecit te reuiuiscere christi aduentus. Ego dñs locutus sum. Faciet ut & nos reuiuiscamus: ut fructus ualeamus afferre: ut germinans lignũ: & non siccum efficiamur: ut nunq̃ ad radices nras ponat securis: quæ in euangelio prædicat: attẽtius Iesum christũ dñm nrm cũ pre suo pcemur. Cui ẽ gloria & ipium in sæcula sæculo. Amẽ.

¶ De eo qd' scriptum est. Tu signaculum similitudinis: plenus sapientia/ & decore: in delitiis paradisi dei fuisti. Homilia. XIII.

PRAECIPITVR Nobis ab episcopis discutere sermonẽ principis Tyri: ut laudes eius/ culpasque dicamus. Necnon iussum est de Pharaone rege ægypti aliqua retractemus. Plangitur itaq; princeps Tyri. Nec putãdum est hũc hoiem eẽ. In medio quippe Cherubin/ nullus hoium est creatus/ & in paradiso dei: si simpliciter lram sequimur: hoium nullus est enutritus. Etenim in paradiso delitiaꝝ (sicuti diximus) nemo fuit: nũc dr princeps Tyri in paradiso delitiaꝝ natus/ atq; nutritus. Quis iste est princeps Tyri? Veniamus ad Danielem/ & occasionem intelligẽtiæ aperientes: dicamus nõ esse principes corporeos de qbus nũc queritur. Post Danielẽ ab Apostolo petamus exẽplum. Deinde rursum pphetaꝝ testimonia uocemus. His oĩbus ẽt ille copulandus est locus: q a Moyse in Deuteronomio nõ tacetur. Alia nũc replicemus exẽpla: incipiẽtes a Daniele. Princeps ait ur Michael. Ibiq; rursum princeps Israel. Et incõsequenti Michael adiuuabat principẽ regni gẽtium. Ad hæc addat Apostolus. Gloria/ & honor/ & pax omni operãti bonũ/ iudæo primũ & græco. Et adiuuare principẽ Israelitaꝝ: principem regni græcoꝝ: fortasse iam scitũ est. In aduentu quippe dñi mei Iesu: princeps adiuuit principem regni græcoꝝ: ut & gentes consequerẽtur salutem: & illi credendo saluarẽtur. Atq; ita in hũc modum dicitur quidam princeps Persaꝝ. Sicut dictus est Michael Israelitaꝝ: & alius Græcoꝝ. Non sunt ergo hi hoies: nec sm locorum uocabula/ in quibus imperãt noiantur. Vnde & Apostolus non quasi de hoibus disputãs/ ait. Sapientiam loquimur inter pfectos. Sapiam uero non huius sæculi: neq; principum sæculi huius: sed loquimur dei sapiam in mysterio abscõsam: quã prædestinauit deus ante sæcula in gloriam nram: quã nullus principum huius sæculi cognouit. Si enim cognouissent: nunq̃ dñm gloriæ crucifixissent. Et qa principes sæculi istius crucifixerũt saluatorẽ/ & dñm: Propheta testis est dicẽs. Astiterũt reges terræ/ & principes conuenerunt in unum aduersus dñm: & aduersus christum eius. Vnde & alibi in psalmis scribitur. Ego dixi dii estis/ & filii excelsi oẽs. Vos autẽ ut homines moriemini: & tanq̃ unus de principibus cadetis. Et est ibi sermo de nullo penitus principe corporali. Si igitur qdam princeps est regni Persarũ: si est princeps Israelitaꝝ Michael: cõsequenter & Tyri princeps est. Et deus nũc principibus ppheticus sermo loquitur. Quoniam aũt & de Moyse testimoniũ polliciti sumus. Ausculta quod seqtur. Quando diuidebat altissimus gẽtes/ cũ disseminauit filios Adã: statuit fines gentium/ sm numerũ angeloꝝ dei. Siue (ut melius habet) sm numerum filioꝝ Israel. Et facta est pars dñi populus eius Iacob. Alia principi facta est Tyrus: alia Babylon: alia nationes. Atq; ita in hunc modum principes possederunt oẽs fines gentium. Siquis autẽ putat legens in scripturis quasi de hoibus dictum: intelligat altius spiritualis: & a nullo diiudicatur. Dignoscit enim quædam de Nabuchodonosor rege Assyrioꝝ: quæ non cõueniunt psonæ eius. Dixit enim. Fortitudine faciam/ & sapientia intellectus auferam fines gẽtium: Et cõmouebo ciuitates inhabitatas: & orbem terraꝝ oẽm comprehendam. Et ascẽdam super sydera coeli/ & nubes: & reliqua. Et ero similis altissimo. Hæc Nabuchodonosor: Sic & princeps Tyri/ & Pharao. Neq; enim in tm̃ agitatus est furiis/ uerus & corporeus Pharao/ ne diceret. Mea sunt flumina: & ego feci ea. Hoc autẽ ante lectum est in pphetia quæ est aduersum Pharaonẽ. Neq; unq̃ principem illum: idest Pharaonem corporeum draconem nũcupasset dicẽs. Ecce ego sup draconem qui sedet in medio fluminum ægypti: qui dicit mea sunt flumina: & ego feci ea. Veꝝ hoc in loco pprio reseruetur: quod nũc iccirco assumpsimus: ut per notionem scripturaꝝ/ manifestius fieret id quod uidebat occultũ. Aduersum hos principes est nobis pugna. Et beati Apostoli q missi fuerãt ad prædicandum: quãdo ab his qui fines gentium possederant/ hoies abducebant: patiebantur insidias. Verbi gratia dictum sit. Ingressi sunt apostoli Tyrum: persecutus est eos princeps Tyri. Ascẽderunt Antiochiam: impugnauit eos princeps regni Syriæ. Iste erat qui bellabat aduersus eos. Non oẽs qui putabãtur: ut Iudas pditor. Quomõ enim ille non principaliter pdidisse putãdus est saluatorem? Sic ẽt apostolis/ oĩbusq; qui psecutionem passi sunt: alius fuit princeps psecutionis. Scriptum quippe est de Iuda. Et post buccellam introiuit in illum satanas. Non est nobis pugna aduersum carnẽ/ & sanguinẽ: licet uideãtur & carne & sanguine qui nos psequuntur. Nõ eos oderimus/ qn potius diligamus: licet inimici nobis uelint pmanere: misereamur eoꝝ. Dæmonium hñt: insaniam patiuntur. Non tam hi sunt aduersum nos/ q nos psequũtur/ q̃ illi qui corda eoꝝ repleuerũt. Veꝝ dei deprecemur auxilium: ut infirmos habeãt conatus/ tanti aduersarii contra animam humanã dimicantes: & dicamus: nisi quia dominus erat in nobis: in eo cum exurgerent homines in nos: forsitan uiuos deglutissent nos. Igitur est quidam princeps Tyri. Et pphetia nõ de hytan nos docet. Hoc qppe nomẽ in tertio

regnoꝝ libro ſcriptum eſt:nõ de alio principe Tyri:
neq; a quoq̃ hoĩe nos humana docẽt eloq̃a diuina:
ſed quædam ineffabilia & ſacrata ſub perſonis homi
num.Pharao homo eſt.Aliud quiddam erudior in/
telligere Pharaonem.Et Nabal Carmelus homo eſt
& Hyrã hõ:ſed aliud ſub eoꝝ doceor effigie. Qui eſt
tãtus ac talis q a corpalibus cõſcendat:q a uiſibilibus
inuiſibilia contẽplet : & poſſit unumquodq; hoꝝ/
ſm dei intelligere uolũtatem? Quis eſt igit princeps
iſte diſcamus:ut cognoſcẽtes lamẽtationem : & iam
quod nunc ſup ea dr/euitemus. Plangitur princeps
Tyri.Quam bonus deus:q ẽt eos qui ſe negauerũt/
deflet:& hoc uenit ex amoris affectu. Nemo quippe
plangit quem odit.Et q plangitur / plangitur qdem
ut mortuus:ueꝝ quaſi adhuc q̃ratur:quaſi uiuis de/
ſyderio ſit diligitur.Et Hieruſalem q̃ñ plangitur/ſcri
ptum repperio . Et factum eſt poſtq̃ captus eſt Iſrael:
& deſolata eſt Hieruſalem:ſedit Hieremias flens/& la
mentans lamẽtationem iſtã ſup Hieruſalem : & ait.
Quomõ ſedet ciuitas ſola quæ abundabat populis:
facta eſt ut uidua / quæ multiplicata erat in nationi/
bus.Princeps in regionibus:facta eſt in tributũ.Plã/
gitur & Nabuchodonoſor. Vbi ſũt hæreſes ? Vbi ſũt
qui aiunt iſtos in pditionem creatos eẽ?Criminãtur
creatorem:ut ſe criminibus abſoluãt. Accipe lamen/
tationem iſtam ſup regẽ Babylonis/& dices . Quo/
mõ ceſſauit q repetebat? q̃uo q̃euit qui exigebat? In
regem Babylonis iſta dicunt.Quomõ cecidit de cœ
lo Lucifer qui mane oriebatur? Contritus eſt in ter/
ram.Et ille de coelo cecidit : ſignaculũ ſimilitudinis:
corona decoris ĩ paradiſo deliciaꝝ nutritus.Ecce oẽs
de coelo cecidiſſe non/deſcẽdiſſe referũtur.Dñs uero
meus Ieſus de coelo deſcẽdit : & qui deſcẽdit ipſe eſt
filius hoĩs.An non ſic ſatanas? Non enim deſcendit
de coelo:neq; ei malum accidiſſet ſi deſcẽdiſſet. Audi
Ieſum dicẽtem.Videbam ſatanã quaſi fulgur de cœ/
lo cadẽtem:non deſcendentẽ . Veꝝ non ſolus ſalua/
tor de coelo deſcẽdit.Quotidie.n.multitudo deſcen
dit/& aſcẽdit ſup filium hoĩs. Videbis.n.coelum ap/
tum:& angelos dei aſcẽdentes/& deſcẽdentes ſup fi
lium hoĩs.Et tu aſpecta aſcẽſionem tuã.Tãtum a rui
na cõſurge:& audi.Cõſurge Hieruſalem a ruina tua.
Spera q̃a aſcẽſurus ſis in coelũ / & caue ne tibi quoq;
dicatur.Nunq̃d q cadit non reſurget:aut auerſus nõ
cõuertetur? Væ q cõuertũtur cõuerſatiõe peſſima di/
cit dñs.Et iſte itaq; de his unus eſt q ruerunt & plan
gitur ab hoĩe princeps:cum princeps hoĩem flere de/
buerit.Homo eſt Ezechiel/& filius hoĩs:q uero plan
git Nabuchodonoſor eſt rex Babylõis.Accipe & tu
lamentationem tuam ſuper regem Babylonis:& di/
ces. Quomodo quieuit qui repetebat? & reliqua.
Conſydera in quantam ſpem uocatus ſis o homo:
qui ſperas æterna:qui ſi a peccatis receſſeris / regna/
turus es cum chriſto Ieſu . Cui eſt gloria/& imperium
in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Explicit tractatus Origenis ſuper
Ezechielem prophetam.

¶ Incipit tractatus eiuſdem in Matthæum.

¶ In uigilia natiuitatis dñi ſm Matthæum. Cap.I.

N Illo tempore.Cum eſſet deſponſata ma/
i ter Ieſu Maria Ioſeph:anteq̃ cõuenirent/in/
uenta eſt in utero habẽs de ſpiritu ſancto.Et
reliqua. Homilia.

VA E Fuit neceſſitas ut deſponſata
eſſet Maria Ioſeph:niſi propterea qua/
q tenus hoc ſacramentum diabolo cæ/
laretur:ut ille malignus fraudis com/
menta aduerſus deſponſatã uirginem
nulla penitus inueniret? Vel ideo fuerat deſponſata
Ioſeph:ut nato infanti/uel ipſi Mariæ curam uidere/
tur gerere Ioſeph:ſiue in Aegyptum iens/uel ĩde de/
nuo ueniens:ideo deſponſata fuit Ioſeph/non tñ in
concupiſcentia iuncta . Mater(inquit)eius.Mater i/
maculata/mater ĩcorrupta/mater intacta.Mater eius.
Cuius eius? Mater dei unigeniti dñi:regis oĩum:pla/
ſmatoris/& creatoris cunctoꝝ. Illius qui in excælſis
eſt ſine matre:& in terris eſt ſine patre . Ipſius qui in
coelis ſm deitatem in ſinu eſt patris : & in terris ſm
corporis ſuſceptionem in ſinu eſt matris.O magnæ
admirationis gr̃a.O inenarrabilis ſuauitas.O ineffa
bile magnumq; ſacr̃m.Ipſa eadẽq; uirgo:ipſa & ma
ter dñi/ipſa genitrix/ipſa eius ancilla : plaſmatio eius
ipſa quæ genuit . Quis unq̃ iſta audiuit? Quis uidit
talia? Et quis hoc excogitare potuit / ut mater uirgo
eſſet:& intacta generaret:quæ & uirgo permãſit / &
genuit? Sicut enim quõdam / rubus comburi uide/
batur:& ignis eum non tangebat:& ſicut tres pueri
in camino incluſi habebãtur:& tñ eos non ledebat
incẽdium:nec odor fumi erat in eis . Vel quẽadmo/
dum Danieli intra lacum leonum incluſo / clauſtris
nõ aptis:allatum eſt prãdium ab Abacuc:ita & hæc
ſancta uirgo genuit dñm:ſed intacta permanſit. Ma
ter effecta eſt:ſed uirginitatẽ non amiſit . Genuit in/
fantem:& (ut dcm̃ eſt)uirgo permanſit.Virgo ergo
genuit:& uirgo permanſit.Mater filii facta eſt:& ca/
ſtitatis ſigillum non pdidit.Quare? Quia nõ homo
iſte tñ qui uidebat : ſed unigenitus erat deus qui in
carne aduenerat.Nec ſubito carnaliter genitus eſt:ſed
perfecta deitas in corpore uenit.Integer ergo iſte / &
indiuiſus deus in humano aduenit / uel genitus eſt
corpore:quiq; dñs / & deus figuram ſerui ſuſcæpit.
Non enim pars unigeniti uenit in corpore:nec ſe ip/
ſe diuiſit/ut dimidius eſſet apud pr̃em / & dimidius
eſſet ĩ uirgine:ſed totus apud patrem:& totus in uir/
gine.Totus in ſinu patris/& totus in humano cor/
pore.Non relinquens ſupna/uenit quærere terrena:
quæ in coelis ſunt conſeruãs:& quæ in terra ſunt ſal/
uans.Vbiq; omnipotens/inſciſſus/indiuiſus:hic ſan
ctus unigenitus deus . Si enim hoc uerbum huma/
num/& corpale/imiſſum in auribus plurimoꝝ/non
diuiditur per ſingulos/ut pars in alio/& pars ſit iteꝝ
in alio:ſed in oĩbus integrum/& plenum habetur/ut
in uno quoq; totum ſit:quanto magis uerbum dei
unigenitus/ubiq; totus eſt : & in coelo & in terra : &
apud

apud patrem & in uirgine! Et non diuiditur (ut di/
ctum est) neq; scíditur: neq; in partes efficitur: sed to/
tum totus tenet/totú implet: totum illustrat/& pos/
sidet. Huius itaq; filii unigeniti dei dr̃ hæc mater uir
go Maria: digna/digni: imaculata/sancti: una/unius:
unica/unici. Nec enim alter unigenitus super terram
uenit: aut alia uirgo unigenitum genuit. In his om/
nibus quæ dicta sunt/desponsata legitur mater eius
Maria. Et ait. Inuēta est in utero hñs. Cui inuēta/aut
a quo inuēta est! Primo ab angelis custodientibus
eam/ptegētibus eam/cōseruātibus eam: uel eius bea/
tissimam aiam ad honorem illius/qui ab ipsa gene/
randus erat. De hinc inuenta/non incōgrue putatur
ab ipso beato Ioseph & sancto/& iusto: qui bene li/
cētia maritali licet non cōtigerit: futuræ tñ (ut puta/
batur) uxoris oia nouerat. Ioseph autem uir eius (in/
quit) cum esset homo iustus/& nollet eam traduce/
re. Virum eum appellauit/contra Iudæorꝝ prauita/
tem: ut aduersus uirginem non sæuirent. Propterea
& despōsata fuit/& ipsi Ioseph/ut supra dictum est.
Si enim non fuisset despōsata Ioseph: oium bonorꝝ
icredibiles/& inimici Iudæi/lapidibus eā occidissēt.
Ideo uirꝝ eius hic eum euāgelista appellauit. Ioseph
uir eius cum esset homo iustus. Iustus autem in uer/
bo/iustus in facto: iustus in lege/iustus in legis cōsu/
matiōe: iustus in initio gratiæ. Iustus itaq; cum fuis/
set/& nollet eam traducere: uoluit occulte dimittere
eam. Noluit eam traducere: noluit eam accipere: no/
luit eam male diffamare: sed uoluit eā occulte dimit/
tere. Occulte eam a se dimittere uolebat: sicut pius/si/
cut māsuetus/sicut misericors. Talis ergo cum esset
Ioseph: cogitabat eam occulte dimittere. Hæc (inqt)
illo cogitāte. Quærēdum est nobis núc quid cogi/
tauerit: ut occulte eam dimitteret: hæc cogitabat ut
eam dimitteret. Si suspitionem in eā habebat: qúo iu
stus erat! Si ergo nō est suspicatus/uel tale aliqd cogi
tauit: cur eā dimittere uolebat ut imaculatam & san/
ctam! Iniustum enim & hoc erat. Sed enim simpli/
cem sensum audi huius orationis. Ioseph iustus erat:
& illa uirgo imaculata erat. Sed ideo illam dimittere
uolebat: qm̃ uirtutem mysterii/& sacrm̃ quoddam
magnificum i eadem cognoscebat: cui approximare
sese indignum existimabat. Ergo humiliās se/añ tan/
tam & ineffabilem rem/quærebat se lōge facere: sicut
& beatus Petrus dño se humilians aiebat. Recede a
me dñe: quia homo peccator sum. Vel sicut ille Cē/
turio ad eúdem dñm mittens/dicebat. Non sum di/
gnus/ut intres sub tectum meum: quia nec meipm
dignum existimaui ad te uenire. Vel sicut sancta Eli/
sabet ad ipsam beatam locuta est Mariam/dicens. Et
uñ hoc mihi: ut ueniat mater dñi mei ad me! Sic &
Ioseph iuste se humilians: sese in oībus cauebat & ti/
mebat sibimet: istius tantæ sanctitatis cōiunctionem
adhibere. Iccirco uolebat eam occulte dimittere: di/
mittam eam dicēs: & a me lōge faciam eam: & a co/
gnitione mea. Maior est enim eius dignitas: supex/
cellit eius sanctitas: nec meæ cōgruit idignitati. Ideo

uolebat eam occulte dimittere. Hæc autem eo cogi/
tante: angelus dñi per uisum apparuit ei dicēs. Quid
dubitas Ioseph! Quare imprudēter cogitas! Quare
irrationabiliter meditaris! Deus est enim qui genera/
tur. Huius generationis minister es/& non largitor:
seruus & non dñs: mācipium es & non plasmator.
Propterea ministra/serua/custodi/fer curam: intēde
& huic qui nascitur: & huic quæ generat. Etenim si
tibi uxor noiatur: si despōsata tibi esse dicitur: nō tibi
tñ uxor est: sed dei unigeniti electa mater est. Propte/
rea Ioseph fili Dauid: qui has promissiones accepit:
cui ista fidelia data sunt testamēta. Ioseph fili Dauid:
nō tñ sm carnem: sed sm spm̃. Ioseph fili Dauid. Si
enim filius Dauid: iuste/& hæres eius tanq̃ filius pa/
tris. Ideo in hæreditatē accipe ea quæ illi ꝓmissa sunt
testamēta fidelia. Ioseph fili Dauid: ne timueris acci/
pere Mariam cōiugem tuam. Ne timueris/ne trepi/
daueris/ne conturbaueris: sed securus/& intrepidus
accipe eam sm legis præceptú uxorem tibi noiatam:
sed sm nuptiarꝝ cōsuetudinem/& coniūctionē lon/
ge alienam. Accipe ergo eā sicut cōmendatum coe/
lestem thesaurꝝ: ut deitatis diuitias: sicut plenissimam
sanctitatē: sicut ꝑfectam iustitiam. Accipe eam/sicut
unigeniti māsionem: sicut honorabile tēplum: sicut
domum dei: sicut creatoris oium ꝓpriā/sicut regis
sponsi coelestis domum imaculatā. Ita ergo Ioseph
fili Dauid/ne timueris accipere eā/tibi cōmēdatam:
tuæ religiositati creditam: serua/fer curam/attēde/fu/
giens ab Herode/duc in Aegyptum: iterꝝ remeans
post Herodis mortem/deduc in terram Israel. Ne ti/
mueris accipere Mariam cōiugem tuam. Cōiugem
audiens/nō expauescas/nec cōturberis: nec tu/ne qsq̃
sequētium usq; in cōsumationem sæculi. Cōiugem
eam dico ꝓpterea: ut diabolo uirginitatem eius oc/
cultem: & Iudæorꝝ prauitatē excludā/atq; deiiciam:
ut legis instituta nō destruam. Et in sequentibus de/
monstrabo ꝙ ista nec tua cōiunx sm cōsuetudinem
coniugii habeatur: nec iste qui generatur/tuus filius
esse credatur. Quod enim nascet ex ea de spiritu san/
cto est. Quia scilicet cooperator huius natiuitatis spi/
ritus sanctus est. Nam unigenitus filius/qui ante sæ/
cula ineffabiliter ex solo patre natus est: iā sæculi ap/
propinquante fine/ex uoluntate patris/in humano
corpore/sancto cooperante spiritu: inter hoies uenit.
Iste est de quo scriptura prænunciat/dicēs. Puer na/
tus est nobis: & filius datus est nobis. Patris etenim
unigenitus filius/ex uirgine generatus est: ut illā uir/
ginem priorem Euam/quæ ceciderat: iterꝝ renouaret
atq; erigeret. Et qui per prauam uoluntatē filii effecti
fuerant diaboli: per adoptionem gratiæ/filios effice/
ret dei. Pariet (inquit) filium: & uocabis nomē eius
Iesum. Virgo generat: & tu húc genitum/uocabis Ie/
sum: quod interꝑtatur saluator. Ipse enim saluum fa/
ciet populum suum a peccatis eorꝝ. Vocabis (inqt)
nomen eius: hoc quod ante fuit: quod ante sæcula
noiatum est. Non tu ei impones nomen: nec ex te ei
uocabulum constitues: sed noia & uoca exultando

Iesum/idest saluatorem. Saluatorem eum esse testatę:
nec ex tpe cępisse saluare:sed etiam antiqssimum sal/
uatorem. Ipse enim saluum faciet populum suum a
peccatis eoꝝ. Duo enim ꝑ hoc uerbú præclara desi/
gnantur:ꝙ & deus fuerit/& dñs prius ante incarna/
tionem christus:& quod populus eius/ab eo saluan
dus iam tunc annúciabatur. Et ideo dictum est: ipse
enim saluum faciet populum suum a peccatis eoꝝ:
ut uere deus. Dei enim uirtutis est/a peccatis salua/
re:uel peccata dimittere. Iste ergo filius dei hñs popu
lum suum:ipsum uenit(ut dcm̃ est)liberare a pecca/
tis/atq; saluaſ:siue ex Iudæis/siue ex gẽtibus:de quo
ipse iam per prophetam fuerat elocutus dicens. Dñs
dixit ad me/filius meus es tu:ego hodie genui te. Po
stula a me/& dabo tibi gentes hæreditatem tuam:&
possessionem tuam terminos terræ. Ipse saluabit po/
pulum suum a peccatis eoꝝ:sanguine uidelicet suo:
cunctos redimẽs morte sua/de mortis eos liberás po
testate. Ipse saluabit:hoc est saluator oium fidelium/
atq; credẽtium. Hoc aút totum factum est. Quid to/
tum? Hoc per unigeniti descẽsionem:hoc de ista dñi
incarnatione:hoc de angeli ad uirginem destinatio/
ne:hoc de ipsius uirginis despõsatione/uel castitate.
Hoc enim totú factum est:ad totius mundi salutem:
hoc totum factum est/ut unú cõpleretur/ut unum
cõsumaretur. Quid illud? Quod uirgo genuit: qd'
uirgo permásit:quod mater fuit/& intacta uirgo ꝑ/
seuerauit. Ecce uirgo in utero accipiet. Audite quod
dicit oẽs filiæ Euæ:audite oẽs uos/quæ hæreditatẽ
doloris/& tristitiæ post illam/& ex illius condẽna/
tione sumpsistis. Vos quæ ĩ tristitia generatis filios:
uel magis uos quæ concupiscentiam corruptibilem
non timuistis. Audite/& lætamini:audite/& cõsola/
mini:audite ꝙ uirgo in utero accipiet:non ex desy/
derio partum cõcipiens. Neq; serpentis persuasione
decepta est:neq; eius afflatibus uenenosis infecta est:
sed uirgo in utero accipiet:prædicationem angeli su/
scipiens: prophetaꝝ testimonia assumens. Virgo in
utero accipiet:ut deum dignãter icarnatum/ad mũ/
di pariat salutem. Ecce inqt. Hoc ipsum quod dixit/
ecce:admirantis est tanti mysterii magnitudinem:ut
oẽs uelut e sõno suscitans:ad hoc dcm̃ euigilent. Ec/
ce uirgo(dicit)in utero accipiet/& pariet filium: ad
colligádum illum fortem armatú:ad cõculcandum
serpentis impii caput:ad conterẽdas uires eius:ad ꝑ/
dam eius diripiendam/atq; captiuitatem populi sui
conuertẽdam. Pariet filium ad denuo reparandum
Adam:ad inobœdientiá Euæ/per Mariæ obœdien/
tiam excludẽdam:ad erigendú iacentium genus:qd'
per mulieris temerariá credulitatẽ fuerat deiectum.
Et uocabunt nomen eius Emanuel:quod est interꝓ/
tatum nobiscum deus. Vocant nomen prius angeli:
psallentes in eius generatione: sicut deum oium/&
regẽ pacis ad hoies uenietem. Deinde apostoli/uni/
geniti dei dñationem atq; uirtutẽ oibus gẽtibus ꝑdi
cantes. Adhuc & sancti martyres cõtra ignes/& gla/
dios/usq; ad mortem resistentes. Deinde cuncti cre/
dentes hoc ipsum nomen usq; ad cõsumationem sæ
culi memorantes/atq; laudantes. Et uocabút nomẽ
eius Emanuel:quod est iterꝓtatum nobiscum deus.
Qui uocabunt/nisi iusti:quoꝝ uocabit̃ in terra no/
men nouum:non sicut prius in figuris/& in imagi/
nibus:sed facie/ad faciẽ apparentem? Nobiscú deus.
Habrææ patri credẽtium tribus horis tp̃is: licet non
per ipsam ineffabilẽ deitatis substãtiam:sed potius ꝑ
angelicam spẽm a meridie uisus est:nobis triginta tri
bus annis in terra apparuit:& cum hoibus conuer/
sari dignatus est. Iacob ẽt breui tpe per angelum ni/
hilominus apparuit colluctás cum eo:quiq; se ab eo
supari permisit:ut hunc múdo corde merito bñdice/
ret:atq; Israel noiaret. Nobiscum deus. Amplius ma
gis pro nobis magnificum certamen adimplens:&
usq; ad mortẽ accedens:ut morte sua/mortem occi/
deret:& bñdictionem atq; imortalitatẽ/múdo cor/
de populo cõdonaret:q fiducialiter dicit/nobiscum
deus:per euágelistaꝝ/& apostoloꝝ prædicationem:
per sui sancti corporis/& sanguinis sacr̃m/per glo/
riose crucis signaculum. Per ista ergo oia nobiscum
deus:& ad nos atq; in nobis sicut ipse ait. Ecce ego
uobiscum sum omnibus diebus/usq; ad consuma/
tionem sæculi. Cui est gloria/& imperium in sæcu/
la sæculorum. Amen.

¶ In natiuitate domini.

¶ Initium sancti euangelii s̃m Ioánem. Cap. I.

IN PRINCIPIO Erat uerbum:& uerbum
erat apud deú:& deus erat uerbú. Et reliq. Homilia.

OX Spiritualis aquilæ auditú pul/
sat ecclesiæ. Exterior sensus transeun/
u tem accipiat sonitum:iterior aius ma/
nentem penetret intellectum. Vox al/
tiuidi uolatilis non aerẽ corporeum/
uel æthera/uel totius sensibilis múdi ambitum uoli/
tantis:sed oẽm theoriam/ultra oia quæ sunt/& quæ
nõ sunt/citiuolis intimæ theologiæ pẽnis superæq;
contẽplationis obtutibus tráscendẽtis. Dico autem
quæ sunt:quæ siue humanum siue angelicum non
oino excedunt sensum. Quæ uero nõ sunt:quæ ꝑse
cto oẽs intelligẽtiæ uires relinquunt:cum põt deum
sint/& eoꝝ numeꝝ quæ ab una oium causa condita
sunt non excedant. Supuolat itaq; beatus theologus
Ioánes/non solum quæ intelligi/ac dici possunt:ue/
rũetiam in ea quæ superant oẽm itellectum/& oẽm
significationem/supuehitur. Extra oia ineffabili mẽ/
tis uolatu/in archana unius principii exaltatur:incõ/
prehẽsibilemq; ipsius principii/& uerbi/hoc est pa/
tris & filii unitatem supessentialitatẽ: necnon & di/
stinctam supsubstãtialitatem pure dignoscens:euan/
gelium suum inchoat/dicens. In principio erat uer/
bum &c̃. O beate Ioánes non imerito uocitaris Ioá/
nes. Ioánes hebræum nomẽ est: cuius interpretatio
græce ω ἐχαρισατο:latine cui donatú est. Cui.n.
theologoꝝ donatum est:quod tibi donatú est? Ab/
dita uidelicet sũmi boni penetraſ mysteria:& ea quæ
tibi reuelata sunt/& declarata:humanis mentibus ac
sensibus

ſenſibus intimare. Dic quæſo/cui hæc tanta/ac talis
donata eſt gratia? Fortaſſis quis dicet: ſūmo uertici
apoſtoloꝝ. Petro dico. Qui dn̄o iterrogāti quem ſe
eē exiſtimaret/rn̄dit. Tu es chriſtus filiꝰ dei uiui. Sed
non temere (ut opinor) quis dixerit: plus in typo fi/
dei/& actionis/q̄ ſciæ & contēplationis Petrum talia
dixiſſe. Quare? Ea. ſ. rōne quia Petrus in forma actio/
nis/ac fidei ponitur: Ioānes aūt contēplationis atq;
ſciæ typum imitatur. Vnus ſiqdem recūbebat ſuper
pectus dn̄icum: quod eſt contēplationis ſacrm̄. Al/
ter ſæpe titubabat quaſi trepidæ actiōis ſymbolum.
Actio nāq; mandatoꝝ diuinoꝝ/priuſq̄ ueniat in ha/
bitum puritas aliqn̄ diſcernit ſpēs uirtutū: aliqn̄ falli/
tur eius iudicium/carnalium cogitationum nebulis
obūbratum. Intimæ uero theoriæ acies/poſtq̄ ſemel
ueritatis pſpexerit uultum: nequaq̄ repercutitur: nulla
caligine obcæcatur in ppetuum. Ambo tn̄ currūt ad
monumētum. Monumētum chriſti eſt diuina ſcri/
ptura: in qua diuinitatis/& hūanitatis eius deſigna/
te/litteræ ueluti in quadā muniūtur petra. Sed Ioan
nes pcucurrit citius Petro. Acutius nanq; atq; uelo/
cius intima diuinoꝝ apicum penetrat ſecreta uirtus
contēplationis penitus purificatæ: q̄ actionis adhuc
purificandæ. Verūtn̄ primus intrat Petrus in monu/
mentum: deinde Ioānes. Ac ſic ambo currūt/ambo
intrāt. Petrus ſiqdem fidei eſt ſymbolum: Ioānes ſi/
gnificat itellectum. Ac per hoc qm̄ ſcriptum eſt: niſi
credideritis/non itelligetis: neceſſario præcedit fides
in monumentū ſanctæ ſcripturæ: deinde ſequēs in/
trat intellectus: cui p fidem præpatur aditus. Petrus
quidem chriſtum deum hoiem iam factū in tpibus
cognoſcens/& dicens. Tu es chriſtus filius dei uiui:
altiſſime uolauit: ſed altius ille/qui eundem chriſtum
deum de deo/ante oīa tpa genitum intellexit dicens.
IN Principio erat uerbum. Nemo exiſtimet Petro
Ioānem præferre. Quis hoc fecerit? Quiſnā eſſet apo
ſtoloꝝ altior illo/qui eſt/& dr̄ uertex eoꝝ? Nō præ/
ferimus Petro Ioānem: ſed conferimus actioni con/
tēplationem: purgādo adhuc aīo/pfecte purgatum:
aſcēdēti adhuc uirtuti ad incōmutabilem habitum/
peruenientem iam uirtutem. Nō enim nunc conſyde
ramus apoſtolicaꝝ pſonaꝝ dignitatem: ſed inueſti/
gamus pulcherrimam diuinoꝝ myſterioꝝ differen/
tiam. Petrus itaq;/hoc eſt actio uirtutū: dei filium mi
rabili/& ineffabili modo carne circūſcriptum/per fi/
dei & bonæ actionis fundamētum cōſpicatur. Ioan
nes uero/hoc eſt altiſſima ueritatis contēplatio: dei
uerbum per ſe an̄ carnem abſolutum & ifinitum/in
pricipio ſuo/hoc eſt in pr̄e ſuo miratur. Petrus æter/
na ſimul ac tpalia/in chriſto unū facta: diuina reue/
latione introductus inſpicit. Ioānes uero ſola æterna
eius in notitiam fidelium aīaꝝ introducit. Spirituale
igitur petaſum citiuolum deiuidum/Ioannem dico
theologum/oēm uiſibilem & iuiſibilem creaturam
ſupat: oēm itellectum penetret: & deificatus. i. deum
intrat ſe deificantem. O beate Paule raptus es (ut tu
ipſe aſſeris) in tertium coelum/i paradiſum: ſed non
es raptus ſuper omne coelum/& paradiſum. Ioānes
omne coelum cōditum: oēmq; creaturam & paradi
ſum: hoc eſt oēm humanam angelicaq; naturā trāſ/
greditur. In tertium coelū o uas electionis/& magi/
ſter gētium: audiſti uerba/quæ nō licet homini loq.
Ioānes intimæ ueritatis inſpector: ultra omne coelū/
in paradiſo paradiſoꝝ/hoc eſt in cauſa oium: audiuit
unum uerbum: per quod facta ſunt oia. Et licuit ei/il
lud uerbum dicere/hoibuſq; prædicare: quātum ho/
minibus prædicari poteſt: ac fiducialiter clamat. In
principio erat uerbum. Nō ergo Ioānes erat homo:
ſed pluſq̄ homo: qm̄ & ſeipſum. & oia/quæ ſunt ſu/
perauit: & ineffabili ſapiæ uirtute/puriſſimoq; mētis
acumine ſubuectus in ea/quæ ſuper oia ſunt/ſecreta
uidelicet unius eſſentiæ/in tribus ſubſtātiis: & trium
ſubſtātiaꝝ in una eſſentia ingreſſus eſt. Non enim ali
ter potuit aſcēdere in deum/niſi prius fieret deus. Vt
enim radius oculoꝝ noſtroꝝ ſpecies reꝝ ſenſibiliū/
coloreſq; ſentire nō poteſt: priuſq̄ ſolaribus ſe radiis
imiſceat: unūq; in ipſis/& cum ipſis fiat. Ita aīus ſan/
ctoꝝ puram reꝝ ſpūalium/oēmq; itellectum ſupan/
tium cognitionem nō ſuffert accipere: niſi prius in/
compræhēſibilis ueritatis participationem dignus
efficiatur habere. Sanctus itaq; theologus in deū trāſ/
mutatus/ueritatis particeps: Deum uerbum ſubſiſte/
re in deo principio/hoc eſt deum filium/in deo pr̄e
denunciat. In principio (inquit) erat uerbum. In me/
re coelum aptum: hoc eſt ſūmæ ac ſanctæ trinitatis/
& ueritatis reuelatum mūdo myſterium. Aiaduerte
angelum diuinum ſup filium hois aſcēdentem: no/
bis uidelicet annūciantem ipſum eſſe ante oia in prin
cipio uerbum: ac mox deſcēdētem ſup eundē filium
hois/clamantēq;/& uerbum/caro factum eſt. Deſcen
dit euangelizans deum uerbum/hoiem factum ſup/
naturaliter inter oia ex uirgine. Aſcendit proclamans
idem uerbum ſupeſſentialiter genitum ante & ultra
oia. In principio (inquit) erat uerbum. Et notādum
q᷑ hoc in loco/non tpis/ſed ſubſtantiæ ſignificatio/
nem beatus Euāgeliſta inſinuat per hanc uocē/quæ
eſt/erat. Nam & poſitio eius. i. ſicut unum æqualiter
flectitur: duplicem cōtinet intellectū. Aliqn̄ quidem
ſubſtātiam cuiuſq; rei/de qua prædicatur/abſq; ullo
tpali motu ſignificat: ideo ſubſtātiuum uerbum uo/
citatur. Aliqn̄ tpales motus ſm̄ alioꝝ uerboꝝ ana/
logiam declarat. Tale eſt ergo quod ait. In principio
erat uerbum. Ac ſi aperte diceret in patre ſubſiſtit fi/
lius. Quis enim ſanus ſapiens dixit filium in pr̄e tē/
poraliū quā ſubſtitiſſe? Illic enim ſola cogitatur æter
nitas: ubi ſola intelligitur imutabilis ueritas. Et ne qs
exiſtimaret ita uerbū in principio ſubſiſtere/ut nulla
ſubſtantiaꝝ differentia intelligatur ineſſe: continuo
ſubiūxit. Et uerbum erat apud deum. Hoc eſt/& fi/
lius ſubſiſtit cum patre in unitate eſſentiæ/& ſubſtā/
tiali diſtinctiōe. Et iteꝝ ne in quēpiam ſerpet talis ue/
nenoſa cōtagio/uerbum uidelicet ſolūmodo in pa/
tre eſſe: & cum deo eſſe: non aūt ipſum uerbum ſub/
ſtātialiter/& coneſſentialiter patri deo ſubſiſtere (hic

enim error perfidos iuasit Arrianos)protinus adie/
cit.Et deus erat uerbum.Videns item q; non defutu
ri essent/qui dicerēt/nō de uno eodemq; uerbo euan
gelistam scripsisse.In principio erat uerbū.Sed aliud
uolunt uerbū in principio:aliud deus erat uerbum:
hæreticam opinionem destruens/consequēter sub/
nectit.Hoc erat in principio apud deum.Ac si dice/
ret.Hoc uerbum quod deus est apud deum:ipsum
est/& non aliud quod erat in principio.Sed signifi/
cantius ex græcorū exemplaribus potest intelligi.In
eis.n.λογοσ scribitur:quod nomen potest referri
ad utrūq; & uerbum uidelicet/& deum.Hæc quip/
pe duo noia & θεοσ & λογοσ.Deus & uerbum/
apud græcos masculini generis sunt.Ac per hoc ita
potest intelligi.Et deus erat uerbum:hic erat in prin/
cipio apud deum.Tanq̄ si luce clarius dixerit.Hic
deus uerbū apud deum ipse est de quo dixi.In prin/
cipio erat uerbum.Oia per ipsum facta sunt.Per ipm
deum uerbum:uel per ipsum uerbum deum oia fa/
cta sunt.Et quid est oia per ipsum facta sunt?nisi eo
nascēte ante oia ex patre:oia cum ipso/& per ipsum
facta sunt?Nā ipsius ex patre generatio/ipsa est cau/
sa:oium conditio:oiumq; quæ ex causis in genera
& species procedūt/operatio & effectus.Per genera/
tionem quippe dei uerbi/ex deo principio/facta sunt
oia.Audi diuinum/& ineffabile paradoxum/inefe/
rabile secretum/iuisibile profundum/incōpræhen/
sibile mysterium.Per nō factum sed genitum:oia fa
cta/sed non genita.Principium ex quo oia pater est:
Principium per qd' oia filius est.Patre loquente uer/
bum suum/hoc est/patre gignente sapiam suam:oia
fiunt.Propheta ait.Oia in sapia fecisti.Et alibi perso/
nam patris introducēs inquit.Eructauit cor meum.
Et quid eructauit cor suum?Ipse exponit.Verbū bo/
num dico:uerbum bonum loquor:filium bonum
gigno.Cor patris est sua propria substātia:de qua ge
nita est filii ꝓpria substātia.Præcedit pater uerbum/
nō natura/sed causa.Audi ipsum filium dicētem.Pa
ter maior me est.Substātia eius:substātiæ meæ causa
est.Præcedit(inquā)filium pr̄ causaliter:præcedit fi
lius omnia quæ p ipsum facta sunt naturaliter.Sub/
stantia filii/patri coæterna:substātia eorū quæ per ip/
sum facta sunt:inchoauit in ipso esse ante tpa sæcula/
ria:nō in tp̄e/sed cum tp̄ibus.Tempus siqdem inter
cætera quæ facta sunt/factum est:nō ante factum/nō
prælatum sed creatum.Et quæ est cōsequētia uerbi/
quod locutum est os altissimi?Nō enim in uanum
locutus est pater:nō infructuose/nō sine magno ef/
fectu.Nam & hoies iter seipsos loquētes/aliquid in
auribus audiētium efficiunt.Tria itaq; credere/& in/
telligere debemus.Loquentem patrem:pronuncia/
tum filium:& ea quæ efficiuntur per uerbum.Pater
loquitur:uerbum gignitur:oia efficiūtur.Audi pro/
phetam.Quoniā ipse dixit/& facta sunt:hoc est uer/
bum suum genuit:per quod facta sunt oia.Et ne for
te existimares/eorū quæ sunt/quædam per ipsum dei
uerbum facta esse:quædam uero extra ipsum/aut fa/
cta esse/existentia per semetipsa:ita ut nō omnia quæ
sunt/& quæ non sunt/ad unum principium referan
tur:cōclusionem totius prædictæ theologiæ subdi/
dit.Et sine ipso factum est nihil.Hoc est/extra ipsum/
nihil est factum:quia ipse ambit intra se oia/compræ
hendens oia.Et nihil ei coæternum/uel cōsubstātia/
le/intelligitur/uel coessentiale:præter suum p̄rem/&
suum spm̄ a patre per ipsum procedētem.Et hoc in
græco facilius datur itelligi.Vbi enim latini ponunt/
& sine ipso:ibi græci και χωρισ αυτου:hoc est ex/
tra ipm.Similiter dn̄s suis discipulis dicit.Extra me
nihil potestis facere.Qui per uos(inqt)extra me fie/
ri non potuistis:qd extra me facere potestis?Nam &
ibi nō αμφισ/sed χωρισ:hoc est non sine/sed ex/
tra græci scribunt.Facilius autē propterea dixi:quia
dum quis audit sine ipso:potest putare sine ipsius
consilio/uel adiutorio?Ac per hoc nō totum/nō oia
illi distribuit.Audiens uero extra/nihil oino relinqt/
quod in ipso/& per ipsum factum nō sit.Quod fa/
ctum est in illo uita erat.Postq̄ remotissima oi ratiōe
& intellectu/beatus Euāgelista diuina reuelauit my/
steria:deum uerbo uidet.In deo loquētem/& in am/
bobus intelligētia spiritus/diuinæ scripturæ cōtem/
platoribus relinquens.Vt enim qui loqtur/in uerbo
quod loquitur/necessario spm̄ perflat.Ita deus pater
simul & semel/& filius suum gignit:& spm̄ suum p
unigenitum suum ꝓducit.Et postq̄ per deum oia fa
cta esse:& nihil extra ipsum subsistere astruit:ueluti
ab altero primordio suæ theologiæ seriem direxit di
cens.Quod factū est in ipso uita erat.Prædixit enim/
oia per ipsum facta sunt:ac ueluti a quopiā interro/
gatus de his quæ per deum uerbū facta sunt:quō &
quæ in ipso erant quæ per ipsum facta sunt:r̄ndit/&
ait.Quod factum est in ipso uita erat.Quæ sn̄ia du/
pliciter pronūciatur.Potest enim subdistingui quod
factum est/ac deinde subiūgi/in ipso uita erat.Potest
etiam sic.Quod factum est in ipso:ac deinde subin/
ferri:uita erat.Ac per hoc in duabus pronūciationi/
bus/duos speculamur itellectus.Non enim ea theo/
ria est quæ dicit.Quod factum est:locis tp̄ibusq; di/
scretum:generibus formis/numerisq; districtum/sen
sibilibus/itelligibilibusq; substātiis/seu compactum/
seu segregatum/hoc totū in ipso uita erat:& ea quæ
declarat.Quod factum est in ipso/non aliud erat nisi
uita:ut sit sensus.Oia quæ p ipsum facta sunt:in ipso
uita sunt/& unum sunt.Erāt enim hoc est subsistunt
in ipso causaliter/priusq̄ sint in semetipsis effectiue.
Aliter enim sub ipso sunt/ea quæ p ipsum facta sunt.
Aliter in ipso sunt ea quæ ipse est.Oia itaq; quæ per
uerbum facta sunt:in ipso uiuūt incōmutabiliter/&
uita sunt:in quo neq; fuerūt oia/tp̄alib⁹/iteruallis/seu
localibus/nec futura sunt:sed solūmodo sup omnia
tpa/& loca/unum sunt:& uniuersaliter subsistunt/ui
sibilia/inuisibilia/corporalia incorporalia/rōnabilia
irrationabilia:& simpliciter coelum/& terra/abyssus/
& quæcunq; in eis sunt in ipso uiuūt/& uita sunt/&
essentialiter subsistunt/quæ nobis omni motu uitali

catere

carere uidentur/in uerbo uiuunt. Si quæris quō uel qua ratione oia quæ per uerbum facta sunt/in ipso uitaliter/& uniformiter/& causaliter subsistunt: accipe paradigma ex creaturarum natura/disce factorem ex his quæ in ipso/& p ipsum facta sunt. Inuisibilia.n. eius (ut ait Apostolus) per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciuntur. Conspicare quō oium rerum quas mūdi huius sensibilis globositas cōpræhēdit: causæ simul & uniformiter in isto sole/qui maximū mūdi lumen uocitatur/subsistunt. Inde namq; formæ oium corporum procedunt. Inde distātium colorum pulchritudo/& cætera quæ de sensibili natura pdicari possunt. Cōsydera multiplicem/& infinitam seminum uirtutem: quō numerositas hærbarum/fructicum/aialium/in singulis seminibus simul cōtinetur: quō ex his surgit pulchra & innumerabilis multiplicitas. Intuere oculis interioribus quō multiplices regulæ in arte artificis unum sunt: & in aio disponētis hæc uiuunt. Quomodo infinitus linearum numerus in uno pūcto unum subsistit. Et huiusmodi naturalia prospice exempla: ex quibus ueluti physicæ theoriæ pēnis ultra oia subuectus: diuina gratia adiutus/illuminatus poteris archana uerbi/mentis acie inspicere: & quātum datur hūanis argumētationibus deum suum uidere: quō oia quæ per uerbum facta sunt in ipso uiuunt/& uita sunt. In ipso (ut os loqtur diuinū) uiuimus/& mouemur/& sumus. Et (ut ait magnus Dionysius ariopagita) esse oium est superessentialis diuinitas. Et uita erat lux hominum. Dei filium/quem o beate Theologe prius uocasti uerbum: nūc uitam noias & lucem. Nec immerito mutasti appellationes: ut distātes nobis insinuares significationes. Verbum siqdem/dei filium noiasti: quia per ipsum locutus est pater oia: qm̄ ipse dixit/& facta sūt: lucem uero/& uitā/qm̄ idem filius lux est & uita omnium quæ per ipsum facta sunt. Et qd illuminat? Nō aliud nisi seipsum/& patrem suum. Lux itaq; est: & seipm illuminat: seipsum mūdo declarat: seipsum ignorantibus manifestat. Lux diuinæ cognitionis de mūdo recessit: dum homo deum deseruit. Dupliciter ergo lux æterna seipsam declarat: per scripturam uidelicet/& creaturam. Nō enim aliter in nobis diuina cognitio renouat: nisi p diuinæ scripturæ apices/& creaturæ species. Eloquia disce diuina/& in aio tuo eorum concipe itellectum: in quo cognosces uerbum. Sensu corporeo formas & pulchritudines rerum perspice sensibilium: & in eis intelliges dei uerbum. Et in his oibus nihil aliud ueritas tibi declarat/præter ipm qui fecit oia: extra quem nihil contēplaturus es: quia ipse est oia: & in oibus quæ sunt: quicqd est ipse est. Vt.n. nullum bonum substantiale: ita nulla essentia præter ipsum est/uel substātia. Et uita erat lux hoium. Quare addidit lux hoium? quasi specialiter & proprie lux hoium: qui est lux angelorum: lux uniuersitatis conditæ: lux totius uisibilis & inuisibilis existētiæ? An forte uerbum uiuificans oia/specialiter ac propie lux hominum dr: qa in hoie non solum hoibus/uenietiam angelis/omniq; creaturæ/diuinæ cognitionis participem fieri uolenti/seipsum declarauit? Non enim p angelum angelis/neq; per angelum/hoibus: sed per hoiem/& hoibus & angelis: nō in phantasia: sed in ipsa uera humanitate: quā totam sibi in unitate substantiæ suscæpit/apparuit: suāq; cognitionem oibus se cognoscētibus præstitit. Lux itaq; hoium est dn̄s meus Iesus christus: qui in humana natura oi rationali/& itellectuali creaturæ seipm manifestauit: suæq; diuinitatis qua pr̄i est æqualis/abdita reserauit mysteria. Et lux in tenebris lucet. Audi Apostolum. Fuistis aliqn̄ (inquit) tenebræ: nunc autem lux in dn̄o. Audi Hesaiam. Sedētibus in regione umbræ mortis: lux orta est. Lux in tenebris lucet. Totum genus humanum merito originalis peccati/i tenebris erat: nō exteriorum oculorum/quibus sensibilium formæ/coloresq; sentiūtur: sed in tenebris ignorātiæ ueritatis: in absentia lucis/quæ mūdum corporeū illuminat. Post cuius ortum exurgit lux/& in tenebris lucet: in cordibus uidelicet se cognoscentium. Quoniā uero totum genus humanum in duas: uidelicet partes diuiditur: in eos uidelicet/quorum corda cognitione ueritatis illuminata sunt: & in eos qui adhuc in obscurissimis impietatis atq; ifidelitatis tenebris pmanent: Euāgelista subiūxit. Et tenebræ eam nō cōpræhēderūt. Ac si euidēter diceret. Lux in tenebris aiarum fidelium lucet: & magis ac magis lucet/a fide ichoans/ad spēm trahēs. Impiorum uero corda/perfidia & ignorātia/lucem uerbi dei in carne fulgētis nō compræhēderunt: sapiētes se esse dicētes/stulti facti sunt. Obscuratum est enim (ut ait Apostolus) insipiēs cor eorum. Sed iste sensus moralis est. Physicæ uero theoricæ horum uerborum talis est sensus. Humana natura & si nō peccaret: suis ,ppriis uiribus lucere nō posset. Nō.n. naturaliter lux est: sed particeps lucis. Capax siqdem sapiæ est: non ipsa sapia: cuius participatione sapiens fieri potest. Sicut ergo aer iste per semetipsum nō lucet: sed tenebrarum uocabulo nūcupatur: capax tn̄ solaris luminis est. Ita natura nostra dum per seipsam cōsyderatur/quædam tenebrosa substātia est: capax & particeps lucis sapientiæ. Et quēadmodum præfactus aer/dum solarios radios participat: nō dicitur per se lucere: sed solis dicitur splēdor in eo apparere: ita ut & suam naturalem obscuritatem nō perdat: & lucem superuenientem in se recipiat. Ita rōnabilis nostræ naturæ pars dum præsentiam dei uerbi possidet nō per sensus intelligibiles deum suum/sed per insitum sibi diuinum lumē cognoscit. Audi ipsum uerbum. Non uos (inquit) estis qui loqmini: sed spiritus patris uestri/qui loqtur in uobis. Hac una snia uoluit nos docere idipm in cæteris itelligere: ac semp in aure cordis nr̄i ineffabili modo sonare. Non uos estis/qui lucetis: sed spūs pr̄is uestri/q lucet in uobis: hoc est/me i uobis lucere manifestat uobis: quia ego sum lux intelligibilis mūdi: hoc est rōnalis & itellectualis naturæ. Non uos estis qui intelligitis me: sed ego ipse in uobis/per spm̄ meum meipsum itelligo.

Quia uero non estis substátialis lux:sed participatio
præsentis luminis. Lux itaq; i tenebris lucet:quia dei
uerbum/uita/& lux hoium/in nostra natura / quæ p
se iuestigata & cósyderata / informis quædam tene/
brositas repitur/lucere non desinit. Nec eam quáuis
delinquentem/deserere uoluit:nec unq̃ deseruit/for/
mans eam per naturam custodiendo/formatáq; per
gratiam deificando. Et q̃m ipse lux ois creaturæ in/
cõphensibilis est:tenebræ eam nó comprænhende/
runt. Supat náq; deus oém sensum/& itellectum:&
solus habet imortalitatem:cuius lux per excellentiam
tenebræ noiatur:q̃m a nulla creatura/quid uel quale
sit/cóprænhenditur. Fuit homo missus a deo:cui no/
men Ioánes erat. Ecce aquilam de sublimissimo mõ/
tis uertice theologiæ:leni uolatu descédentem in ,p/
fundissimam uallem historiæ:de coelo in terram spi/
ritualis mundi pénas altissimæ contéplationis rela/
xantem. Diuina siqdem scriptura mundus quidam
intelligibilis:suis quattuor partibus/ueluti quattuor
elemétis cóstitutus:cuius terra in medio / imo instar
centri/historia:circa quam aquarq; similitudine/abys/
sus circúsunditur moralis intelligétia:quæ a græcis
ΗΘΙΚΗ:solet appellari. Circa quam & ethicam ueluti
duas præfati múdi inferiores partes/aer ille naturalis
sciæ circumuoluitur. Quam uero naturalem (dico):
sciam:græci ΦΥΣΙΚΗΝ uocát. Extra autem oia & ul/
tra/ethereus ille/igneusq; ardor empyrei coeli:hoc est
superæ contéplationis diuinæ naturæ/quam græci
ΘΕΟΛΟΓΗΣΙΝ noiant circúglobatur:ultra quam nul
lus egredit̃ itellectus. Magnus itaq; theologus (Ioá/
nem dico) in primordio euágelii sui/excellentissima
theologiæ cacumina tágens:coeliq; coelorq; spiritua/
lium secreta penetrás:ultra oém historiá/& ethicam/
& physicam ascendens:ad ea quæ paulo ante incar/
nationem uerbi dei facta sunt / ad historiam narran/
dam ueluti in quadam terrá suum intelligibile defle/
ctit uolatum:& ait. Fuit homo missus a deo. Ioánes/
Ioánem cósequéter in sua itroducit theologia. Abys/
sus abyssum inuocat : in uoce diuinorq; mysteriorq;.
Euágelista præcursoris narrat historiá. Ille cui dona/
tum est uerbum incarnatum præire / cómemoratur.
Fuit (inquit) Nó dixit simpliciter fuit missus a deo:
sed fuit hó: ut discerneret hoiem solius humanitatis
participé:q præcurrit ab hoie diuinitatem & huma/
nitaté coadunáteq uenit ut segregaret uocé tráseun/
tem a uerbo semp & incómutabiliter manente:ut i/
sinuaret matutinam stellam in ortu regni coelorq; ap/
parétem:& declararet solem iustitiæ superueniétem:
testem discernit ab eo / de quo testimonium phibet:
missum ab eo qui mittit lucernam lucubritem/a lu/
ce clarissima múdum implente/& totius generis hu/
mani tenebras mortis/& delictorq; demoliéte. Præ/
cursor itaq; dñi/homo fuit nó deus. Dñs autem/cu/
ius præcursor est:homo simul fuit & deus. Præcur/
sor homo fuit transiturus in deú/per gratiam quam
præcucurrit. Deus erat per naturam:accepturus ho/
minem per humilitaté/& nostræ salutis redéptioné/
per uoluntatem. Homo erat missus. A quo? A deo/
uerbo/quem præcurrit/missio eius quem præcursor
clamans præmittit uocem. Vox clamátis in deserto.
Nuncius præparat dñi aduentum. Cui nomen erat
Ioánes. Cui donatú est regi regum fieri præcursor:
incarnati uerbi manifestator:& spúalem foelicitatem
baptizaturus/æterni luminis uoce/& martyrio testa/
tur. Hic uenit in testimonium;ut testimoniú phiber/
ret/de christo uidelicet. Audi testimoniú. Ecce agnus
dei:ecce q tollit peccata múdi. Et iterq;. Qui post me
uenit/ante me factus est. Quod euidentius in græco
ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ ΜΟΥ legitur: hoc est corá me:ante có/
spectum meum factus est. Ac si aperte diceret. Qui in
ordine temporq; præ natiuitate mea natus est: in car/
ne ante conspectum meum: dum essem adhuc in ui/
sceribus matris meæ sterilis: ,pphetico uisu uidi illum
coram me cóceptum / & hoiem factú in utero uirgi/
nis. Nó erat ille lux:sed ut testimonium perhiberet de
lumine. A supioribus subaudi/ac sic intellige. Non
erat ille lux:sed missus est ut testimoniú perhiberet de
lumine. Præcursor luminis/nó erat lux. Quare ergo
lucerna ardens/astrumq; uocitatur matutinum? Lu/
cerna ardés erat:sed nó ,pprio igne incessus ardebat:
nó propria luce lucebat. Stella erat matutina / sed nó
a seipso proprium accæpit lumen:sed a gratia ipsius
quem præcurrebat:in eo ardebat/& splédebat. Non
erat ille lux:sed particeps luminis:suum nó erat / qd'
in se & per se fulgebat. Vt enim supius diximus:nul/
la seu rónalis/seu intellectualis creatura: per seipsam
substátialiter lux est / sed participatione unius ac ueri
luminis substátialis: quod ubiq;/oibusq; itelligibili/
ter lucet. Propterea subdit̃. Erat autem lux uera/quæ
illuminat oém hoiem ueniétem in hunc mundum.
Veram lucé dicit filium dei/per se subsistentem ante
oia sæcula genitum. Veram lucé dicit eúdem filium:
hoiem ex hoibus ,ppter homines factum. Ipse est lux
uera qui de seipso ait. Ego sum lux múdi: qui seqtur
me nó ambulat in tenebris:sed habebit lumen uitæ
æternæ. Erat lux uera quæ illuminat oém hoiem ue/
nientem in hunc múdum. Et quid est ueniétem? Et
quis est ois homo ueniés/& unde uenit in múdum:
& in quem múdum uenit? Si de his quæ de occultis
terræ finibus in húc múdum per generationem/lo/
cis/tpibusq; ueniút accæperis: qualis illuminatio est
in hac uita nascétibus/ut moriantur: crescentibus ut
corrúpantur:compositis ut soluátur:de quietudine
silentis naturæ/in ingétudine tumultuantis miseriæ
cadétis? Dic quæso qualis lux est spiritualis / & uera
procreatis in uita trásitoria & falsa? Núquid múdus
iste/alienatis a uero lumine/cóueniens habitatio est?
Nunqd nó regio umbræ mortis:& lachrymarq; ual/
lis:& ignorátiæ ,pfundum:& terrena habitatio hu/
manum aium aggrauás: & ex ueri luminis cótuitu/
interiores oculos eliminás non imerito dr̃? Non er/
go de his qui de occultis seminum causis in species
corporeas procedút/debemus intelligere: quæ illu/
minat oém hoiem ueniétem in hunc mundum: sed

de his qui spiritualiter ꝑ regenerationē gratiæ / quæ
datur in baptismate in mundum ueniunt inuisibi/
lem/qui natiuitatem quæ sm corruptibile corpus est
spernētes:natiuitatem quæ sm spiritum est/eligunt:
mundūq; qui deorsum est/calcantes / & in mūdum
qui de sursum est/ascendētes/umbras ignorantiæ/&
mortis deserētes:lucem sapientiæ/& uitæ / appeten/
tes:filii hominū eē desinētes/filii dei fieri inchoātes:
mūdum uitioꝝ præterponētes : & in semetipsis de/
struentes:mundum uirtutum añ oculos mentis sta/
tuentes/& in eum totis uiribus ascendere inhiantes.
Eos itaq; uera lux illuminat:q in mundū uirtutū ue/
niunt:nō eos qui in mūdum uitioꝝ ruunt. In mun/
do erat. In hoc loco mūdum appellat / nō solum ge/
neraliter sensibilem creaturam : uerūetiam specialiter
rationabilis naturæ quæ in hoīe est substantiam. In
his siquidem oībus(ut simpliciter dicam)in uniuer
sitate cōditum uerbum lux uera erat:idest subsistit/&
semp erat:quia nunq̄ in omnibus subsistere desistit.
Vt enim qui loquitur/dum loqui cessat : uox eius eē
desinit & euanescit : sic coelestis pater si uerbū suum
loqui cessauerit/effectus uerbi/hoc est uniuersitas cō/
dita non sustinet. Vniuersitatis namq; conditæ sub/
stitutio est & permansio / dei patris locutio : hoc est/
æterna & incōmutabilis sui uerbi generatio. Potest
etiam nō irrationabiliter de hoc mundo solūmodo
sensibili hæc sententia prædicari/quæ ait. In mundo
erat:& mundus per ipsum factus est. Ne forte quis
Manicheæ hæresis consors putaret : mundum cor/
poreis oculis succumbentem / a diabolo fuisse crea/
tum / & non a creatore omnium uisibilium & in/
uisibilium / Theologus subnectit. In mundo erat:
hoc est in mundo subsistit ille / qui continet omnia.
Et mundus per ipsum factus est. Non enim in alicu/
ius operibus / uniuersitatis conditor habitat : sed in
suis quæ fecit. Animaduertere debemus beatū Euan
gelistam quater mundum nominasse. Tres tamen
mundos oportet nos intelligere. Quorum primus
qui absolute solis inuisibilibus & spiritualibus uir/
tutum impletur substantiis. In quem quicunq; ue/
nerit / plenam ueræ lucis possidet participationem.
Secundus qui præfato ponitur ediuerso / quoniam
absolute ex uisibilibus & corporalibus construitur
naturis. Et quāuis uniuersitatis infimam obtineat
portionem/in eo tamen erat uerbum:& per uerbum
factus est. Et est primus gradus ad cognitionem ue/
ritatis ascendere per sensus uolentibus. Species nāq;
uisibilium/ratiocinantem attrahit animum. Tertius
mundus est / qui ratione medietatis / & superiorem
spiritualium/& inferiorem corporalium/in seipso co
pulat:& de duobus unum facit : & in homine solo
itelligitur:in quo omnis creatura adunatur. Corpo/
re enim cōstat & anima. Corpus de hoc mundo : &
aīam altero mūdo colligens:unum facit ornatum. Et
corpus quidem oēm corpoream : aīa uero oēm in/
corpoream possidet naturam. Quæ dum cōpagine
una cōglobantur:omne mundanum hois cōficiunt

ornamētum. Ideoq; homo dicitur oīs. Omnis nāq;
creatura in ipso / ueluti in officina quadam cōflatur.
Hic & ipse dn̄s prædicaturis discipulis præcepit præ/
dicare euāgelium oī creaturæ. Iste igitur mūdus/hoc
est homo creatorē suum nō cognouit:neq; per legis
scripturæ symbola : neq; per uisibilis creaturæ para/
digma deum suū uoluit cognoscere/carnalium cogi
tationū uinculis detētus. Et mūdus eum nō cogno/
uit. Nō cognouit deum uerbū:neq; in humanatione
eius:ꝑ se sola diuinitate nudū : neq; post inhumana/
tionē sola incarnatione uestitum. Inuisibilē ignora/
bat:uisibilem negabat. Noluit quærere / quærētem
se:noluit audire uocātem se/noluit colere deificātem
se:noluit recipere recipientem se. In ꝓpria uenit. In ea
uidelicet/quæ per ipm̄ facta sunt. Ac per hoc propria
ipsius nō imerito sunt. Et sui eum nō receperūt. Sui
sunt oēs homines quos uoluit redimere/& redemit.
Quotquot aūt receperunt eum/dedit eis potestatem
filios dei fieri:credētibus in noīe eius. Iam diuiditur
nō humanitas rationabilis mūdi/sed uolūtas. Segre/
gātur receptores incarnati uerbi/a respuētibus illud.
Fideles credūt aduētum uerbi : & libenter recipiunt
deum suū:impii negāt/& cōtumaciter renuūt: Iudæi
ꝑ inuidiam/pagani ꝑ ignorātiam. Recipiētibus de/
dit ptātem filios dei fieri:nō recipiētibus dat adhuc
spatium recipiēdi. A nullo.n.aufertur possibilitas cre
dēdi in filium dei : & possibilitas essendi filium dei.
Hoc.n.in arbitrio hois nec opōne grāæ cōstitutū est.
Quibus dedit ptātem filios dei fieri! Recipiētibus se:
uidelicet/& credētibus in noīe eius. Multi recipiunt
christum:sed nō credūt in noīe eius. Arriani recipiūt
eum:sed nō credūt in noīe eius:nō credūt unigenitū
dei filium/patri cōsubstantialem. ομοουσιον eum
negāt:hoc est patri coessentialem : & ενουσιον eum
affirmāt/hoc est alterius eēntiæ q̄ pater est. Ac ꝑ hoc
nō prodest eis christum accipere:dum conātur ueri/
tatē eius negare. Qui uero recipiūt christum/uerum
deum/& uerum hoiem : & hoc firmissime credunt:
eis possibilitas data est filios dei fieri. Qui non ex san
guinibus:neq; ex uoluntate carnis/neq; ex uolunta/
te uiri:sed ex deo nati sunt. Non ex sanguinibus (in/
quit)hoc est cum corporalibus procreatiōibus : qui
adoptionem filiorum dei merito fidei adipiscun/
tur/sed a deo patre per spiritum sanctum in cohære/
ditate christi/hoc est in confilietatem unigeniti dei/
filii nati sunt. Neq; ex uoluntate carnis/ neq; ex uo/
luntate uiri/sed ex deo nati sunt. Duplex introduci/
tur sexus/ex quo in carne nascentium carnaliter nu/
merositas propagatur. Carnis quidem nomine foe/
mineum/uiri uero masculinum Euangelista signifi/
cauit habitum. Et ne forte dicas / impossibile uidet
mortales fieri imortales:corruptibiles / corruptione
carere:puros homines filios dei esse : tēporales æter/
nitatem possidere:ex his quæ maiora sunt/accipe ar/
gumētum:quo rei de qua dubitas/fidē possis accō/
modare. Et uerbum/caro/factum est. Si itaq; quod
plus est/ꝓculdubio præcessit:cur incredibile uidetur

quod minus est posse cõsequi. Si filius dei factus est homo (quod nemo eorũ qui eum recipiũt ambigit) quid mirũ si homo credẽs in filium dei/ filius dei futurus sit? Ad hoc siquidẽ uerbum in carnem descẽdit: ut in ipsum caro/ id est homo credẽs: per carnem/ in uerbum ascendat: ut ꝑ naturalem filium unigenitum/ multi filii efficiantur adoptiui. Non propter se ipsum caro est factum/ sed ꝓpter nos: q non nisi per uerbi carnẽ potuissemus in dei filios trãsmutari. Solus descẽdit: cũ multis ascẽdit. De hoibus facit deos: qui de deo fecit hoiem. Et habitauit ĩ nobis. Hoc est naturam nr̃am possedit: ut suæ naturæ nos participes faceret. Et uidimus gloriam eius/ gloriam quasi unigeniti a patre. Vbi uidisti o beate Theologe gloriam icarnati uerbi? gloriã humanati filii dei. Quando uidisti? Qualibus oculis ꝑspexisti? Corporalibus (ut opinor) in mõte transformationis tpe. Tunc.n. tertius aderas testis diuinæ glorificationis: præsens eras (ut existimo) in Hierusalem: & audisti uocẽ p̃ris filium suum clarificantis/ dicẽdo. Clarificaui/ & amplius clarificabo. Audisti turmas ĩfantium ꝓclamãtium Osanna filio Dauid. Quid dicam de gloria resurrectiõis? Vidisti eum resurgẽtem a mortuis: dum ad te/ cæterosq; cõdiscipulos clausis intrauit ianuis. Vidisti gloriam eius ascẽdentis ad p̃rem: quõ ab angelis assumptis est in coelum. Et sup hæc oĩa/ altissimo mẽtis ituitu/ contẽplatus es illud dico uerbum: in principio suo apud p̃rem suum: ubi gloriam eius uidisti quasi unigeniti a patre. Plenum gr̃æ & ueritatis. Duplex huius intellectus est: potest.n. de humanitate ac diuinitate incarnati uerbi accipi: ita ut plenitudo gr̃æ referatur ad humanitatem: plenitudo uero ueritatis ad diuinitatẽ. Verbum qppe incarnatum dñs meus Iesus christus/ plenitudinem gr̃æ s̃m humanitatem accæpit: qm̃ caput ecclesiæ/ & primogenitus uniuersæ creaturæ/ hoc est totius uniuersaliter humanitatis quæ in ipso/ & per ipsum sanata & restaurata est. In ipso dico/ qm̃ maximum & principale exẽplum gratiæ: qua nullis præcedẽtibus meritis homo efficitur deus: ipse est & in ipso primordialiter manifestatum est. Per ipsum uero/ qm̃ nos oẽs de plenitudine eius accæpimus gratiam deificationis: per gr̃am fideificationis/ ꝑ gratiam fidei qua in ip̃m credimus/ & actionis/ qua eius mãdata custodimus. Potest ẽt plenitudo gratiæ christi/ de spiritu sancto ĩtelligi. Spiritus nanq; sanctus/ qm̃ distributor est/ & opator donationum gr̃æ: gratia solet appellari. Cuius spũs septiformis opatio humanitatem christi impleuit: & in eo requieuit: sicut ait propheta. Et requiescet sup eum spũs sapiæ/ & intellectus: spiritus consilii/ & fortitudinis: spiritus sciæ/ & pietatis: & replebit eum spũs timoris dñi. Si ergo de christo per se ipsum uis accipe quod dictum est plenum gr̃æ/ de plenitudine deificationis/ & sanctificationis s̃m humanitatem cognosce. Deificationis aũt dico/ qua homo & deus in unitatẽ unius substantiæ adunati sunt. Sanctificationis uero qua nõ solum de spũ sancto conceptus: uerũ etiam de plenitudine donationis eius repletus est: ac ueluti in sumitate mysticæ ecclesiæ candelabri: gr̃arũ lampades in ipso & de ipso fulsere. Si uero plenitudinẽ gratiæ/ & ueritatis incarnati uerbi/ de nouo testamẽto mauis intelligere: sic idem Euangelista paulo post uidetur sensisse. Ait.n. lex ꝑ Moysen data est: gr̃a aũt/ & ueritas per Iesum christum facta est: non incongrue ꝓnunciabis plenitudinẽ gr̃æ noui testamẽti ꝑ christum esse donatam: & legalium symbolorũ ueritatem in ipso eẽ: sicut ait Apostolus. In quo plenitudo diuinitatis corpaliter habitat. Plenitudinem diuinitatis mysticos legalium umbrarũ ĩtellectus appellãs/ quos christus in carne ueniens: in seipso corporaliter/ hoc est/ ueraciter habitasse: & docuit & manifestauit/ quoniam ipse est fons/ & plenitudo gratiarum/ ueritas symbolorum legalium: finis propheticarum uisionum. Cui est gloria/ & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶ In natiuitate domini s̃m Lucam. Cap̃. II.

IN ILLO Tp̃e. Exiit edictum a Cæsare Augusto/ ut describeret uniuersus orbis. Et reliq̃. Homilia.

d ICIT Aliquis o Euãgelista/ qd me iuuat ista narratio: quod prima descriptio uniuersi orbis sub Cæsare Augusto fuerit? Et inter oẽs etiã Ioseph cum Maria despõsata sibi/ atq; prægnante nomẽ retulerit: & incẽsum: ac priusq̃ descriptio cõpleretur ortus fuerit Iesus? Diligẽtius intuẽti/ sacrm quoddam uidetur significari: qa in totius ꝓfessione describi oportuerit christum: ut cum oĩbus scriptus/ sanctificaret oẽs. Et cum orbe relatus incẽsum/ cõionem sui præberet orbi: ut post hãc descriptionẽ/ describeret quosq; ex orbe secum in libro uiuẽtium: & quicunque credidissent in eum/ postea cum sanctis suis scriberentur in coelis. Sequitur de eo quod scriptum est/ angelum uenisse de coelo: & ortum domini nunciasse pastoribus. Natus est dominus meus Iesus: & Angelus descendit de coelo annuncians natiuitatem eius. Videamus itaq; quẽ quæsierit: ut eius annunciaret aduentum. Non uenit Hierosolymam: non quæsiuit scribas & pharisæos: non synagogam ingressus est Iudæorum: sed pastores repperit super greges suos uigilias excubantes: eisq; loquitur. Natus est uobis hodie Saluator qui est christus dominus. Putas ne nihil aliud diuinus scripturarum sermo significat? sed tamen hoc dicit ꝙ ad pastores uenerit Angelus: & eis locutus fuerit. Audite pastores ecclesiarum: pastores dei ꝙ semper Angelus eius descendit de coelo: & annunciet uobis: ꝙ natus est uobis saluator qui est christus dominus. Et enim pastores ecclesiarum/ nisi pastor ille uenerit: per se gregem seruare non poterũt. Infirma est eorũ custodia/ nisi christus cum eis pauerit/ atq; seruauerit. Dudum in Apostolo lectum est. Dei cooperatores sumus. Pastor bonus qui imitatur pastorẽ bonum/ cooperator est dei & domini mei Iesu christi/ & propterea pastor bonus est qui habet secum pastorem optimũ

cõpatientem

cōpatiētem sibi. Posuit enim deus in ecclesia apostolos & ꝓphetas/euāgelistas / pastores/doctores: oia in ꝑfectione scōꝝ. Et hæc qdem sint dicta simpliciter. Cæteꝝ si ad secretiorē oportet ascēdere itelligētiam. Dicam quosdā fuisse pastores angelos / q res humanas regerēt. Et cum his unusqsq; suā custodiam conseruaret: diebus & noctibus euigilās: iam laborē ferre nō posset: & hoc ageret industriæ/ut gētes quæ sibi fuerāt creditæ/gubernaret. Venisse angelū nato dño & annūciasse pastoribus: ꝙ uerus esset pastor exortus. Verbi gratia: ut ad exēplum ueniam. Erat qdam pastor Macedoniæ: hic necessarium habebat auxiliū dñi. Propterea apparuit in somnis uir Macedo paulo dicens. Transiens in Macedoniam adiuua nos. Quid de paulo loquar? cum hæc non paulo/sed ei q in paulo erat/locutus sit? Indigent itaq; pastores patientia christi. Quāobrem angelus descēdit de coelo: & ait: nolite timere. Ecce annūcio uobis gaudiū magnum. Vere gaudium magnum his quibus hoium fuerat prouinciarum cura cōmissa: christum uenisse in mundum. Multum utilitatis accepit angelus qui dispensabat ægyptias res/postq̄ dñs descendit de coelo: ut ægyptii christiani fierēt. Profuit cunctis qui diuersas obtinebant regiones. Verbi causa: Persidis & Macedoniæ/Achaiæ/reliquarumq; regionum. Neq; enim fas est credere malos angelos singulis præesse prouinciis: & bonos nō easdem prouincias/atq; regiones habere cōmissas. Hoc autē quod de singulis prouinciis dicitur: puto & de uniuersis hoibus generaliter debere credi. Vnicuiq; duo assistunt angeli: alter iustitiæ: alter iniquitatis. Si bonæ cogitationes in corde nostro fuerint: & in animo iustitia pullulauerit: haud dubium quin nobis loquatur angelus dñi. Si mala fuerint in corde nostro uersata: loquitur nobis angelus malus. Sicut igitur per singulos homines boni sunt angeli: sic opinor & in singulis dispares eē prouinciis: ut sint & boni/sint & mali. Verbi gratia. In Epheso propter eos qui in illa urbe peccatores erāt: pessimi angeli possidebāt. Rursumq; multi erant credētes in ea: erat & angelus ecclesiæ Ephesioꝝ utiq; bonus. Hoc autē ꝙ de Epheso dicimus: sup oibus ꝓuinciis cognoscēdum aduētum dñi Saluatoris/isti angelo poterant creditis sibi utilitatis afferre: & conatus eoꝝ seq nō ualebat effectus. Quod nam est signum quia paꝝ poterant ꝓdesse subiectis? Ausculta quod dicimus. Quādo angelus ægyptiorum/ægyptios adiuuabat/uix unus e proselytis credebat in deum. Et hoc faciebat ægypti angelo dispensante. Deniq; ꝙ plæriq; de ægyptiis & Idumæis ꝓselytis accedebāt ad fidem dei. Propterea scriptura dicit. Non abhominaueris ægyptum: qm̄ aduena eras in terra ægypti. Et Idumæum: qa frater tuus est. Filii si nati fuerint in generatione terrestri intrabūt ecclesiam dei. Atq; ita fiebat ut de omnibus gētibus nōnulli Proselyti fierent. Et hoc ipsum angelis qui gentes habebant subdit adnitentibus. Nunc aūt populi credentium accedūt ad fidem dñi mei Iesu christi: & angeli quibus creditæ fuerāt ecclesiæ / roborati præsentia saluatoris: multos adducūt Proselytos: ut congregētur in omni orbe domicilia christianoꝝ. Quæpropter cōsurgentes laudemus deum: & fiamus pro carnali israel: spiritualis israel. Bn̄dicamus omnipotēti deo opere/sermone/cogitatione. Sequitur de eo quod scriptū est. Et facta est multitudo coelestis exercitus. Dñs meus Iesus nascitur in Bethleem: & multitudo coelestis exercitus laudat dñm dicens. Gloria in excelsis deo: & super terra pax hoibus bonæ uolūtatis. Hæc aūt loquitur multitudo coelestis exercitus: quia defecerat iam præbere hoibus auxilium: & uidebat se opus quod sibi creditum fuerat implere nō posse/absq; eo q uere saluare poterat: & ꝑsules quosq; ipsos iuuaret: ut hoies saluarentur. Sicut ergo scriptū est in euāgelio ꝙ quidam mare remis sulcātes aduersum cōtrarios uentos iam fessi erant: & .xxv. siue .xxx. stadiis laborātes: portū tenere nō poterant. Et postea dñs supueniens quiescere fecit fluctus tumentes: nauēq; cuius hinc inde latera tundebantur: ab iminēti discrimine liberauit. Sic intellige qm̄ angeli uolebāt quidem hoibus auxilium præbere: & eis ab ægrotationibus suis tribuere sanitatē: qa oēs sunt apparitores spiritus in ministeriū missi propter eos qui hæreditatem accipiunt salutis. Et quātum in suis erat uiribus: hoies adiuuabant. Videbāt autem multo inferiorem suā eē medicinam q̄ illoꝝ cura poscebat. Porro ut de exēplo possis itelligere quæ dicimus. Videamus urbem in qua ægrotēt plurimi: & medicoꝝ frequēs adhibeat manus: sint diuersa uulnera: & quotidie emortuā carnem serpēs putredo penetret: & tn̄ medici qui ad curādum sunt adhibiti: nō quærūt ultra alia iuenire medicamina: & tn̄ oēs suam sciētiam magnitudine mali uincere. Cum hæc in tali statu se habeāt & sint: ueniat aliquis archiater qui habeat summam in arte notitiam: & illi qui prius sanare nō poterant: cernēs ad magistri manus putredines uulnerum aufugere: nō inuideant: nō liuore crucietur: sed in laudibus erumpat archiatri: & prædicēt deum q & sibi/& ægrotātibus talem scientiæ hoiem miserit. In hac ergo similitudine multitudo coelestis exercitus audita est. Gloria in altissimis deo: & in terra pax hoibus bonæ uoluntatis. Præstāte eodem anno nostro qui nobis natus est: Cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

❧ Dñica infra octa. natiuita. dñi. sm Lucam. Cap. II.

IN ILLO Tpe: Erāt Ioseph & Maria mr̄ Iesu mirātes sup his q̄ dicebātur de illo. Et reliq. Homilia.

c ONGREGEMVS In unum/ea quæ in ortu Iesu dicta / scriptaq; sunt de eo: & tunc scire poterimus singula quæq; digna esse miraculo. Quāobrem mirabatur & pater (sic enim appellatus est Ioseph/quia nutricius fuit) mirabatur & mater super oibus/quæ dicebātur de eo. Quænam sunt ergo quæ de paruulo Iesu fama disperserat? Pastores erant in regione illa: uigilantes/& obseruantes

uigilias noctis sup gregem suum. Venit Angelus sub
ipsa hora natiuitatis Iesu: & ait ad eos. Annuncio uo
bis gaudium magnum: ite/ & inuenietis infanté in/
uolutum in pannis: & positum in psepio. Necdum
Angelus uerba finierat: ecce multitudo coelestis exer
citus/ laudare/ & bñdicere cœpit dominum. Quum
hoc pastores trepidi perspexissent: & Angelus reces/
sisset ab eis: dixerunt ad inuicé. Eamus usq Bethleé:
& uideamus factum/ quod dominus ostédit nobis.
Venerunt/ & inuenerunt paruulum: tam illi/ q paré/
tes/ quæ facta fuerant mirabantur. Super hoc & de
Symeone scribitur/ q rumorem auxerit: & miraculi
uel magna pars fuerit. Tenuit enim puerum in ma/
nibus suis/ & ait. Nunc dimittis domine seruú tuum
in pace: quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Fasti/
gium & (ut ita dicam) culmen super his quæ iacta/
bantur de Iesu: & pater & mater illius mirabantur:
Sermo Symeóis fuit. Nó enim sufficit ei tenere par/
uulum/ & ea quæ de semetipso scripta sút prologui:
sed bñdixit patri illius/ & matri: & de ipso quoq pro
phetauit infante/ dicés. Ecce positus est hic in ruiná/
& in resurrectionem multorum in Israel: & in signum
cui contradicetur: & tuam quoq ipsius aiam ptran/
sibit gladius: ut reuelétur ex multis cordibus cogita/
tiones. Quid sibi uult hoc qd' ait: ecce positus est hic
in ruinam & resurrectionem multorum in Israel? Huic
qd simile in euágelio sm Ioánem scriptum reppi. In
iudicium ego in múdum istum ueni: ut q non uidét
uideant: & qui uidét/ cæci fiant. Quó ergo in mun/
dum uenit/ ut nó uidétes de nationibus uiderét: &
qui prius uidebát de Israel/ cæci fierét: sic uenit in rui
nam/ & resurrectioné multorum. In aduétu. n. dñi/ qui
prius steterant/ corruerút: & q ceciderant/ surrexerút.
Vna est hæc interptatio/ de eo qd dcm est: Ecce posi/
tus est i ruinam/ & in resurrectioné multorum in Israel.
Est aút & aliud qd itelligédum aduersus eos uel ma/
xime qui cótra conditoré latrant: & hinc inde de ue/
teri testaméto testimonia quæ non itelligunt cógre/
gantes: simplicium corda decipiunt. Aiunt. n. Ecce
deus legis/ & pphetarum/ uidete qualis sit. Ego (inqt)
occidam/ & uiuificabo: pcutiam/ & sanabo: & nó est
qui eruat de manibus meis. Audiút occidam: & non
audiunt uiuificabo. Audiunt pcutiam: & audire có/
ténunt/ & ego sanabo. Istiusmodi occasionibus crea
torem calúniantur. Igitur anteq interpter/ quem sen/
sum habeant ego iterficiam/ & uiuificabo: pcutiam/
& sanabo: opponam eis testimonium euangelii: di/
cáq aduersus hæreticos (Innumerabiles qppe hære
ses sunt) qui euágelium sm Lucam recipiút. Si pro/
pterea cruétus fortis tñ iudex: sed crudelis est condi/
tor: qa dicit. Ego iterficiam/ & uiuificabo: pcutiá/ &
sanabo: manifestissimú est/ & Iesum ipsius eé filium.
Eadé siqdé de eo scripta sunt. Ecce positus est hic in
ruiná & in resurrectioné multorum in Israel. Nó in re/
surrectioné tñ: sed & in ruiná. Si malum est iterfice/
re: malum sit & in ruinam uenire. Quid rñdebunt?
Verum ne recedent a cultu eius: an quærent aliquam i/
terptationem: & ad tropologias confugiét: ut quod
in ruinam uenerit: benignitatem magis sonet q au/
steritatem? Et qúo iustum erit qñ quid in euangelio
repitur tale: ad allegorias/ & nouas intelligétias con/
fugere: quando uero in ueteri testamento: statim ac/
cusare: & nullam explanationem quáuis probabilis
sit/ recipe? Sed & hoc quod seqtur. In iudicium ego
ueni in múdum istum: ut nó uidétes uideant: & qui
uidét cæci fiant. Quáuis quærant ut edisserant im/
plere non poterút. Ego uero qui opto esse ecclesiasti/
cus/ & non ab Hæresiarcha aliquo: sed a christi uo/
cabulo nuncupari: & habere nomé quod bñdicetur
super terram: & cupio tam ope q sensu/ & esse & dici
christianus: æqualé & in ueteri/ & noua lege/ quæro
rónem. Loqtur deus/ ego iterficiam. Libéter ab eo i/
terficiar. Quádo uero uetus in me hó est: & uiuo ad/
huc quasi hó: cupio ut occidat in me deus ueteré ho
miné: & uiuificet me ex mortuis. Primus. n. (ait) hó
de terra terrenus: secúdus hó de coelo/ coelestis. Sicut
portauimus imaginé terreni: portemus & imaginé
coelestis. Scdm húc sensum itelligitur & illud. In iudi
ciú ego ueni in múdum istú: ut q non uidét uideant:
& qui uidét cæci fiant. Hémus in nobis oés & aspe
ctum/ & cæcitaté. Adá uidebat/ & non uidebat: Eua
quoq anq apirentur oculi eius/ uidisse describit. Vi/
dit (inquit) mulier lignú qa bonú erat ad comeden/
dum: & optimú oculis ad uidédum: & tollés de fru
ctu ligni/ comedit/ & dedit uiro suo/ & comederunt.
Igit non erát cæci/ sed uiderunt. Deide seqtur. Et apti
sunt oculi eorum. Ergo cæci fuerát/ & nó uidebát: quo/
rum oculi postea sunt apti. Sed q bñ ante uiderant:
postq mádatum dñi transgressi sunt/ cæperút uidere
male: & aspectum obœdiétiæ/ subripiéte delicto/ po
stea pdiderunt. Ego sic itelligo & illud qd' dicit dñs.
Quis fecit mutú/ & surdum: uidétem & cæcú? Nóne
ego dñs deus? Et oculus corporis cum quo terrena
ista conspicimus: oculus sm sensum carnis. De quo
oculo ait scriptura. Frustra incedés & inflatus sensu
carnis. Cui hémus aliú cótrarium & melioré diuina
sapiétem: qa q cæcus in nobis erat/ uenit Iesus ut face
ret eú uidere: ut q nó uidebát uiderét: & qui uidebát
cæci fierét. Iuxta húc ergo sensum/ & hoc qd' núc in
manibus hémus intelligédú est. Ecce iste positus est
in ruinam/ & in resurrectionem multorum in Israel. Ha
beo aliqd in me/ quod male stat: & peccati supbia se
erigit: Hoc cadat: hoc subruatur. Quod si ceciderit:
id qd' ante corruerat/ surgés stabit. Interior hó meus
quódam iacebat elisus: & exterior stabat erectus. Ant
q crederé in Iesum/ bonú in me iacebat: malú stabat:
Postq ille uenit: túc qd' in me malú fuerat/ corruit. Et
expletum est. Semp mortificationé Iesu i corpe uro
circúferentes. Et illud. Mortificate mébra ura q sunt
sup terrá: fornicationé/ imúditiá/ luxuriá: idolatriam
ueneficia & c. Horum oium utilis ruina facta est. Et de
hac ruina dicitur. Vbicúq fuerit cadauer: illic cógre/
gabútur aqlæ. Cadauer qppe a casu nomé accæpit.
Bona est hæc ruina ad quá primum uenit Iesus: nec

peccatorum. Vnde in leproso isto/qui descendẽti domino de monte ut curaretur/occurrit:omnium peccatorum/uel totius humani generis figura monstrata est. Quia peccato Adæ oẽs quasi lepra quadam aspersi/inquinati tenebamur. Sed postq̃ dñs/ac Saluator noster de sumitate coelorum/uelut de altitudine montis/salutis nostræ causa descẽdit: accepta remissione peccati/curã sanitatis æternæ percepimus. Vnde non imerito huiusmodi homo octaua die in castra redire præceptum est:ut ostenderetur quia per dñicam resurrectionem/quæ octaui diei est/emũdatione facta peccati:essemus castris coelestibus repræsentandi/a dño/ac saluatore nostro. Sequitur. Post hæc (inquit) cum itroiisset Capharnaum:accessit ad eum quidam Centurio/rogãs eum/& dicens. Puer meus iacet in domo paralyticus/& male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego ueniam/& curabo illum. Respõdens Centurio ait illi. Dñe non sum dignus/ut intres sub tectum meum:sed tãtum dic uerbo:& sanabitur puer meus &c̃. quæ sequuntur in ipsa lectione. Quã gloriosa fides in Centurione/& admirãda deuotio: quæ sine ulla legis instructione/tam perfecta fide dei filio credidit. Rogat Cẽturio dominum ut puerum ipsius paralyticum curare dignaretur. Dñs usq; ad locum in quo paralyticus iacebat/ire disponit. Sed Centurio fide plenus/& humilitatis suæ admodum conscius: indignum se in tanta dignatione domini profitetur. Et tantum diuinæ dignationis onus excusat. Sic enim ait. Non sum dignus/ut intres sub tectum meum:sed dic tãtum uerbo: & sanabitur puer meus. Plenissimæ fidei/ac perfectæ cognitionis ista confessio est:ita filii dei omnipotẽtiam confiteri: ut totum illi esse possibile credat. Vnde Cẽturio iste dominum/ac Saluatorem nostrum licet sm corpus hominem uideret: deum tamen eum esse uisu mentis/ac fidei/agnoscebat. Deniq; ita ait. Dic (inquit) tm̃ uerbo: & sanabitur puer meus: Quia credebat eum per uirtutem diuinæ naturæ ubiq; esse præsentem: & solũmodo/si uelit/uerbo omnia posse curare:cognoscens ipsum esse:de quo scriptum erat: Misit uerbum suum:& sanauit eos. Et iterum. Nõ μαλαγμα curabat eos: sed tuus domine sermo qui sanat omnia. Quod licet scriptum/Centurio legis adhuc nescius ignoraret:id tñ credẽdo fide cõfessus est. Vñ nõ imerito etiam exemplum terrenæ huius potestatis necessarie attulit dicẽdo. Nam & ego homo sum sub potestate cõstitutus:habẽs sub me milites. Et dico huic uade/& uadit:& alio dico ueni/& uenit: & seruo meo fac hoc/& facit. Per quod/& dominum eum/& principem coelestis militiæ: & uniuersa potestati eius subiecta esse/ita credendo cõfessus est. Credebat enim esse ipsum/cui angeli & archangeli/atq; omnes uirtutes coelorũ subiectæ sunt seruitutis obsequio. Per huiusmodi itaq; fidem/Centurio & impetrare uoluit/quod postulauit: & testimonio diuinæ laudis dignus effectus est/ut Israelitis omnibus præferretur. Sic enim de eo dñs testatus est/dicens. Amen dico uobis: nunq̃ tãtam fidem iueni in israel. In nullo reuera. Supius.n. leproso mũdato/sacerdotes legis/dñm tãtæ maiestatis agnoscere noluerunt. Cẽturio homo gẽtilis/nõ per legem eruditus/nõ per pphetas instructus: filium dei anteq̃ puer suus sanaretur/agnouit: & sacerdotes quidem in leproso/cognito diuinæ uirtutis ope credere noluerũt. Sed Cẽturio tota fide credẽs:non tm̃ sibi/sed & domui suæ salutem quæsiuit æternã. Quantũ ergo præstet unicuiq; apud deum deuotæ fidei religiosa confessio:ex hoc ipo cognoscimus: qa non sibi tãtum/sed & suis prodest. Cẽturio credit:& puer ipsius sanitatem cõsequitur. Hæc igitur sm historiam lr̃æ diximus: nũc quid in eadem opatione/sub spirituali itelligentia sentiendum sit/debemus aduertere. In Centurione isto q plena fide dei filio credidit:eorum sanctorum qui sine lege litteræ dño placuerũt: figura monstrata est: in puero uero Cẽturionis/qui paralyticus in domo iacebat/populi gẽtium typus ostẽsus est: qui grauibus delictis oppressus:in domo mũdi istius/animo & corpore dissolutus iacebat. Pro hoc igitur ueniẽs dñs sanctorum præcibus exoratur:ut ad salutem gẽtium curam uerbi diuini cõcederet:quo liberati homines de tali ualitudine peccatorum:perfectam sanitatem fidei/ac salutis acciperẽt. Vnde & in eo quod dixit/nõ sum dignus/ut sub tectum meum intres:sed dic tm̃ uerbo:& sanabitur puer meus. Domũ suam/mundum istum significare cognoscitur: sacrilegiis gentium/& superstitionibus idolorum/atq; omnibus peccatis pollutum:quem indignum dño esse testatur. Deniq; licet ad mundum istum/ubi habitatio gentium erat/dominus descenderit: a uitiis tamen/uel a peccatis mundi prorsus alienus repertus est. Et licet ad dandam salutem gentium in hunc mundum uenisset:nõ tamen in templis idolorum/sed in templo dei/quod pro tempore ædificatum Hierosolymis fuerat/dominus præcepta uitæ populo gẽtium profutura tradebat. Et ideo dicitur a Cẽturione. Nõ sum dignus ut intres sub tectum meum:ut pollutam gẽtium habitationem indignam adhuc dei filio demonstraret:sed addidit. Dic tm̃ uerbo: & sanabitur puer meus. In quo id significasse cognoscitur: quia nõ ante passionem suam dñs uerbum diuinæ prædicationis ad salutem gẽtium per Apostolos destinaret. Vnde illud Pauli dictum est ad Iudæos. Vobis oportuit primum annunciari uerbum dei: sed quia indignos uos iudicastis uitæ æternæ: ecce conuertimus nos ad nationem. Sic enim mãdauit nobis dominus. Quapropter & dominus cum laudata fide Cẽturionis/hanc ipsam futuram spem gẽtium protestatus est dicẽdo. Amen dico uobis: qm̃ multi ab oriẽte/& occidẽte uenient:& recũbent cũ Habraã/& Isaac/& Iacob in regno coelorũ. Filii autẽ regni huius expellũtur in tenebras exteriores. Quo dicto:manifeste declarauit:reprobato infideli populo iudæorũ nobilẽ cõgregationẽ ecclesiæ ex uniuersis gẽtibus futuram/quæ fide/& deuotione sua/digna cõuiuio san/

ctorum in regnis coelestibus haberetur. Per aduen/
tum domini/& saluatoris nostri Iesu christi. Cui est
gloria/& imperium in saecula saeculorum. Amen.

¶ Itẽ alia homilia Origenis sup euãgeliũ hodiernũ.

d OCENTE In monte dño: discipuli ue/
niunt ad eum/sicut alacres: sicut domestici/
sicut ꝓximi: sicut amici uel fratres. Ideo ait
& dñs ad eos. Vos estis sal terrae: & uos estis lux mũ/
di. Nunc uero descẽdente eo de mõte: turbae secutae
sunt eum: quae in mõtem ascẽdere non potuerũt/ut
pigri populi/ut negligẽtes: ut ip̃fecti. Ita & filii Israel
primitus in montẽ ascẽdere non ualuerũt: ad obuiã/
dum deo pgere non potuerunt/propter suam ireli/
giositatem/& impietatẽ: sed solus Moyses ascẽdit/&
pauci cum eo senioꝝ Israel. Ita & cum dño/discipuli
soli in mõtem ascẽderunt: & tardiores deorsum ste/
terunt. Sic & modo uigilantes/& alacres/& fidelis
aiae deum timẽtes/& dñm diligentes: regna coelestia
desyderãtes: dñm semp sequẽtes/post dñm in illum
coelestẽ montem ascẽdunt audientes Apostolum di
cẽtem. Quae sursum sunt quaerite: quae sursum sunt
sapite: ubi christus est in dextera dei sedẽs. Descẽden/
te nunc dño: hoc est/inclinãte se ad infirmitatem: &
impotẽtiam caeteroꝝ: misertus imp̃fectioni eoꝝ/uel
infirmitati: secutae sunt eum turbae multae. Aliquãti
propter charitatẽ: aliquãti ꝓpter doctrinam: aliquãti
propter admirationẽ/& curationẽ. Et ecce homo le/
prosus unus ex illis qui curam quaerebãt/qui leua/
men desyderabant. Ecce leprosus ueniens adorabat
eum/dicens. Dñe si uis/potes me mũdare. Deorsum
currens rogas o homo: & in mõte nihil dicis? Qua/
re sic? Quia tempus/& opera/oi rei sub coelo. Tem/
pus doctriae: tp̃s curatiõis. In mõte docuit: illumia/
uit/monuit aias curauit/corda sanauit. Propterea er
go ego illa maiora tẽtare nolui: illa sũma tardare pas/
sus sum. Ipsis ergo ab illo cõpletis: deorsum eo de
monte ad curãdum descẽdente/sicuti de coelo/sicu/
ti de coelestibus mõtibus ad saluãdos carnales descẽ
dente: uenit ad eũ homo leprosus/adorãs eum. An/
teq̃ peteret/adorare caepit: anteq̃ rogaret/culturã oñ/
dit. Adorauit eũ. Pro hoc autẽ ipso/deũ/& dñm eũ
inuocans: adorabat eum. Sic & illi beati Magi prius
procidẽtes adorauerũt eum: & ita demum ei mune/
ra obtulerunt. Eodẽ modo/& nunc iste cadẽs ado/
rabat: & sic supplicem obtulit postulationẽ dicens.
Dñe tu qui digne adoraris: qui merito coleris: te ego
ut dñm adoro: ideoq; te dñm dico. Opa prius con/
testãs: & sic uerba loquẽs. Per te enim oia facta sunt.
Tu ergo dñe si uis/potes me mũdare. Voluntas tua
opus est: ideo si uis potes me mundare. Voluisti ut
haec imundissima lepra super me ueniret: siue ꝓpter
mea peccata/ut correptus poenituissem: siue propter
tuam prudẽtiam: ut mirabiliter me mũdans magni/
ficeris. Oia dispẽsanter & prudenter facis: & salutem
largiter tribuis. Siue ergo hanc lepram propter mea
peccata portaui: dimittens culpas meas/munda me:
siue propter prudẽtiam tuam/me mirabiliter mun/
da: ut ab omnibus magnificeris. Dñe si uis potes me
mundare. Voluntas tua opus est: quia & opera uo/
luntati tuae oboediunt. Ideo si uis/potes me mũda/
re. Non dubito: non fallor: non dico sicut ille qui fi/
lii salutem depraecabatur: si quid potes/adiuua nos.
Sed scio quia omnia potes: ideoq; non potentiam
peto: non fortitudinem quaero: has enim scio inde/
ficientes: sed tñ uolũtatem tuam dep̃cor: & sequens
uirtus statim hanc grãm adimplebit. Dñe si uis/po/
tes me mundare. Mihi ad bñficium: tibi ad laudem:
uidentibus ad miraculũ/& proficiendi doctrinam.
Dñe si uis potes me mũdare. Tu prius Naamã prin
cipem Syriae per Eliseum in Iordane tingens lepra
mundasti: tu & modo si uis/potes me mũdare. Cui
respondens dominus ait. Confiteris quia ego pos/
sum: profiteris quia si ego uolo/fit: ideo uolo: mũ/
dare. Voluntatem p̃caris: potentiam confiteris: uo/
lo/mundare. Magnifice credis: magnifice & mun/
daberis. Plenissime cõfiteris: plenissime laetificabe/
ris: uolo/mũdare. Non dubitasti credere: nõ tardo sa
nare. Non distulisti cõfessionem: non differã te mũ/
dare: Volo/mundare. Vt & magnã grãm tibi ostẽ/
dam: manũ ad te porrigam. Extẽdens itaq; manum
Iesus: tetigit eum dicens. Volo/mũdare. Et quare te/
tigit eum dñs: cum lex ꝓhibuisset leprosum nõ tan/
gere? Propter hoc tetigit/ut oñderet quia oia munda
mundis: quia alioꝝ albis non adhaerent inquinamẽ/
ta: quia extranea imundicies imaculatos nõ incoin/
quinat. Sed adhuc ꝓpter quid tetigit? Vt humilitatẽ
demonstraret: ut nos doceret nullum spernere: nul/
lum horrere: nullum contẽptibilem ducere propter
corporis laesionem/aut maculationẽ: quae a dño i/
mittuntur: pro qua ipse scit rõne. Extẽdens ergo ma/
num Iesus: tetigit eum. Medicus (ait) sum coelestis:
corpora cum ais curare possum: ꝓpterea oẽs tango:
non ut infirmitas mihi adhaereat: sed ideo ut ab his
qui eam hñt/expellam. Sol enim sum incorruptibi/
lis (ait) & luna iustitiae: ideoq; omnibus appropio:
& oẽs meis splendoribus ad salutem irradio. Ipse ue
ro (sicut fui) permaneo in singulari meae sanctitatis
pulchritudine. Et extendens manum/tetigit eũ. Non
sperno legem: sed curo uulnus: non destruo mãda/
tum: sed fugo/atq; mũdo lepram. Ideoq; quum ex/
tendo manum: mox effugit haec cõtaminatio: meae
uirtuti proximare/uel resistere meae potentiae non
poterit. Dico/mundare: & manum ad tangendũ ex/
tendens: effugit illico lepra: & inuẽta est manus dñi
non lepram/sed mundum tetigisse corpus. Consy/
deremus & nos fratres carissimi: ut nullus peccati le/
pram in sua habeat anima: ut nullus contaminatio/
nes delictorum in suo retineat corde. Et si habet: in/
stanter adorans dominum/dicat ad eum. Domine
si uis/potes me mundare. Tu illum prius multa
delicta committentem mundasti Manassen: tu aliis
innumerabilibus a saeculo peccantibus: misertus es:
tu ergo si uis/potes me mundare. Et dominus mox
misericordiae porrigens manum/dicit: uolo/mũda/

re. Et Iesus ait illi mundato a lepra: huic cui misertus est: huic credenti domino: qui confessus est in uirtute eius: huic ergo dixit Iesus. Credidisti/ sanus es: sperasti/ mundus factus es. Noli obliuisci qualis fueris: & qualis factus es. Non cesses gratias agere: non taceas confiteri. Hoc & nos facere debemus carissimi: quando a dño nostro de aliquo periculo liberamur: quando ab aliquo dolore saluamur/ siue infirmitatis/ siue uulneris: siue de qualibet necessitate. Nõ efficiamur ingrati: non relinquamus redemptorem nostrum: sed alacriter gratiarum actiones ei reddamus. Sed & munera sm̃ substantiam nostram ad honorificandum eum exhibeamus. Hoc enim & illi mandauit dominus. Vade/ ait ad sacerdotem: & offer munus tuum. Dixit ergo ei iesus. Vide nemini dixeris. Et quare o dulcissime domine nunc dicis nemini dixeris? Propter meam (ait) humilitatem: propter meam dulcedinem: ut & uos doceamini/ quando aliquid boni facitis/ nõ gloriari: non extolli: non inaniter placere uelle in conspectu hominum: sicut consuetudo est aliquantis: siue quum boni aliquid fecerint: siue quum ieiunauerint: siue in pauperum eleemosynis & largitatibus: siue in altaris honore: siue in sanctorum honorificentia. Etenim ipsi ante homines uolunt gloriari/ & sibi placere: ante dominum mercedẽ perdentes. Vide nemini dixeris. Te enim tacente/ hoc mirabiliter clamabit: te os non aperiente/ omnis cordis substantia iubilabit. Hesterno die imundus hodie mundus. Ante pusillum horribilis: & nũc decorus. Vide ergo nemini dixeris: sed uade oñde te sacerdoti. Ambulãtem te ad tẽplum/ uidẽtes mirabũtur: & sacerdos uidẽs expauescet: qm̃ sm̃ legem semel & bis ab eo ablutus: & oñdens teipm̃/ mũdari nõ potuisti: Vade ergo ostẽde te sacerdoti: & uidẽs cognoscat/ qa nõ per legis cõsuetudinem mũdatus es: sed p̃ gratiæ opationem: Nõ per terrenorꝫ sacerdotũ imaginem: sed p̃ coeleste sũmi sacerdotis splẽdorem. Vade oñde te sacerdoti. Sacerdoti te oñde: a sũmo sacerdote dei patris mũdatus: sed nõ uidearis in cõspectu dñi inanis. Nõ uidearis sacerdoti manu uacua ad eũ uenire: nõ uenies in cõspectu sancti templi ĩfructuosus: sed offeres munus tuum. Ad illũ enim tunc hoc dictum/ nos admonet oẽs: ad illum loquens/ nobis omnibus dicit: ut & nos dona/ & munera nostra nõ teneamus: apud nos/ sed reddamus deo: maxime cũ de aliqua liberamur tribulatione. Offers (inqt) munus tuum. Quare? Vt oẽs qui uident te portare & offerre: credãt his mirabilibus: & magnificent deum qui misertus est tui. Et infidelibus per hoc increpatio & testimonium duritiæ cordis ipsorꝫ fiet. Sic & illũ languidum triginta & octo annis iacẽtem in infirmitate erigens a langore/ iussit portare grabatum/ & ire in domũ suam: ut hunc ipsum lectũ portatum ab eo per mediam ciuitatẽ clamasset/ saluãtem se inuocando & laudando. Sic & illum cæcũ in natatoria siloe misit: ut uidẽtes ambulare illuc eũdem cæcũ/ & iterꝫ remeãtem/ mirati & obstupescẽtes/ crederent huic talia miracula facienti. Post hæc (quæ superius dicta sunt) cum introisset capharnaum ciuitatem Galileæ: sic cognominata est Capharnaũ: in qua dñs sæpius uirtutis suæ magnificentiam monstrauit: accessit ad eum Cẽturio. Ingrediẽte eo Capharnaum. Cur ibi ingressus est? Propter hoc quod inuenit: & statim manifestum est. Accessit ad eum Cẽturio. Accessit uere: nõ dimidius/ sed totus: non aspectu corporis tm̃: sed aïæ plenitudine: nõ facie tm̃: sed & imaculato corde. Accessit Cẽturio: alienigena/ generatione/ sed domesticus corde: alienus natione: sed alacer fide: militum princeps: sed plus angelorꝫ gaudium. Accessit ad eũ Cẽturio. Increpatio est illorꝫ qui quõdam ad Eliam in Carmelo ascendẽtes qnquagenarii: mox in ĩfidelitate sua igne cõbusti sunt: & iste in fide/ mox in sinu deputatus est Habrææ. Accessit ad eum Cẽturio/ rogans eum & dicẽs. Dñe puer meus iacet in domo paralyticus/ & male torquetur. Multi in illo tp̃e pro diuersis rogabãt infirmitatibus: alius pro filio: alius p̃ aliquo alio: sed nullus pro seruo nisi iste solus: & hoc ei in augmẽtum beatitudinis/ & coronã gloriæ erat. Quid. n. cogitabat iste beatus? Quod æstimabat in oĩbus bonis plenus Cẽturio? Iste aiebat: mihi seruus est: & ego seruus creatoris sum. Iste me habet sup̃ terram dñm: & ego hunc magnũ in coelis habeo dñm. Si ergo ei non miseror: qũo mihi ille miserebitur? Si ego huic nõ subuenio: qũo mihi ille subueniet? Sic debent oẽs qui famulos hñt & famulas/ cogitare: sic misereri: sic cõdolere eis: sic supplicare: sic curã habere de seruis uel de ancillis suis: sicut & ille beatus Centurio. Puer meus (inqt) iacet in domo. Nõ in una re tm̃ miserabilis ꝙ iacet: sed in alia ꝙ paralyticus: tertia ꝙ male torquetur. Oĩa. n. ista dolorẽ congeminauit: & iacẽtem/ & paralyticũ/ & dure detentum. Ideo ut suæ aïæ angustias demõstraret: & dñm cõmoneret: quatenus & illius cruciatũ demõstraret: & dñi beniuolẽtiam imitaret: puer meus (inquit) iacet in domo. Et huc quare nõ attulisti eũ: sicut illi illum paralyticũ in lecto portauerũt? Ideo ait: qa non opus est oñdere illum oĩa uidẽti: nõ opus est in cõspectu eius afferre cuius potẽtia nõ terminat̃/ nec includitur/ neqꝫ excluditur. Iacet in domo paralyticus: & male torquetur. Quid ergo uis? qd cupis: qd desyderas? Nõ multum loquar (ait) scio. n. qa ad oĩa cognoscentem loquor. Non uerbosus ero: scio enim quia ad oĩa præsentem uideo. Ideoqꝫ iste cognoscens corda respondẽs/ ait. Ego ueniam/ & curabo eum. Ego ad Habraam ueniens: senilem Sarræ uterum sanaui: in senectute eis Isaac filium donãs: ego & nunc ueniens ad te/ curabo eum. Et quomodo dñe promittis aduẽtum tuũ huic? Nec petit/ nec quærit: sciens qa nõ acceptabile sit ei/ ut uenias in domũ suam: pp̃ quid oĩno hoc p̃fers? Ob hoc ut & uos p̃ualeatis: & eius fidei assimiletis: uel cognoscatis qd sit iste: uel qualis in eo fidei thesaurus habeat̃ occultus. Iã. n. & primitus Habraã tentaui: nõ pro hoc ut cognoscerem quem ante sciebam: sed ut uos similes ei in omni tentatione & for

tissimi inueniamini. Et Iob probaui: nõ propter hoc
probaui: quẽ iuste testificatus sum: sed ut uobis spẽ/
& fiduciam/uel confidẽtiam demõstrarem. Ideo &
huic dico. Ego ueniam/& curabo eum: ut & ipse ma
gnam suam fidẽ proferens/dicat. Dñe terruisti me de
hoc promisso: cõturbasti me de hoc dicto: interfecisti
fortitudinẽ aiæ meæ in hoc uerbo. Nõ sum dignus
aspectu: nõ sum dignus appropinquatione: nõ sum
dignus accessu/uel itroitu tuo. Dñe nõ sum dignus:
ut itres sub tectum meum. Moyses primitus ille ma/
gnus & tuus cõfabulator: ille mirabilis narrator ope
rum tuoꝝ: ille fidelis in tota domo tua: nimiũ se hu/
liauit dicens. Non sum eloquens ante hesternum &
tertium diem. Quãtomagis ego dicam/dñe nõ sum
dignus: ut sub tectum meũ intres. Alienigena sum:
gentilis sum: miles sum gladio accinctus: sanguinem
fundens: ad ꝑlium exiens: ideoq; nõ sum dignus ut
intres sub tectum meũ: sed tñ dic uerbo: sed tñ uenĩ
uerbo. Verbum tuũ/aspectus tuus est: uerbũ tuum/
opus cõsumatum est. Ideoq; dic uerbo: oñde absens
corpore: ꝙ ꝑsens spiritu consumare potens es. Vbiq;
indeficiens tua ꝑsentia: ubiq; præsens tuus aspectus.
Iccirco ego accessu/& introitu tuo indignus sum/&
iste ifirmus uerbi tui uisitatiõe idiget: & ideo dic uer/
bo: & sanabitur puer meus. Sed & hoc nullum no/
strum ꝑtranseat/sicut pullum aliqd: quod dixit ille
beatus: nõ sum dignus ut sub tectũ meum intres. In/
trat & nũc dñs sub tectum credẽtium: duplici figu/
ra/uel more. Nunc enim qñ sacri uel religiosi/& deo
acceptabiles/ecclesiaꝝ antistites sub tectum tuũ in/
trant: tunc ibidẽ dñs per eos ingreditur: & sic tu exti/
mes tanq̃ dñm suscipiens. Et aliud qñ sanctum su/
mis cibum: qñ illud incorruptum accipis epulum:
qñ uitæ pane/& poculo/frueris: qñ mãducas carnẽ
& bibis sanguinem domini: tunc dominus sub te/
ctum tuum ingreditur: Et tu ergo humilians temet/
ipsum: imitare hũc Centurionem/& dicito. Domine
nõ sum dignus/ut intres sub tectum meũ. Vbi enim
indigne ingreditur: ibi ad iudicium igreditur illi ac/
cipienti. Sed adhuc quid adiecit/ille beatus in sequẽ/
tibus? Nam & ego homo sum sub potestate cõstitu/
tus: & habeo sub me milites: & dico huic/uade/& ua
dit: & alio ueni/& uenit: & seruo meo fac hoc/& fa/
cit. O prudentia/o intellectus animæ: o mũditia cor/
dis. Prior omnium manifestæ charitatis confessionẽ
reuelauit: & noui testamenti mysterium declarauit:
& ecclesiæ in sese monstrauit imaginem: primitiæ ex
gentibus domino credentium factus est. Ego (ait)
homo sum sub potestate regis/uel principis: idignus
ego habeo sub potestate mea milites/& seruos: & tu
habes sub potestate tua angelos sicut milites/& om/
nes sanctos seruos. Ego mando unicuiq;/& facit sm
præceptum meum: & tu mandas/quod & statim
completur. Quod enim mandas/& dicis/fit. Man/
das: & sine mora ꝑficitur. Omnis enim creatura ser/
uit tibi: & ideo dic uerbo & perficitur uelociter: & sa
nabitur puer meus. O fides uiri: o religiositas mili/
tis. Quãto te magnificemus o dulcissime amice ue/
ritatis? Te admiratur dominus: & tuam indeficien/
tem magnificat fidem. Quomodo de tenebris gen/
tium tantum lumen processit? Quomodo de errore
eorum/deum non cognoscẽtium/tãtam manifestas
iustitiam? Quomodo ex ore stultorum idolis seruiẽ/
tium/tam limpida fulsit fides? Audiens ergo domi/
nus: admirabatur eum. Et quid deus unigenitus ad/
miratur: quantum sit & quale: & quam inenarrabi/
le & inæstimabile? Percipe sensu o carissime: ꝙ deo
nihil est mirabile: nec aurum/nec diuitiæ/nec regna:
nec pricipatus. Ista omnia sunt in cõspectu eius tanq̃
umbra: & sicut nihil: & sicut flos decidens. Nihil er/
go in cõspectu dei mirabile est: nihil magnum/nihil
præciosum/nisi tñ una fides. Hanc miratur: hãc ho
norificat: hãc acceptabilem sibi æstimat. Ideoq; cõ/
uertens se ad sequentes turbas dixit. Amen dico uo/
bis: hoc est uere dico uobis: nõ inueni tantam fidem
in Israel. Non in illo priore Israel beato Iacob: tãtam
abnegat se dominus fidem inuenisse: ille enim non
tñ credit dominũ: sed & prophetauit de eo: & aper/
tius eius iustitiam demonstrauit: & manifestum in
carne aduentum eius prolocutus est. Nisi credidisset
ei: quomodo de eodem prophetasset? Sic & hi qui
de Israel processerunt. Israel etenim & ipsi nominati
sũt prophetæ/& iusti: Dauid Hesaias/& Hieremias.
Hi omnes clare/& manifeste eius aduentum pronũ/
ciauerunt. Omnes nãq; hi habuerunt fidem: habue/
runt etiam & prophetiam. Et iste beatus Cẽturio fi/
dem habuit: sed prophetiam nõ habuit. Ideoq; do/
minus admirãs/magnificat fidem eius/super illum
qui tunc fuit Israel: hoc est spirationes qui tunc fue/
runt tribus Israel: & non super eos/qui postea pro/
phetæ/& iusti inuẽti sunt in Israel. Amen dico uo/
bis: nec in Israel tãtam fidem ĩueni/sicut in gẽtibus:
sicut in barbaris/sicut in alienigenis. Gentes filiũ dei
inuocant: omnipotẽtem unigenitum cõfitentur: do
minum asserũt: & sicut dñm diligũt: & sicut bñ oia
dispẽsantem adorant: & Israel me non cognouit: &
populus meus hic me non intellexit. Ideoq; Belze/
bub/& Samaritanum appellãt: & peccatorem æsti/
mant. Iarius Israel princeps pro filia sua me petens:
nõ dixit dic uerbo: sed ueni (ait) uelociter anteq̃ mo
riatur filia mea. Nicodemus doctor Israel/de fidei sa
cramento audiens/ait. Quomodo potest hoc fieri?
Maria/& Martha me nimiũ diligẽtes/dicũt. Domi/
ne si fuisses hic/non esset mortuus frater meus: tanq̃
dubitantes ꝙ ubiq; non uelox sit adesse mea poten/
tia. Ideoq; nõ ĩueni tãtam fidem in Israel: sicut in isto
alienigena. Dico autem uobis: ꝙ multi ab oriente/
& occidente/uenient & recumbent cum Habraam/
Isaac/& Iacob/in regno celoꝝ. Dico uobis: testor
uobis: annũcio uobis: prædico uobis: ꝙ multi ue/
niẽt: de qbꝰ iã ꝓpheta locutus est dicẽs. Et ueniẽt gẽ/
tes multæ & dicẽt/uenite ascẽdamus ĩ mõtẽ dñi: & ĩ
domũ dei Iacob igrediamur: & oñde nobis uias suas
& ambulemus in eis. Multi ueniẽt de qbus ait dñs.

Et alias oues habeo/quæ non funt ex hoc ouili:& il/
las adducam:& erit unus grex:& unus paftor. Mul/
ti ueniēt de quibus dictum eft:ut & filii dei/qui dif/
perfi funt/cōgregētur in unum. Ifti ergo oēs ueniūt.
Vñ ueniunt? Ab oriente/& occidēte:hoc eft ex oī gē/
te/quæ fub coelo eft:ab oriente/ufq; ad occidentē. Si/
cut enim per omnes gentes debet hoc euangelium
prædicari:fic ex omnibus gentibus uenturi funt ad
regnum coelorum. Vel adhuc ab oriente/hi qui fta/
tim illuminati tranfeunt:& ab occidente/hi qui paf/
fiones/& perfecutiones ufq; ad mortem tolerarunt
pro fide. Multi ergo ueniēt. Et quomodo alibi dicis
o dulciffime dñe:multi uocati/pauci uero electi? Mul
ti(ait)uocati. Oēs enim tribus hominum ab initio
fæculi uocati funt:& pauci electi. Simul uero ueniē/
tes:& fimul cōgregati in tempore uifitationis mul/
ti inueniētur:nimiumq; inumerabiles. Multi enim
uenient ab oriente/& occidente:& recumbent/non
carnaliter iacentes:fed fpiritualiter requiefcētes:non
temporaliter potantes:fed æterne epulantes:recum/
bent in regno dei:ubi lux eft & fpes:ubi lætitia & ex/
ultatio:ubi eft gloria/& bñdictio:ubi lux oculorum/
& longæuitas uitæ æternæ:ubi oēs iucundatur:ubi
omnes gaudent:ubi patres illi beati recumbunt:ubi
omnes prophetæ requiefcunt:ubi apoftoli/& euan/
geliftæ fuper gloriofos fedent thronos:ubi multitu/
do martyrum in æterna gloria gloriatur:ubi copio/
fitas uirginum in fæcula exultat/portans coronam
immaculatæ uirginitatis. O dulciffimi fratres:unani/
mis conuentio:hilaris congregatio:fulgēs coniun/
ctio. Ifta eft a fæculo bñ prædicata/& annunciata:ifta
eft exultatio:ifta eft ab initio narrata requies. In iftam
feftinauerunt omnes dominum diligentes:ad iftam
colliguntur omnes ex gentibus domino credentes:
religiofitatem feruantes. In eam & nos omnes per/
gamus o religiofi filii dei:ad iftam omni uirtute no/
ftra feftinemus. Nihil nos reuocet:nihil nos retardet:
nihil nos impediat ad hoc defyderabile properare
conuiuium. Omnem negligentiam a nobis pella/
mus:omnemq; defidiam ab animi & corporis im/
pedimento a nobis proiiciamus:ut huius beatitu/
dinis/& requiei domeftici efficiamur:quatenus fan/
ctæ huius (ut dictum eft) epulationis digni iuenia/
mur. Vade & ficut credidifti fiat tibi. Sic fiet uere
unicuiq; homini/ficut crediderit:fm mēfuram fidei
metietur ei & ifta a domino gratia. Ideoq; dixit ad il/
lum dñs. Sicut credidifti fiat tibi. Credidifti quia oīa
poffum:credidifti quia fum dominus oium:ficut
credidifti/ita & fiat tibi. Credamus & nos fratres ca/
riffimi/Iefum chriftum deum/ac dñm noftrum oīa
poffe:ubiq; præfentem effe:remiffionem nobis cun/
ctorum peccatorum eius indulgentia(Si tamen eius
præcepta feruemus)largiri:ut & unufquifq; noftrū
cum Centurione ifto audi re mereamur:uade/& fi/
cut credidifti:fiat tibi. Adiuuāte ipfo domino no/
ftro Iefu chrifto. Cui eft gloria & imperium in fæcu/
la fæculorum. Amen.

¶ Dñica. iiii. poft Epiphaniā fm Matthæū. Ca. VIII
IN ILLO Tēpore:Afcendēte Iefu in nauiculā
fecuti funt eum difcipuli eius. Et reliqua. Homilia.

i NGREDIENTE dño in nauicu
lam:fecuti funt eum difcipuli eius/nō
imbecilles:fed firmi & ftabiles in fide:
māfueti/& pii fpernētes mūdum:non
duplici corde/fed fimplici. Si ergo fe/
cuti funt eum:nō tm̄ greffus eius fequentes:fed ma/
gis fanctitatem comitantes:& iuftitiam eius fectātes.
Et ecce tempeftas magna facta eft in mari:ita ut na/
uicula operiretur fluctibus. Cum enim multa/ma/
gna/& miranda oftēdiffet in terra:tranfiit ad mare:
ut & ibidem adhuc excellentiora opera demonftra/
ret:quatenus terræ/marifq; dominum fe effe cunctis
oftēderet. Ingreffus ergo nauiculam fecit turbari ma
re:cōmouit uentos:cōcitauit fluctus. Cur hæc? Ideo
ut difcipulos mitteret in timorem:& fuum auxi/
lium poftularent:fuam quoq; potentiam rogātibus
manifeftaret. Illa tēpeftas nō ex fefe oborta eft:fed po
teftati paruit imperantis:eius qui educit uentos de
thefauris fuis:qui terminum mari arenam cōftituit.
Dixit enim ei. Vfq; huc uenies:& non fupergredie/
ris/fed in temetipfo confringētur fluctus tui. Huius
ergo iuffione/& præcepto orta eft tempeftas in ma/
ri propter occafiones fuperius memoratas. Facta eft
tempeftas magna/& non pufilla:ut magnum opus
& non pufillum oftēderet:quātoq; fluctus nauicu/
læ irruebāt:tanto magis timor difcipulos conturba/
bat:& plus magis defyderarēt ad delibandum fe per
miracula faluatoris. Dñs uero dormiebat. O res mi/
rabilis/& ftipenda:is qui nunq̄ obdormit/dormit:
is qui coelum/& terram gubernat/dormit:is qui nū/
quā dormit/neq; dormitat:ipfe dormire dicitur. Dor
miebat qdem corpore:fed uigilabat deitate:dormie/
bat corpore:fed cōturbabat mare/erigebatq; fluctus:
& apoftolos conterrebat/fuam oftēfurus potētiam
dormiebat corpe/ficuti & ad puteum de itinere laf/
fus uel fatigatus fedebat:demōftrans quia uere hu/
manum corpus portabat:qđ corruptibile induerat.
Ipfo corpe dormiebat:deitate uero cōcitabat mare:
& iterum complacabat. Dormiebat itaq; corpore:ut
apoftolos fufcitaret/& uigilare faceret:præcipue aūt
nos oēs ne unq̄ animo dormiamus:ne uel intellectu
uel prudētia:fed uigilare omni tempore:& iubilare
dño:& falutem ab eo poftulare ftudeamus. Nam ipfe
qui dormiebat corpore:illud uerbum fcm̄ dicit. Ego
dormio:& cor meum uigilat. Ad quem accedentes
difcipuli:fufcitauerunt eum dicentes. Dñe falua nos:
perimus. O beati/o ueraces dei difcipuli:dñm falua/
torem uobifcum habetis/& piculū timetis? Vita uo/
bifcū eft:& de morte foliciti eftis? Maris turbinem ti/
metis:creatorem eius præfentem fufcitatis:quafi nō
poffit dormiēte corpore fluctus fedare/uel mitigare?
Sed quid refpōdent hi dilectiffimi difcipuli? Paruu/
li(inquiunt)fumus adhuc infirmi/& nondum ro/
bufti:ideoq; timemus:ideoq; trepidamus:necdum

uidimus crucem dñi:necdum confirmauit nos pas/
sio dñi/& resurrectio:non ascensio in excælsis:non
missio/uel descensio spiritus sancti paracliti : ꝓpterea
fragilitate mitamus : propterea & sæpe audiuimus a
dño increpationem pusillæ fidei. Supportamus/to
leramus libẽter : uolũtarie sustinemus . Vnde & nũc
dicit dñs. Quare conturbati estis/pusillæ fidei ? Cur
non habetis fortitudinẽ ? Cur non confidẽtiam/&
fiduciam apud uos tenetis ? Et si mors irrueret:nõne
eam debuistis constantissime sustinere ? Ad omne.n.
quicquid euenerit:fortitudo necessaria est . Ad om/
ne enim periculum / uel tribulationem usq; ad animæ
exitum/similiter & contra delitias/& diuitias/& ho
nores terrenos animi fortitudo tenenda est : ut neq;
extollaris o homo/neq; in sup̃biam erigaris . Nõ de/
spicias inimicos:neq; humiles sp̃nas:neq; obliuiscar/
ris dñm:neq; derelinquas creatorẽ:neq; existas ingra
tus. Si ergo in necessitate / & in p̃iculis fortitudo ne/
cessaria est, ut uiriliter cum fide toleres uniuersa:mul
to magis contra delitias (ut dictum est) & luxurias
fortitudo necessaria est:ne in muscipulam icidas dia/
boli. Quare ergo t̃urbati estis pusillæ fidei ? Si deum
me uere eẽ creatorem oĩum suscepistis: quare nõ cre/
ditis ꝙ ea quæ a me facta sunt in mea habeo potesta/
te ? Quare ergo dubitatis pusillæ fidei ? Qui pusillũ
credit arguetur : & qui nihil credit contẽnetur:fragi/
les in fide corripientur:alieni oĩno a fide punientur.
Tales fuerunt Iudæi / & pagani:ideoq; in malis suis
euanuerunt . Tales etiã hæretici:ideoq; in die iudicii
condẽnabuntur. Tunc surgẽs impauit uentis/& ma
ri:& facta est tranq̃litas magna. Scriptum est. Et exur/
gens tanq̃ dormiẽs dñs:tanq̃ potens crapulatus a ui
no:& p̃cussit inimicos suos in posteriora. Et nũc sur
gens impat uẽtis/& mari:& facta est tranquilitas ma
gna. Impauit uẽtis/& mari sicut creator : sicut suis:
ut potẽs/ut dñs impat uentis/& mari:primitus ante
discipulos/ut audiẽtes firmarentur in fide. Et poten/
tia deitatis occulta impabat/& cõminabatur ei. Ma/
gis aũt regebat/& placabat illud : sm̃ ꝙ quidam ait.
Potentia mitigauit mare. Impauit uentis & mari:&
facta est trãquilitas magna. De magno uẽto/& tem/
pestate magna mari conturbato/& tumenti:facta est
tranquilitas magna. Decet enim hunc magnum ma
gna & miranda facere. Ideoq; paulo ante magna ac/
cinctus potẽtia/magnifice conturbauit profundum
maris:& nunc iteꝝ in eo ipso ostẽdens suæ magnifi/
centiam potestatis:trãquilitatẽ magnam fieri iussit.
Hæc ideo ut nimium cõturbati Apostoli:magnifi/
ce exhilarati lætarentur. Dedit enim p̃ hæc oĩa nobis
dñs figuram/& doctrinæ imaginem:ut & nos in oĩ
conturbatione/& contumelia patiẽtiam teneamus:
stabiles simus:fidẽ non deseramus. Et si oĩs iste mũ
dus tanq̃ mare ebuliat/atq; in furorem consurgat:&
si oẽs uẽti/& uertigines dæmonum undiq; sæuiãt:
& si oĩs (ut sup̃ius diximus) tẽpestas maris:idest oĩs
principatus/& potestas mundi concitetur : & in tu/
more iracundiæ spument/ut furiant sup̃ sanctos:& si
adhuc usq; ad coelos sese extollant ut tempestates ma
ris malignantes:ac dolos/& fremitus cõcitantes ad/
uersus aliquem uestrum:nolite timere / nolite turba/
ri:nolite contremiscere:nolite deficere. Oẽs.n. quot/
quot in fidei nauicula cum domino nauigatis : oẽs
quotquot in hac nimiꝝ sanctæ ecclesiæ nauicula cũ
dño per hunc undosum supernatatis mundum:etsi
ipse dñs dormiat pio sõno nostrã patiẽtiam / & to/
lerantiam expectans:uel impioꝝ pœnitẽtiam/& cõ/
uersionem sustinens:alacriter accedite ad eum / ora/
tionibus instantes:atq; cum propheta dicentes. Exur
ge quare obdormis dñe:exurge/& ne repellas in fi/
nem. Et iteꝝ. Exurge dñe/adiuua nos:& redime nos
propter nomen tuum. Et ipse surgens impabit uen/
tis:his aerẽis dæmonum spiritibus. Ipsi enim maris
tẽpestates cõmouent:hoc est amaros / & elatos con/
citant fluctus:idest principes mundi ad p̃secutionem
sanctis oĩbus imittendam:ad contumelias fidelibus
ingerendas . Oĩbus dñs imperat:oĩbus cõminatur:
oĩa mitigat:facitq; tranquilitatem magnam circa cor
pus/& spm̃:pacem ecclesiæ/& serenitatem mundo.
Quomodo nãq; sæpius consilia infidelium cõmo/
ta sunt aduersus ueram/& firmã ecclesiam ? aliquo/
tiens paganoꝝ:aliquotiens hæreticoꝝ. Quẽadmo/
dum sæpius sicut maris fluctus irruebant cõminan/
tes & conterrentes huius principes mundi / per oĩa
perdere ecclesiæ filios arbitrantes ! Sed surgens dñs
increpauit dæmonum uẽtos : & oẽs euanescere fe/
cit audaces aduersarios fidei:magnãq; pacem/& trã/
quilitatem dedit ecclesiæ suæ. Hoies aũt illi in naui/
cula mirati sunt . Qui hoies ? Scilicet hanc hñtes na/
uiculam:aut ei intẽdentes nauiculæ . Non putes hic
per hoies Apostolos significatos. Nusq̃ enim inue/
nimus p̃ter honorem cognominari dñi discipulos:
sed mõ semper aut apostoli / aut discipuli noiantur.
Mirabantur illi hoies:hi qui cum eo nauigabant : hi
quoꝝ erat nauicula:hi qui in ea nauicula sese transi/
gebant:hi mirabantur. Et admiratione dignum fuit:
mare a profundo cõmotum mitigari : eiusq; elatos
placari fluctus:uẽtos furentes compesci . Mirabãtur
ergo dicẽtes. Qualis est iste:quia uẽti/& mare obœ/
diunt ei. Non interrogãtes dicunt/qualis est iste ? sed
asserentes/ꝙ hic talis est:cui mare/& uenti obœdiũt.
Qualis est iste:hoc est quãtus:q̃ fortis:q̃ potẽs:q̃ ma/
gnus. Qualis est iste:maior Moyse:potentior Elia. Il/
li enim ambo e q̃bus unus ligno mare percusso cum
labore discidit:alius ictu melotæ Iordanem pertran/
siit. Iste uero uno uerbo mandat illis qui nõ hñt uer/
ba:& obœdiunt ei:ii qui non hñt auditum obtem/
perant:ii qui prudẽtiæ/& intellectus exp̃tes sunt/in/
clinantur iubẽti:quibus neq; loquela/neq; (ut dixi)
sermo est/obœdiunt . In eadem.n. substantia in qua
sunt/& sua natura mouẽtur:& iussioni deseruiũt ad
cõfusionem mortalium:ad condẽnationem corru/
p̃tibilium. Iubet mari & non contẽnit:dicit uẽtis:&
tẽpestatibus/& mox cõpescuntur:iubet oĩ creaturæ:
& nõ sup̃greditur iussionem eius . Et unum hoium
genus &

genus/& unum quod fm similitudinem dei hono
rificatum est:cui uerbum/& prudétia data est:hi soli
hoies resistunt:hi tñ inobœdiétes sunt:hi soli con/
ténunt. Ideoq; & hi soli in iudicio dánabuntur:& a
iustitia puniétur:ueluti deteriores mutis aialibus:uel
his qui sine spiritu/& aiá sunt in hoc múdo. Mira/
bantur ergo illi/quia mare cópescuit:& uéti mitigati
sunt. Admiremur & nos/qñ & benignitates & beni/
uolentias oñdit circa nos dñs: qñ nos de piculis sal/
uare dignatur:qñ de tumultibus/& tribulationibus
multis nos liberat:qñ ab inimicis insequétibus eruit
nos. Miremur:& mirantes gratias agamus: & gratæ
obaudiamus:obaudientes timeamus:timentes dili/
gamus/ut æternæ charitatis ab eodem hæredes effi/
ciamur. Mirabátur dicentes. Qualis est hic? Sicut hõ
uidetur:& sicut deus potétiam ostendit. Sicut unus
carnalium putatur esse:& super oia carnalia/magna
oñdit mirabilia. Dormit sicut homo:& impat uétis
sicut deus. In nauicula sedet:& oém creaturá iussióe
iclinat ubi uult Iesus christus dñs noster. Cui est glo/
ria/& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Homilia scda Origenis sup Euágeliú hodiernú.

ACENDENTE Iesu in nauiculam:secuti sút
eum discipuli eius. Et reliqua.

AVIGANTE Dño cum discipulis:or/
n ta est magna tépestas:ita ut nauem/conciti
maris insurgétes fluctus/obruerent. Ipse ue/
ro (inquit) dormiebat. Mira ratio: ascendit paruam
nauiculam/ut nauigaret/ille qui totú múdum diui/
na uirtute gubernat. Dormit in somno:q populum
suum uigilia æterna custodit. Dormiuit aút dñs/nõ
necessitate infirmitatis humanæ:sed spontanea uo/
luntate. Nam quum in dei illa æterna natura sõnus
non cadat:fm q de eo legimus dictum:ecce nõ dor/
mitabit neq; dormiet:q custodit Israel:tñ dñs ac sal/
uator noster ad probádá in se suscepti corporis ueri/
tatem:oia implere dignatur:ut euidéter ueritatem in
se suscepti corpis demõstraret. Sed quum dormiente
dño:sæuiente procella usq; ad periculum nauis uio/
lenti fluctus insurgerét:discipuli timore percussi/do/
minum suscitant/dicentes. Dñe libera nos:perimus.
Quod id ipsum olim Dauid/ex persona apostolorum
suscitátium dñm/significare uidetur/cum dicit. Exur
ge:quare obdormis dñe? Exurge/adiuua nos ppter
nomé tuum. Surgens ergo dñs/ait illis. Quid timi/
di estis modicæ fidei? Et impauit uentis/& mari:&
facta est tráquilitas magna. In quo manifeste diuini/
tatis suæ potétiam dñs declarauit:dum uiolétos ma
ris fluctus/diuinæ potestatis uerbo cópescuit. Neq;
enim uenti/uel mare obœdire poterant:nisi dño/&
creatori suo. Quod futurum Dauid ante præenúciaue/
rat/dicendo. Viderút te aquæ deus:uiderút te aquæ/
& timuerút:& turbatæ sunt abyssi: multitudo soni/
tus aquarum/uocé dederút nubes. Et quæ istæ nubes
sunt:quæ tuméntibus aquis uocem dederút/nisi di/
scipuli? qui uiso signo diuinæ uirtutis/exclamauerút
dicentes. Vere hic filius dei est. Nubes autem icirco
Apostoli intelliguntur: quia more nubium de terra
surgentes ad coelum:sine aliquo põdere peccati/spi/
ritualis naturæ leuitate ferútur:& ad irriganda corda
credétium:pluuiam diuinæ pdicationis infundunt.
Alio quoq; loco idem Dauid/q imperáte dño/uer/
bo maris uiolentia mitiganda esset:ita testatus est di/
cens. Tu dñaris potestati maris: motú aút fluctuum
eius tu mitigas. Et iterum. Qui conturbas fundum ma
ris:sonum aút fluctuum eius quis sustinebit? Et iterum.
Ecce dabit uocem suam:uocé uirtutis suæ. Hác utiq;
uocé/qua diuinæ potestatis uirtute/uétis imperans/
maris tráquilitas restituta est. Beatus quoq; Iob/hoc
ipsum futurum:per spm scm non ignorans:quum de
dño loqueretur/ita ait. Virtute sedabit mare. Quum
igitur sedata tépestate maris/iussione uerbi esset trá/
quilitas restituta:hi (inquit) qui erant in naui mira/
ti sunt dicentes. Qualis est hic:q uéti/& mare obœ/
diunt ei? Hanc aút dñici uerbi uirtutem: & eorum qui
in naui erant admirationem:olim sanctus Dauid p/
núciauerat in psalmo/dicédo. Qui descédunt mare
in nauibus:faciétes opationem in aquis multis: ipsi
uiderút opa dñi:& mirabilia eius in profundo. Dixit
& stetit spús procellæ. Et iterum. Statuit procellam in
auram/& siluerút fluctus eius:& lætati sunt quia si/
luerunt. Hæc itaq; primo/fm similitudiné historiæ
per dñi uirtuté/ita gesta cognoscimus:fm allegoricá
uero rationem/quæ in his oibus figura monstrata
sit:solicite debemus intédere. Quærédum est enim
quid hæc nauis iuxta spiritualem rationem intelligi
debeat:uel quod hoc mare:uel q insurgentes fluctus
concitant:q éi sonus dñi:uel quæ hæc icrepatio dñi
in uentos:& quæ ista restituta tranquilitas:uel quæ
digna admiratio nauigantium. Et non dubium est:
naué istam ecclesiam figurasse:fm q per Salomoné
de ea spús sanctus loquitur/dicendo. Facta est tanq̃
nauis:quæ mercatur a lõginquo. Idest ecclesia:quæ
nauigátibus Apostolis/gubernante dño: flante spi/
ritu sancto:pdicationis uerbo/utiq; discurrit:portás
secum magnú/& inæstimabile precium: quod om/
ne genus hoium/uel potius totum mundú/sangui/
ne christi mercata est. De qua alio quoq; loco idé Sa
lomon retulit/dicédo inter cætera. Vestigium nauis
huius pelagizantis/inueniri non posse:oñdens con/
uersationem ecclesiæ nõ terrenam esse/uel sæculi:sed
coelesté:fm q sanctus Apostolus refert dicédo. No/
stra cóuersatio in coelis est. Mare uero sæculum intel
ligitur:quod diuersis peccatis/& uariis tétationibus
uelut quibusdá fluctibus æstuat: De quo scriptú le/
gimus. Hoc mare magnú/& spatiosum: illic serpen/
tes:quorum non est numerus:aialia pusilla/& magna:
& draco iste qué formasti ad illudédum ei. Et iterum.
Veni in altitudinem maris: & tépestas demersit me.
Venti aút/nequitiæ spiritales:& imúdi spiritus intel
liguntur:quia naufragium ecclesiæ per diuersas sæ/
culi tentationes/uelut per fluctus maris desæuiunt.
Dormire uero dñs in hac naui/tunc intelligitur:quú
ad probationem fidei/ecclesiam suam/pressuris/&

persecutionibus mundi istius tentari permittit. Oratio uero discipulorum excitantium dñm/ & auxiliũ implorantium ut liberarentur: preces sanctorum oium ostẽduntur: qui orta tẽpestate persecutionis/ saeuiẽte diabolo/ & angelis eius deuota fide/ ac iugi oratione/ patientiã dñi uelut de somno excitant: ut misericordiae suae auxilio/ per timorẽ humanae ifirmitatis periclitãtibus subuenire dignetur. Quod increpatis uẽtis/ imundis .s. spiritibus: qui auctores sunt persecutiõis: & mitigata oi tẽpestate saeculi ecclesiam suã in pace & tranquilitate restituat. In admiratione uero/ q in naui erant: qui post factam trãquilitatem/ dei filium cõfitentur: oium credentiũ persona/ & fides ostensa est: qui in ecclesia constituti/ prius orationibus dñm excitãtes: reddita sibi pace/ uere dñm/ ac defensorem ecclesiae suae/ dei filium confitẽtur. Quod factũ statim in actibus Apostolorum post persecutionẽ Herodis/ & Iudaeorum a sanctis p ecclesia recognoscimus. Vñ quãuis ecclesia infestatione inimici uel saeculi tẽpestate laboret: qbusuis tentationũ fluctibus pulset: naufragium tñ facere non potest: qa filium dei habet gubernatorẽ. Inter ipsos enim turbines mundi/ inter ipsas saeculi psecutiones/ plus gloriae/ ac uirtutis acqrit: dum in fide/ firma & idissolubilis permanet. Nauigat enim instructa fidei gubernaculo: foelici cursu: per hoc saeculi mare: hñs deum gubernatorẽ: angelos remiges: portans in se chorum oium sanctorum: erecta in medium ipsa salutari arbore crucis: in qua euãgelicae fidei uela suspẽdens/ flante spiritu sancto/ ad portum paradisi/ & securitatẽ quietis aeternae deducitur. Et haec quidem nauis/ quãuis per hoc tẽpus uitae/ p has tentationes saeculi nauiget: non est tñ saeculi/ nauis ista: sed dei. Est enim & alia saeculi nauis/ nõ dei .i. collectio haereticorum: quae sibi hoc noie ecclesiae uendicat. Aduersum quam diem iudicii futurum/ Hesaias manifeste demõstrat/ dicendo. Dies (inquit) domini sabbaoth aduersum oẽm cõtumeliosum/ & supbum. Et post aliquãtũ ait. Et aduersum oẽm nauem maris: idest oẽm ecclesiã haereticorum: de qua alibi idẽ Hesaias retulit. Dirupti sunt (inquit) funes tui: quia non ualuit arbor tua. Inclinauerũt uela tua: & nõ laxabunt uela tua. Nauem ergo hanc/ maris esse dixit: quia huiusmodi ecclesia/ non dei est/ sed saeculi: quae licet habere in se praedicationem crucis dominicae uideatur: inualidam tamen hanc arborem eius ostendit. Quia ubi non est ueritas fidei: infirma crucis assertio est. Vnde inclinata & laxata uela eius ostensa sunt: quia nullo flatu sancti spiritus diriguntur. Et ideo huiusmodi nauis/ hoc est ecclesia haereticorum: ammisso uerae fidei gubernaculo/ dominantibus aduersis spiritibus: in naufragium mortis aeternae demergitur: quia gubernari non meretur a christo domino nostro. Cui est gloria/ & imperium in saecula saeculorum. Amen.

¶ Homilia tertia Origenis unde supra.

ASCENDENTE Iesu in nauiculam: secuti sunt eum discipuli eius. Et reliqua.

s OLET Enim in scripturis sacris/ una eademq res/ duplicem/ uel triplicem habere significationem: utpote nauis/ quae aliqñ uexillum sanctae crucis: aliqñ uterum intemeratae Virginis: aliqñ sanctã ecclesiam significat. Sanctã ecclesiam/ ut est illud. Ascẽdens Iesus in nauim/ & sedens docebat/ de nauicula turbas. Vterum intemeratae uirginis: sicut alibi legitur. Ascẽdens Iesus in nauiculam: transfretauit/ & uenit in ciuitatem suã. Vexillum sanctae crucis: sicut in hoc loco. Ascẽdente Iesu in nauiculam: In uno eodẽq miraculo/ utrãq suã naturam dñs diuinam .s. & humanã nobis cõmendat. Quasi enim ut homo nauem ascendit: sed quasi deus mare cõturbauit. Quasi homo in naui dormiuit: sed quasi deus/ uẽtis/ & mari imperauit: & quiescere fecit. Vt quid aũt mare trãsmigraturus/ & transnauigaturus nauim ascẽdere uoluit? Nũquid supra mare transire nõ poterat: qui Petro pstitit super undas maris ambulare? Aut non poterat corã uestigiis suis mare siccare: qui coram filiis Israel ex Aegypto egrediẽtibus/ mare rubrum siccauerat: & sicco uestigio eos transire fecerat? Poterat utiq. Sed ideo mysteriũ nauis ascẽdit/ uel assumpsit: nimirum/ ut oium quae sunt hois faciens: se uerum hoiem esse oñderet. Postq enim mirabiliter miracula in terris fecit: ad mare trãsiit: ut ingens ibi miraculum faceret: & filiũ dei se esse demõstraret: qui facit prodigia magna: & mare & flumina produxit: qui educit uẽtos de thesauris suis: ipse est qui fecit mare/ & aridã: qui posuit terminũ mari dicens. Hucusq uenies: & nõ procedes amplius: & hic cõfringes tumentes fluctus tuos. Typice aũt per hanc nauiculam (ut diximus) uexillum .s. crucis accipitur. Nauis quippe cõcauum est lignũ: ad onera super aquas deportanda: illorum maxime illis in locis: ubi uada nõ reperiuntur/ necessariũ. Dñs aũt fluctus maris trãsnauigaturus/ nauẽ ascendit: quia calcatis huius saeculi fluctibus/ passurus in cruce/ erat ascẽsurus. Dignum quippe erat: ut quia primus homo/ qui per lignũ uetitũ/ inoboediẽdo mortem reperierat: per lignum sanctae crucis deo oboediendo uitam reciperet. Secuti sunt eum discipuli eius: quia sicut ipse pro redẽptione generis humani/ pati/ crucifigi/ & mori dignatus est: sic & discipuli eius pro noie illius/ sibiq oibus cõmissis: tormẽta pati non distulerunt. Nã Petrus/ & Andras/ uterq crucifixi extiterũt: Paulus uero decolatus caeteri quoq Apostoli uaria perpessi sunt tormenta. Siue enim secuti sunt eum: quia bonis operibus insistendo: eius uestigia sunt imitati. Sequi enim dñm/ imitari est: sicut ipse dicit. Qui mihi ministrat/ me sequatur. Et iterum. Qui uult uenire post me/ abneget semetipsum: & tollat crucẽ suam & sequatur me. Vnde & in lege praecipitur: post dñm deũ tuum ambulabis. Hinc & in cãtico canticorum: uoce ecclesiae spõso dicitur. Trahe me post te: curramus i odorem unguentorum tuorum. Et ecce motus magnus factus est in mari: ita ut nauicula opiretur fluctibus. Si enim p nauim/ quam dñs ascendit/ uexillum crucis accipitur

nihilominus & in hoc loco/per mare intelligi potest. Dño ergo nauim ośdente/mare conturbatur: quia eo in cruce pēdente/populus Iudæoꝝ magna seditione concutitur. Turbati enim sunt Iudæi: & discipuli eius fugati. Nunquid non mare fluctuabat/ qñ Pilato dicente nullam cām mortis inuenio in eo: populus acclamabat dicens: tolle/tolle/crucifige eum! Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Fluctuabat mare: qñ alii dicebāt/quia bonus est: alii non/sed seducit turbas. Intumescebat ēt/qñ alii dicebant: si hic homo malefactor nō esset: nequaꝗ̄ tibi eum tradidissemus: & alii dolentes dicebāt: uere filius dei erat iste. Ipse uero dormiebat. Dormitio christi/mortē ipsius significat. Tūc enim obdormiuit: qñ pēdens in cruce dixit. Cōsumatum est: & iclinato capite emisit spiritum. Recte enim mors christi/sōno cōparatur: qa nemo tam facile a sōno surgit: ꝗ̄ uelociter christus a morte resurrexit: qa excitatus est tanꝗ̄ dormiens dñs (ut ait psalmus) & tanꝗ̄ potens crapulatus a uino. Qui etiam per eundem dicit. Ego dormiui: & somnum cæpi: & exsurrexi. Et iteꝝ. In pace in idipsm dormiam/& requiescā. Dormitio ergo dñi/nō ad diuinitatem: sed ad humanitatē pertinet: quia dormiuit per humanitatē: qui nunꝗ̄ dormiuit per diuinitatē: psalmo testante qui ait. Non dormiet/neq; dormitabit: qui custodit Israel. Et accesserunt/& suscitauerūt eum dicentes. Dñe salua nos: perimus. Accesserūt discipuli ad dñm: & suscitauerūt eum: quia itellexerunt saeuitiam Iudæoꝝ/sua uirtute nō posse superari: nisi eius resurrectione fuissent cōfirmati/& lætificati. Vel accesserūt ad eum suscitandū: quia in eius misericordia/uel oipotētia cōfisi/mente/& desyderio ei adhæserūt: iuxta illud psalmi. Accedite ad eū: & illuminamini: & facies uestræ non cōfundentur. Vel ad eum accesserūt: quia toto nisu mentis/eius resurrectionem fieri optauerūt. Quanto aūt desyderio eam fieri optauerint Ioānes euangelista manifestat/cum dicit: Gauisi sunt ergo discipuli/uiso dño. Et dicit eis. Quid timidi estis modicitatis fidei! Qui nō credit/infidelis est: Qui pfecte credit: magnæ fidei noiatur. Qui aūt ex parte credit/sed perfecte nō credit: modicæ fidei appellatur. Discipuli ergo modicæ fidei erāt: qñ oipotētem/præsentē dubitauerunt. Et cū creator præsens esset: de creatura dubitauerūt. Nō solum autem hic: ueꝝ etiam aliis in locis de modicitate fidei redarguuntur. Nā in ipsa passione dñica modicam fidem habuerūt: quia dudū dicebāt: eamus & nos/& moriamur cum eo: uidētes comphendi/ligari/flagellari: relicto eo fugerūt. Petrus aūt modicā fidem habuit: quia cū prius dño dixisset/si oportuerit me mori tecum: nō te negabo: qui ēt ad uocē unius ancillæ/eū negauit. Nec tm̄ in passione: sed ēt in resurrectione/modicā fidem habuisse cōprobantur: quia eum resurrecturū dubitabant. Vñ quum post resurrectionē eius/in conclaui/uel in domo/clauso hostio sedentibus apparuisset: cōturbati/& cōterriti/existimabant se spm̄ uidere: ad quoq; confirmādam fidem/ośdit eis manus/& pedes/dicens. Videte manus meas/& pedes meos: qa ego ipse sum. Et iteꝝ. Palpate/& uidete: quia spiritus carnem/& ossa nō habet: sicut me uidetis habere. Nec ab hac fidei modicitate/Thomas alienus extitit: qui discipulis narrātibus/uidimus dominum: nō credidit/dicens. Nisi uidero in manibus eius fixurā clauoꝝ: & mittā manū meā in latus eius/nō credā. Ad cuius fidē cōstipulādā/se dñs palpabilē præbuit dicens. Infer digitū tuum huc in loca clauoꝝ: & affer manū tuam/& mitte in latus meum: & noli esse incredulus/sed fidelis. Tunc surgens imperauit uentis: & mari. s. qñ tertia die resurgens: non solum corda cōfirmauit/& lætificauit: sed ēt sæuitiam ac seditionem Iudæoꝝ cōquiescere fecit: & eoꝝ lætitiam/in tristitiā conuertit: in tm̄ ut militibus sepulchrum dñi custodiētibus/& eius resurrectionē narrantibus: pecuniam spopōdissent/dicētes. Dicite qa discipuli eius uenerūt nocte: & furati sūt corpus eius. Et facta est trāquilitas magna: quia magna pars eoꝝ: qui in nece dñi consenserant: per prædicationē apostoloꝝ ad fidem christi cōuersa est: sicut Petro prædicante/una die tria milia/alia uero quinq; milia crediderūt. Porro hoies mirati sunt/dicentes. Qualis est hic: quia uēti/& mare obœdiūt ei. Non hoc Apostoli dixerūt: sed nautæ qui erāt cum dño in naui. Nam Apostoli iam nouerāt dicere: quia hic est christus filius dei uiui. Cæteri uero qui humanitatē uidebant: & diuinitatem nō intelligebāt: non iterrogādo/sed admirādo dixerūt. Qualis est hic: quia uenti/& mare obœdiūt ei? Vñ bene hoies drī: quia humana sapiebant: ac si dixissent. Iste maior est patribus nostris: qa cū Moyses baculo aquas maris diuiserit: & Elia pallio aquam Iordanis: hic solo uerbo maria/& tempestates quiescere fecit. Sed hæc lectio quāuis spiritualiter ad Apostolos uideatur ptinere: possumus tamen eam ad uniuersalem ecclesiā referre. Postꝗ̄ uero christus per trophæum sanctæ crucis/mortē deuincens cœlestia petiit/quasi mare fluctuauit: quia quo magis in ecclesia fides electoꝝ creuit: & numerus credētium multiplicatus est: eo amplius grauiorē persecutionem prauoꝝ: & duriorem perfidiā hæreticoꝝ/in se ipsi electi cōsurrexisse senserunt. Ipse uero dormiebat: quia tā ualidam persecutionē cōtra electos sæuire permittebat. Sed postꝗ̄ sanctoꝝ pcibus excitatus/surgēs imperauit uentis/& mari/ipsam psecutionē/& pfidiam quiescere fecit: & pacē/ac quietē sibi electis cōcessit. Facta est aūt tranquilitas magna: quia postꝗ̄ principes/& potestates/per eoꝝ prædicationē ad fidem christi uenerūt: tanta requies ecclesiæ data est: ut etiam ipsi qui eam destruxerūt/propriis manibus reædificauerint. Et quāuis in mare fluctuaret/& procella excresceret: nō est demersa nauis/in qua dominus dormiebat: qa & si ecclesia potuit a diuersis psecutionibus cōturbari: nō tm̄ a fidei rectitudine dño gubernāte recedere: fundata enim erat supra firmam petram. De qua Apostolus ait. Petra autem erat christus. Quod autem in Apostolis/& uniuersa ecclesia

impletum est:solet moraliter fieri in quolibet sancto
uiro. Qui enim crucifigit membra sua cum uitiis/&
concupiscentiis:& cui crucifixus est mundus:& ipse
mũdo:christum in se habitatorẽ habet. Iesus nauim
ascendit:cum in mente uiri sancti habitat:dicente sa/
piẽtissimo Salomone. Aia iusti sedes est sapiæ. Cum
eni a uitiis/& peccatis subtrahere uoluerit:ut soli deo
uacare/& intendere possit/tẽtationes diaboli contra
se insurgere sentit:& eius psuasiones menti suæ con/
traire:& quo magis deo appropiquare uoluerit: eo
amplius inueniet q̄ durius portet. Qui enim pie cũ
christo uoluerint uiuere:prelecutiones patiuntur:in
exẽplo uidelicet Israelitaꝝ:q tunc durius afflicti sunt
a Pharaone:qñ per Moysen & Aaron ad terram re/
promissionis sunt ꝓuocati. Vnde nos/sapiens scilicet
Salomon/admonet/dicẽs. Fili accedens ad seruitu/
tem dei:sta in iustitia & timore:& præpara aiam tuã
ad tẽtationes. Iesus aũt dormit:qñ delectationes car/
nis ex tentatione diaboli cõtra mẽtem uiri sancti in/
surgere permittit. Sed cum ipse uir itelligit eadẽ ten/
tamenta/sua uirtute supare non posse:ad oipotentiã
dñi recurrit. Vñ & subditur. Et accesserũt/& suscita/
uerũt eũ/dicẽtes:dñe salua nos/pimus. Quia totis ui
ribus mẽtis/misricordiã dei iplorare/nõ cessant:dicẽ/
tes cũ psalmista. Exurge/q̄re obdormis dñe: exurge/
& ne repellas i finẽ. Et iteꝝ. Exurge dñe/adiuua nos.
& libera nos pp nomẽ tuũ. Et surgẽs impauit uẽtis/
& mari:qñ tẽtamẽta diaboli/cõtra mẽtem uiri sancti
surgẽtia cõquiescere facit:& eũ sibi libere seruire per/
mittit. Fit aũt tranqlitas magna:q ea quæ prius nõ
sine formidine obseruabat:postmodũ/sicut natura/
liter p bonã cõsuetudinẽ incipit custodire:dicẽs cum
psalmista. Declinate a me maligni:& scrutabor man
data dei mei. Sicq; trãsnauigato mari:& huius sæcu/
li fluctibus calcatis:ad portũ foeliciter puenit. De tali/
bus p ꝓphetã dr. Qui descẽdunt mare in nauibus:
faciẽtes opationẽ in aqs multis:ipsi uiderũt opa dñi:
& mirabilia eius in ꝓfundo. Ad mare descẽdũt.i.in
hoc sæculo:in nauibus.s.in aiabus/faciẽtes opationẽ
bonã:carnẽ suã cũ uitiis/& cõcupiscẽtiis crucifigẽ/
tes:& ad coelestia suspirãtes. In aqs multis.i.in popu
lo multo:iter quos manẽtes:in oibus se ꝓuident:ne
in aliquo maculẽtur. Sed sicut hõ in naui p mare na
uigans/nõ tangitur a mari:sic iusti in hoc sæculo/in/
ter populos habitantes/eoꝝ malignitatibus non ad/
hærent. Præstante domino nfo Iesu christo. Cui est
gloria/& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Feria.iiii.in capite ieiunii s̄m Matthæũ. Cap.VI.

IN ILLO Tempore:dixit Iesus discipulis suis.
cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Et
reliqua. Homilia.

VPERABVNDANTER Et
digne post sequẽtia ofonis/ieiunium
s cõmendauit. Cõueniens enim & cõ/
sequens est orationi ieiunium:& pro/
curat oratio ieiuniũ:uel iteꝝ ieiunium
orationem. Ideo Apostolus in quodam loco hoc si/
gnificans/ait. Vacate ieiunio/& orationi. Qualis aĩa
erit:quæ sic uoluntati carnis coniungitur:ut nõ ala/
cri deuotione ieiunet/& oret:qñ propter deũ utraq;
adimplet & perficit! Ideo & qñ ieiunatis/ait dñs:no
lite ieiunare ut hoibus appareatis ieiunantes:nõ pro/
pter humanam laudẽ/nec propter humanã gloriã:
nec propter uanã placendi cuiq̃ cupiditatẽ/quæ pte/
rit:sed cum ieiunatis/ex dilectione dñi ieiunate:pro/
pter uitam æternã ieiunate:propter regnum coeloꝝ
ieiunate. Cum aũt ieiunatis/per sanctoꝝ uiam pgite:
ipsius dñi uestigia sequimini. Sic & Moyses ieiuniũ
magnificans dicit. Ieiunaui.xl.dies/& totidem no/
ctes:panẽ non mãducaui/& aquam non bibi. Sic &
Elias æquale Moysi ieiunauit tps. Et illam magnifi/
cam uidit uisionẽ dei. Sic & Daniel ieiunans gloria/
tur/& dicit. Ego Daniel fui ieiunans per tres hebdo/
madas dieꝝ:panem desyderii non mãducaui:& ui/
num non bibi:& caro nõ introiuit in os meum. Sic
& illi tres pueri delitiosam contẽnentes mẽsam:legu
mina in ieiunio sumebant:& ita flãmas fornacis/p/
cincti uirtute fidei extinxerũt. Sic & illi bti.xii. Apo/
stoli assumpto a se post resurrectionẽ sponso/euan/
gelii prædicationem ieiunantes oi cõmendauerunt
mundo. Cum aũt ieiunatis (ait) o carissimi:ad spiri/
tualia conuertimini:ad coelestia eleuamini. Cum aũt
ieiunatis dæmones uincitis:oẽmq; classem illam ma
lignam retrorsum auertitis:mala desyderia effugatis.
Quãdo ergo alacriter ieiunatis:qñ instãter a diuersis
epulis syncære abstinetis:tunc non eritis sicut hypo/
critæ tristes/simulatores:uidẽtibus se hoibus mẽtien
tes:& non deo placere quærẽtes:exterminant facies
suas:ut appareant hoibus ieiunãtes. Duo itaq; mala
faciunt:Vnum q̄ tristes facies suas oñdunt:& qa nõ
uolũtarie ieiunant:propterea nõ hñt mercedẽ. Hila/
rem enim datorẽ diligit deus. Aliud aũt q̄ corã ho/
minibus se quod non sunt/esse fingunt:& humanæ
laudis lucra reqrunt:atq; uidẽtes scãdalizant:& sibi
æternum iudiciũ præparant. Tales erãt prius Iudæi:
tales & nũc sunt inumerabiles hæretici:qui sup alias
infidelitates/& irreligiositates/addunt & hoc ut ex/
terminent facies suas dum ieiunãt:ut colorent palo/
re uultus suos/& oculos suos:ut uidentes mirentur
quasi ueraces:& ut perspiciẽtes diligant/uelut pro ie/
iunio laborantes: honorent ẽt uelut discipulos dñi:
beatificent quoq; uelut hunc mũdum contẽnentes.
Ideo exterminãt facies suas hypocritæ isti/& isti icre/
duli:isti spe inanes q iam accæperũt mercedẽ suam/
illam breuissimã ab hoibus laudẽ/istam tẽporalem a
mortalibus adulationẽ. Sed super terram hanc hu/
manam accæperunt mercedẽ:de coelo aũt magnum
eos expectat iudicium:sicut deo & hoibus mentien/
tes. Attẽdite o carissimi ecclesiæ filii:ut nullus sit ta/
lis:ut nullus hoibus fingat:sed i ueritate deo seruiat:
sed alacriter eius legem pficiat:sed diligentissime eius
mãdata custodiat. Propterea ut æternæ uitæ merce/
dem ab ipso dño pcipere mereatur. Exterminant.n.
facies suas. Bñ dixit exterminãt:imaculatas maculãt:

incoinquinatas

incoinquinatas coinquināt:mundas fordidant:p/
pterea digna eos exterminatio in illo fæculo expecta/
bit. Tales funt.n.& aliquātæ mulieres:quæ album/
& nigrū & rubicūdum fuper facies fuas colorē indu
unt:quafi fapiētiores a plafmatore fuo:tanq̄ nō bñ
illum fecerit uultum:tanq̄ non prudenter ifta faciem
cōftituerit:huius creationis opus uelut emendare &
cōponere nō erubefcūt:& poft fabricatoris:manus/
fupaddere aliqd nō uerent. Mortuis coloribus uiuē/
tes facies fuas liniūt:ut uiuētes in mortē trāfmutent.
Ideo ut imprudētium euolare faciāt corda:ut minus
cautorū fubuertant aīas:ut multam pditionem ipfæ
fibimet parent. Ifta ergo oīa religiofæ & fidelis aīæ
fugere/& abhominare debent. Tu uero cū ieiunas (ait
dñs) tu deum timēs:tu fidē feruās/tu religiofitatem
adimplens. Tu ergo cū ieiunas:qđ fumpturus eras/
da nō hñtibus:quod tibi erogaturus eras / diftribue
pauperibus. Cū ieiunas non māducabis carnē huma/
nam impie agēdo:nō bibas uinum:ideft non bibas
fanguinē per crudelitatē:non fpires ficeram: hoceft
nō fpires adulationem:nec bilinguis fis in pditione
aīæ tuæ. Cū ieiunas marcefcit uēter tuus:ficcum effi/
citur os tuum:fed plus macilentum fit cor tuum:aīa
tua fit ab oī mala cogitatione fepofita. Attēde ne cō/
cipias dolores concupifcentiæ:fed hæc oīa mala de/
ponens:oīa indigna expellens/ficut ferñ & deo pla/
cens ieiuniū ieiuna:hilari aīo / & limpido corde ieiu/
na/& nō trifti uultu. Cum ieiunas (ait) unge caput
tuum:& faciē tuam laua:ut nō uidearis hoibus ieiu/
nare fed angelis/& oībus fanctis. Omnes occafiōes
abiiceut nō uidearis hoibus ieiunare:& faciē tuam
laua:ut non fit fordidus afpectus tuus. Et caput tuū
unge:ut nō indecorus uidearis:ut non cognofcant
uidētes q̄ ieiunas/& dicāt:ecce ille chriftianus / uide
q̄ triftis eft/quia ieiunat. Vnge caput tuū/& faciē tuā
laua. Et aliter unge caput tuum:caput tuum chriftus
eft:oīs uiri caput chriftus eft:hoc ergo caput tuū un/
ge:& hoc decora in oī tpe/maxime in tpe ieiunii. Vn
ge per fingularē charitatem:unge/& cōpone p pau/
perum mifationē:per egenorū eleemofynas. Per ifta
ergo unge caput tuū dñm tuum chriftum:ut dicat ti
bi qđ fecifti uni ex minimis iftis/mihi fecifti. Ita unge
caput tuum:fed faciē tuam laua. Oīs corpis gloria/
& decor/facies eft.i.afpectus/& uultus: fic & oīum
credētium qui funt unū corpus:afpectus/& gloria/
eft ecclefia & fanctitas altaris. Hanc itaq̄ laua/hoc eft
orna:laua/exalta/honora/glorifica:& hoc fac ad glo
riam/& exaltationē capitis huius corporis:quod eft
chriftus qui eft caput ecclefiæ. Etenim uere qui eccle/
fiam exaltāt/uel aliter honorificat/uel fanctos glori/
ficat:dño chrifto hoc facit. Ita ergo faciem tuā laua.
Et adhuc faciem tuam laua: hoc eft uifiōes aīæ tuæ:
afpectum cordis tui laua:mūda ab oī cōtaminatiōe/
ab oī caligine/ab oī erroris obfcuritate:ab oī infide/
litate/ab oī iniquitate ablue cor tuum Hierufalem/ut
falua fis. Ait quidam. Lauamini/mūdi eftote/auferte
iniquitates ab aīs ueftris:a cōfpectu oculorū ueftrorū.
Hanc faciem/& hunc afpectum lauemus o dilectiffi/
mi/limpidam & fine offenfione aīæ noftræ faciem
in oī tpe cōferuemus in cōfpectu dei/ut fimus limpi
di/& fine offenfa añ dñm fempiternū. Hæc itaq̄ oīa
facite:ut pater uefter qui uidet in occulto/reddat uo/
bis in manifefto/i illa manifeftatiōe de qua dicit Da/
niel. Et tūc prudētes fulgebunt ficut luminaria cœli:
& iufti atq̄ alii plures ficut ftellæ i æternum. Seqtur
adhuc. Nolite thefaurizare uobis thefauros in terra:
ubi erugo/& tinea extermināt. Et ubi fures effodiūt/
& furantur. Nihil in terra firmum:nihil tutum/nihil
ftabile. Oīa īfirma/oīa caduca/oīa tpalia:& oīa tran/
fitoria. Vita pertrāfit/iuuētus fenefcit / honor aufer/
tur/diuitiæ fugiūt uelut aliquis fugitiuus: diuitiæ ab
alio ad alium trāfeūt/meretricis more / oībus amorē
fingētes/& nulli fidem feruātes. Ideoq̄ nolite thefau
rizare uobis thefauros fup terrā:ubi nihil fidele / ubi
inimicitiæ propter pecunias: ubi zelus/& iracundia
pro cupiditatibus:ut frater/fratrem īuideat ditiorem
uidēs:alius alium circūuenire/& fubuertere p zelum
quærit. Vbi qui habet / & poffidet thefauros adhuc
inhiat ut cumulet ad rapinam:& paup ufq̄ ad mor/
tem tolerat neceffitatē. Nolite thefaurizare uobis the
fauros fup terram. Trāfit enim ifta terra:& ifte qui in
ea eft thefaurus:& anteq̄ terra ptrāfeat / ifti ptrāfeunt
thefauri:aut qui thefaurizat/moritur. Quid adiuue/
runt Pharaonem illi plures Aegyptii thefauri? nōne
repēte in maris profundo abforuus? Quid adiuue/
rūt Nabuchodonofor regem totius orbis pariter di/
uitiæ cōgregatæ/& in Babyloniam trāflatæ? Nōne
eliffus eft de throno gloriæ fuæ/& de medio hoium
fubito feparatus eft:atq̄ cum feris agreftibus deputa/
tus eft / feptē annis defertum habitāre præceptus eft.
Etenim tūc ille cōfilium audiēs beatiffimi Danielis
peccata fua eleemofynis ex parte redemit. Quid adiu
uit Balthafar filiū eius q̄ ipfe īnumerabiles poft pa/
trem fuum cōgregauit terrenas diuitias? Nōne per/
cuffus ftatim in eadem nocte periit? Quid dicemus
de aliis multis:qui illum fimulant? Quid etiam de il
lo de quo in euangelio fcriptum eft: Qui horrea fua
deftruēs/maiora ædificare quærebat:& quafi iā nō
effet fructum terra datura:fibimet ipfi ait:habes mul/
ta bona multis thefaurizata annis? Propterea ifte qui
colligebat/relictus illi/ablatus eft:& illa quæ remāfe/
runt ad alios fine dubio trāfierunt. Nolite thefauri/
zare uobis thefauros fup terram:hoc eft nolite fode/
re fenfus ueftros cum diuitiis in terra. Nolite recūde/
re cor ueftrum cū pecunia in pditione/quia multa pe
ricula ī terrenis funt thefauris:multa offēdicula fūt
in humanis diuitiis:aliquāta ab intro/aliquam a fo/
ris. Nam fures effodiūt māfiones: latrones obfidēt
in folitudinibus & ī defertis. Alii quāplures undiq̄
circūcunt quibuflibet modis irrūpere:alii præparant
flāmas/& immittunt incēdia / uidētes illos thefauros/
& hñtes:oī cōfilio eos deprædari excogitāt. Propte/
rea fup terrā nō uobis thefaurizetis thefauros peūtes
o cariffimi:fed thefaurizate uobis thefauros in cœlo:
ubi thefaurizauerūt fibi beati oēs dñm diligētes. Ibi
thefaurizauit fibi Habraā p hofpitalitatē:ibi thefau/

rizauit sibi Iob per egenorꝝ miseratione͂. Ibi thesau/rizauit sibi Samuel ꝑ iusta iudicia:ita & Dauid/oe͂sq; sci. Quorꝝ uestigia seque͂tes/ & uos oe͂s thesaurizate uobis thesauros in coelo: ubi neq; erugo/neq; tinea exterminat. Erugo extermiat.i. diuersoru͂ inuidia/ & isatiabilis cogitatio: & fures effodiu͂t/ & furant᷑ illi.s. iniq̃ssimi dæmones/ & mali angeli q inumerabiliu͂ corda effodiu͂t. Isti multos/ & magnos/ꝓciososq; thesauros furant᷑. Isti effoderu͂t ꝑ auiditate͂ cor Esau. Isti furati sunt cu͂ ꝑclaris thesaurorꝝ primitiis/cum bn͂dictionu͂ do͂nis. Isti effoderu͂t ꝑ auaritia͂ iudæ cor/ & huius apostolatus magnu͂ furati sunt thesaurꝝ. Propter qd? Quia no͂ thesaurizauit sibi thesaurꝝ in coelo: ubi isti supradicti fures no͂ effodiu͂t/nec furantur: sed sup terra͂ sibi thesaurizauit/ac ꝑꝑ pulchritudine͂ argenti/ totius uitæ dn͂m ue͂didit. Isti effodiu͂t & nu͂c multoru͂ corda/aliqua͂torꝝ ꝑ supbia͂/aliquantorꝝ ꝑ auaritia͂/ & cupiditate͂:aliorꝝ ꝑ ciborꝝ auiditate͂:uel cætera carnis desyderia. Quos oe͂s a coelestibus regnis furant᷑: Ideo qa in coelis no͂ thesauriza͂t spu͂alem thesaurꝝ/sed solu͂ in terra corruptibile desyderiu͂ imprudenter sibi thesaurizare festinant. Vos uero o dulcissimi ecclesiæ filii/in coelis uobis thesaurizate: ubi nequissimi fures no͂ appropriant: ubi ii maligni latrones no͂ effodiu͂t/ nec furantur. Ibi ergo thesaurizate uobis thesauros. Aliqua͂ti uirginitatis/ & munditiæ/ & castitatis: aliqua͂ti primitiarꝝ/ & misericordiarꝝ: aliqua͂ti ieiunii/ & oro͂nis. Oe͂s uero fide͂/misericordia͂/ & charitate͂ seruate: quæ sunt oium sco͂rꝝ gloriæ thesauri. Tales ergo thesauros thesaurizate uobis in coelo. Vbi sco͂rꝝ angelorꝝ circu͂stat chorus. Vbi archangelorꝝ pn̄s est multitudo. Ibi ergo thesaurizate uobis thesauros/ꝑ ꝑegrinorꝝ gustu͂/ꝑ miserorꝝ uentre͂:ꝑ ꝑegrinorꝝ susceptione͂/ꝑ indige͂tiu͂ largitate͂/ꝑ nudorꝝ indume͂tum. Isti sunt thesauri iustorꝝ: isti sunt thesauri salutis. Beati q sibimet thesauriza͂t. Paratu͂.n.hn͂t mercedis redditore͂/hu͂c magnificu͂ rege͂/ & dn͂m oium. Vbi.n.est thesaurus eorꝝ/ibi est & cor eorꝝ/siue in terra/siue in coelo: siue in corruptio͂e/siue in icorruptio͂e/siue in corꝑe/siue in spu͂. Vbi est thesaurus/ibi est & cor/ ibi & cogitatio/ibi & desyderiu͂. Illi au͂t q terrenis incuba͂t diuitiis/nulla͂ de coelestibus/ & icorruptibilibus uolu͂t oino he͂re cogitatione͂: nec illius boni memores esse: q͂m (ut dc͂m est) in terra sibi thesaurizant: & ibi est cor eorꝝ/ubi est thesaurus eorꝝ. Illi uero qui in coelis sibi thesaurizant: totu͂ cor suu͂/tota͂ me͂tem sua͂ in coelis hn͂t: ubi est thesaurus eorꝝ. Propterea dicu͂t. Nostra au͂t conuersatio in coelis est. Vn͂ expectemus dn͂m nr͂m Iesum christum. Cui est cum patre & spu͂ sancto/gloria/ & imperium in sæcula sæculorꝝ. Amen.

¶ Feria.vi.i capite ieiunii: s͂m Matthæu͂. Cap.V.

IN ILLO Tp͂e/dixit Iesus discipulis suis. Audistis/qa dc͂m est antiq̃s: diliges ꝓximu͂ tuu͂: & odio habebis inimicum tuum. Et reliqua. Homilia.

ICVT Illa alia ꝓcepta data eis fuera͂t in lege: sic & hoc. Sicut.n.ad dimittendas uxores/iussum fuerat/nec eas iterficere͂t: sic & ad odie͂dum inimicu͂/ma͂datu͂ fuit: ut & amicum non odissent. Concessa sunt autem ista populo illi ueteri/ adhuc rudi/ & ifirmo: q̃q̃ inimicus qui odio hn͂dus dr̃: iuxta subtiliore͂ intellectu͂/diabolus possit itelligi. Cæterꝝ in eua͂gelio qd᷑ lege ueteri lo͂ge excelle͂tius & ꝑfectius est: qd magister ꝑfectionis dicat/ audiamus. Ait.n. discipulis suis. Diligite inimicos uestros: bn͂dicite/maledice͂tibus uobis: bn͂facite & his/q oderunt uos: & orate ꝓ ꝑseq̃ntibus/ & calu͂niantibus uobis. Scd͂m lege͂ diliges ꝓximu͂ tuum: & odies inimicum tuum: & s͂m eua͂geliu͂/ & inimicu͂/ & ꝓximu͂ diliges. Diligite inimicos ur̃os. Imꝑfectione͂ legis/ eua͂geliu͂ adimpleuit: ifirmitate͂ eorꝝ q sub circu͂cisione era͂t/hi qui sub gr̃a sunt firmaru͂t: qbus uelut firmissimis/ & ꝑfectis uiris dn̄s hoc ma͂dabat/dice͂s. Diligite inimicos ur̃os. Vos mites/uos ma͂sueti/uos benigni/ uos imaculati: uos imitatores mei: uos me sequentes: uos diligite inimicos ur̃os: siue paganos/ idolorꝝ cultores/siue hæreticos ifideles. Isti sunt inimici ur̃i: isti su͂t ueritatis aduersarii. Istos ergo diligite: mala aduersus eos no͂ cogita͂tes: mala eis no͂ facie͂tes: nec aduersa eis optantes: sed diligite eos/ut ꝓximos: & eorꝝ errorem spernite: sicut abhominatione͂. Ita ergo diligite inimicos ur̃os: siue publicos/siue occultos: siue eos q intus sunt/siue eos q foris sunt. Oe͂s diligite: circa oe͂s benigni/ & mites estote: memores Dauid mansuetudinis. Reminiscimini beati imaculati ipsius inocentia͂: qu͂o pepcit Saul/ & dilexit eum: qu͂o pepcit Absalon/ & dilexit eu͂/cu͂ oibus inimicis suis. Sub lege.n. cu͂ ee͂t: lege͂ tra͂scendit/in eo ꝙ inimicos dilexit. Similemur bonitati eius: ꝓpterea ut possimus dicere cum eo/si retribui retribue͂tibꝰ mihi mala. Bn͂dicamus/ & maledice͂tes uos. Bn͂dicti (ait) estis: scificati estis: ꝓpterea maledictu͂ de ore ur̃o no͂ exeat: & prauus sermo de ore ur̃o no͂ ꝓcedat. Bn͂dicite: qa bn͂dictus ille in uobis habitat: bn͂dicite: qa ad bn͂dictionem uocati estis. Bn͂dicite maledice͂tes uos. No͂ eos spernentes/nec detrahe͂tes: neq; blasphema͂tes/qui dicu͂t uerbu͂ malum aduersum uos/mentie͂tes. Bn͂dicite maledice͂tes uos. Qui bn͂dicit: & bn͂dicet᷑ in eade͂ bn͂dictione. In ea qua alium benigne bn͂dicit: in ea seipm bn͂dicit. Si enim dignus est bn͂dictione/ille q bn͂dicit᷑: & q bn͂dicit/bn͂dicet᷑. Et si indignus est ille cui bn͂dicitis: sup eu͂ q bn͂dicit/co͂uertet᷑ bn͂dictio: & ille q bn͂dictus est/sine particula bn͂dictio͂is erit ꝓ idignitate sua. Bn͂dicite ergo maledice͂tes uos: bn͂facite his q oderu͂t uos. Priꝰ Eliseus ho͂ dei/exercitu͂ regis Syriæ se ꝑseque͂tis/a deo in ꝑta͂tem accepit/ad qd᷑ uoluisset: adimpleuit inimicis suis bn͂facere: nec eos deꝑdatus est: aut maligne aduersus maligna͂tes egit: sed cibu͂/ & potu͂ eis co͂cedens/ad ꝓpria remeare in pace sine læsione ꝑmisit. Ita (inquit) & uos bn͂facite his q oderu͂t uos. Bn͂facite in uerbo: bn͂facite in ope: bn͂facite benignitate cordis. Bn͂facite his q oderu͂t uos. Illis q a fide uos seducere quærunt/ & sca͂dalizare: & de pietatis/ & scitatis uia uos desydera͂t ꝑ errores iducere: uos bn͂facientes/ fide͂ eos insta͂ter/ueritate͂q; doce͂tes/fides/ & ueraces eos discipulos facere festinate: ꝑ doctrina͂ uitæ eos illuminate. Bn͂facite his q oderu͂t uos. Non detis ira͂/

per iram.

per iram. In necessitate cum uideris odiétem te: mise/
rere ei: in manus tibi si ceciderit: non in eo uim furo/
ris exerceas. In potestaté si habeas/noli uindicari: nõ
sis imisericors/neq; impius: sed bñfacite his q oderút
uos: & orate pro psequentibus & calúniátibus uos.
Sibi enim plus calúniant q̃ uobis: sibi enim plus no
cent q̃ uobis. Vos istam calúniam eoꝝ sup terrá tole/
rátes: æterná in coelis regem possidebitis: & ipsi pau
co tpe uos odientes/in sæcula infinita cremabunt in
inferno. Propterea orate/pro calúniantibus uobis: ut
ipsi a malis cessent: ut desinant ab impietate: & iudi/
cium cõdemnationis effugiát. Orate pro illoꝝ cõuer
sione/ & uŕa pace: illoꝝ remissione & uestra toleran/
tia. Hæc oia facite: hæc oia adimplete: ut sitis filii pŕis
uestri/q in coelis est. Vt sitis filii/nõ ſm substátiam ge
nerati diuiná: sed ſm ſcitaté digni effecti. Vt sitis filii
pŕis uestri hui⁹ benigni: huius boni/hui⁹ mitis/huius
patientissimi/ & misericordis: q oibus parcit/q oibus
ignoscit: qui oés uult saluos fieri: qui solem suú ori/
ri facit super bonos/ & malos. Hunc scilicet corrupti/
bilem solem/ & uisibilem: qué ab oriéte/usq; ad occi
dentem perambulare constituit: ad oém illuminan/
dum múdum/uel mortale hoc sæculú: ad omne ge/
nus carnale corruptibile radiádum: atq; uniuersis q
sub coelo sunt refulgendum: diuitibus/ & paupibus:
seruis & liberis: & mediocribus/atq; regibus: ut pi/
gros ad opa suscitet: uiatorib⁹ iter declaret: mala opa
uel futura/ & homicidia sua claritate fuget/atq; phi/
beat: ut rebus nascétibus prosit. Ad hæc ergo oia/so/
lem oriri facit corruptibilé: & fulgere mádat sup om
nem terrá inhabitátium bonoꝝ & maloꝝ. Sed non
minus illum spiritalé/ & incorruptibilé solem uerissi
mú iustum illum dulcissimú suum unigenitú: sanctú
suú filium: qui est sol iustitiæ: uerissimú lumen: hunc
oriri facit sup bonos & malos. Ita ergo solem suum
oriri facit benignissimus pater sup bonos/ & malos:
unigenito filio suo nõ parcens: sed pro oibus tradés
eum. Adhuc aút solem suú oriri facit: euágelii lumen
oibus mittés. Vel solem suú oriri facit sup bonos/ &
malos: benignitaté largiens/misericordiá faciens: oi/
bus prærogás pietaté/ & indulgétiam/atq; patiétiá:
ut pŕ de oibus curam gerés. Ideoq; pluuias de coelo
tribuit: & tempora fructifera ordinauit. Iccirco pluit
sup iustos/ & iniustos: ut pluuia bona largiendo/atq;
prærogádo/durissima corda/uel lapidea uel frigida:
atq; congelata/impfidia: fidei calefactione uiuificet/
& ad se conuertat: & pluuia moliat: quátum sibi spi/
ritales fructus offerant: ut sese diligant: ut sibi credát:
ut se colant: & sua mandata custodiant. Pluit super
iustos/ & iniustos: sine exceptione cunctis largitur: se
exceptione omnibus pariter consulit. Similiter super
iniustos pluit/sicut super iustos: & illorum uelut iu/
storum agros incrementari facit: & adhuc aliquo/
tiens melius peccatorum/q̃ iustorum. Sæpius enim
& cótumelias/ & tribulationes permittit accidere iu/
stis. Multis enim (ut scriptum est) tribulationes iu/
storum. Et icredulis/uel peccatoribus: & iniquis ip/
sis parcit: ipsos suffert: ipsos patienter tolerat: ipsis

facile psp era facit occurrere. Hoc aspiciens Hieremias
& uelut admirans/uel dolens dicit ad deum. Quare
uia iniquorum prospera est: & abundátes fiunt om/
nes hi exprobantes obprobriis? Propterea ut impie/
tatis/uel necessitatis excusationem non habeant/quo
dicant: secum non benigne actum in sæculo. Ideo in
die iudicii/iuste sine dubio plectentur in condemna/
tione. Nunc autem deus super bonos/ & malos/su/
per iustos/ & iniustos omnia largit: omnia bona in
cómune contribuit: & qui debuit digne coli: a malis
sæpe contemnitur: & eius præcepta non audiunt.
Ideoq; (ut dictum est) inexcusabiles erunt/in die iu/
dicii. Adhuc auté pluit sup iniustos doctrinæ corre/
ptionem/increpationem/cohortationem. Hæc pluit
super peccatores: propterea ut a peccatis tandem ab/
stineant: & unam cum iustis sectétur iustitiam: ut im
pietatem derelinquant/ & fidem assumát: ut a malis
cessent/ & bona diligant. Sic pluit super illos priores
peccatores Niniuitas: qui statim orantes/per oratio/
nem/hac pluuia sunt irrigati: & icrepatione ista cor/
repti: de peccatis illico se ad iustitiam cõuerterunt: de
imunditiis/ad munditiam: de pictate/ad pietatem: de
morte ad uitam. Sic pluit & primitus super filios is/
rael per legem/ & prophetas: & obaudire neglexerút.
Deinde in sequentibus cú cõminatione dicit ad eos.
Mandabo nubibus meis desuper: ut non pluant sup
eam pluuiam. Sic pluit sup oés gentes: & pluet usq;
ad cõsumationé sæculi/hác salubrem euangelii plu/
uiam: hác fructiferam apostoloꝝ doctriná. Beati aút
sunt/qui sitientes/hác suscipiút pluuiam: quia æter/
nam uitá sibi in hæreditatem acqrunt. Deinde hoc
ipsum in sequétibus dñs reiterans dicit. Si enim dili/
gitis eos/qui uos diligút: quam mercedé habebitis?
Nõne & publicani hoc ipsum faciunt? In oibus. n.
gentibus/in omnibus gñationibus hoium/quæ nõ
cognoscunt deum: hos a quibus diligútur/diligunt:
& qui se honorificát/ & qui sibi obsequútur: eis ipsis
obsequm exhibét. Si ergo nõ adiicitis uos sup illos:
si ergo nihil gloriosius illis/atq; benignius efficitis:
quá mercedé habebitis? Si enim diligitis eos/q uos
diligút solos: gentibus similes estis: quæ hoc ipsum
faciút. Nam fornicatores/fornicatores diligút: latro/
nes/latrones diligunt: ebriosi/ebriosos diligunt: oés
enim similib⁹ sibi iungunt. Si diligitis eos/q uos di/
ligút solos: bestiis/ & uolatilibus/et pecudibus simi/
les estis. Oia. n. ſm naturá cõiungunt sibi: uel cõgre/
gant. Oia ista sibi similia diligút: oésq; sibi similibus
iungunt. Si enim diligitis eos qui uos diligút solos:
quá mercedem habebitis? eádem ipsam quá et gen/
tes. Gentes. n. hoc ipm faciút: ppterea ipsa eadé mer/
ces utrisq; manet. Et si salutaueritis salutantes uos so/
los: quid amplius facietis? Nõne Ethnici hoc faciút:
salutationé/et uerbum pro uerbo reddétes? Vidétes
enim amicos salutare festinát: & subridétes aspectib⁹
ouanter & hilaribus oculis aspiciunt uos. Videntes
aút inimicos/deponunt uultum: uel alibi cõuertun/
tur: nec uidere suú inimicú patiunt: nec salutátem for
te resultare cõsentiunt: tanq̃ cõtrarium suæ uolútatis

æstimantes eum. Isti itaq; Ethnici/& Publicani/non
ꝓpter pietatẽ/& iustitiã:amicos sibi facientes:sed pp
lucra/& munera salutationem dãtes/se salutãtes salu/
tant. Sed uos/eos qui uos maledicũt/salutate. Illi di/
ligẽtes se/diligũt:& uos/odiẽtes uos diligite: nõ q̃si
in loquelæ dulcedine/sed i charitatis syncæritate:nõ
labioꝶ nitore/sed aiæ cãdore: ꝓpterea ut sitis ꝑfecti:
sicut & pr̃ uester coelestis ꝑfectus est. Nihil.n.apud
eũ minimũ/nihil inane. Estote ergo uos ꝑfecti:sicut
& pr̃ uester coelestis ꝑfectus est. Perfect⁹ uere:& i ea q̃
est circa homĩes charitate. Propterea.n.legẽ dedit:&
angelos oñdit:ꝓphetas suscitauit:nouissime uero fi/
liũ suũ misit:& ad redẽptionẽ ois hũani gñis dedit.
Estote ergo & uos ꝑfecti i fide:in religiositate/i beni/
gnitate/in misicordia. Estote ꝑfecti i uerbo/i ope/i to/
lerãtia/i fortitudine aiæ/in ea q̃ circa uos est charitate/
& simplicitate. Ista oia manifestius itimãs/& cõmen
dãs dñs/q̃ in seqntibus sunt assumẽs/dicit. Attẽdite
ne iustitiã uẽam faciatis corã hoib⁹/ut uideamini ab
eis:aliogn mercedẽ nõ hẽbitis apud pr̃em uẽm q in
coelis est. Pusillũ/& exiguũ æstimat̃ hoc/ab inobœ/
diẽtibus:pusillũ æstimat̃ hoc/ab iprudẽtibus. Dñs
uero sicut magnũ/hoc mãdauit/dicẽs: attẽdite dili/
gẽtius:attẽdite uigilãtius:attẽdite cautius. Quid at/
tẽdam⁹ o dulcissime dñe! Attẽdite ait/ne iustitiã ue/
strã faciatis corã hoibus: attendite ut nõ ꝑdatis hoc/
qd' factũ est/& opatũ ꝑ uos:attẽdite/ut nõ amittatis/
qd' datis. Si corã hoibus facis misicordiã/ꝑdis:si co
rã uidẽtibus das/nõ accipies mercedẽ. Propterea at/
tẽdite/ne iustitiã uẽam faciatis corã hoibus. Oẽ bo/
nũ/misicordia est:siue altare qs honorificet:siue tẽ/
plũ dñi muneret:siue sacerdotes dei exaltet:siue pau/
ꝑibus largiat̃:siue egẽtibus misereat̃. Oia hæc misicor
diæ opa iputant̃ faciẽti. Attẽdite aũt o dilectissimi/eã
iustitiã faciatis/nõ ad uidẽdũ hoibus. Nõ hoc dicit/
ut hõ nõ uideat:sed hoc dicit/ut tu nõ q̃ras/ut hõ ui
deat:ut tu nõ q̃ras/ut hoi placeas:ut tu non quæras
ab hoibus laudẽ. Nõ.n.hois miseris/aut hoi das:sed
deo das:sed deũ honorificas:deo cõicas/& fœneras:
siue.n.ꝑ altaris honorificẽtiã:siue ꝑ scõꝶ susceptio/
nẽ:siue ꝑ pauperꝶ eleemosynã:siue ꝑ egenoꝶ misa/
tionẽ/deũ honorificas:deo das:deo cõicas. Quære
ergo laudẽ ab illo cui das:& nõ ab hoie. Exige repro
missionẽ ab ipso cui cõicas:& non ab hoie. Si.n.pro
deo facis:noli q̃rere hoibus placere. Et si ut hoib⁹ pla
ceas/facis:noli deputare deo:noli q̃rere ab eo retribu
tionẽ:nõ postules a deo mercedẽ. Percepisti.n.mu/
nus tuũ:retribuit tibi hoium laudẽ:qbus placere uo/
luisti. Propterea mercedẽ nõ hẽbit iste talis/apud illũ
coelestẽ pr̃em. Attẽdite ne iustitiã uẽaꝫ/bñ ait uẽam.
Qui.n.paupis miseret̃:plus sibi metipsi miseret̃: qa
q pauperꝶ & ægenoꝶ miseret̃:suæ ipsius aiæ miset̃.
Attẽdite ne iustitiã uẽam faciatis corã hoibus/ut ui/
deamini ab eis:q hodie sunt:& crastino nõ sunt:qui
mõ laudãt:& post pusillũ ptrãseũt/& deficiũt de sæ/
culo. Quid diligis o hõ:qd gloriosum æstimas hoc/
ut sup terrã pusillo/& modico tpe lauderis:aut hoc/
ut in coelis in æternũ exalteris? aut hoc/ut corruptibi
libus/& mortalibus hoibus magnificeris:aut hoc/ut
ab illo icorruptibili deo/& scis eius ꝑtãtibus honori/
ficeris? Ideoq; hõ qũ facis misicordiam/simpliciter
fac:alacriter fac:pie fac:cum gaudio cũ humilitate fac.
Quãdo ergo facis misicordiã/ita fac/ita ꝑfice. Faciẽs
itaq; eleemosynã:noli tuba canere añ te: hoc est/noli
ꝑdicare/noli dicere:noli narrare: nõ placeas tibimet/
ipsi:nõ laudes temetipm:non eleues/nõ exaltes te in
corde tuo. Noli ergo tuba canere añ te. Sicut hypo/
critæ q aliud simulãt:& aliud hñt in corde. Qui oñ/
dũt figurã religiositatis/& uirtutẽ abnegãt:q nec ip/
sis miseris misent̃:sed se potius laudãt. Nec pœnitẽ/
tibus cõdolent:sed sibi homium reqrũt laudẽ. Talis
fuit ille pharisæus/q sibimetipsi placẽs: aiæ suæ ce/
cidit in elationẽ/tuba canẽs añ se:& ea ꝑdidit/quæ se
fecisse putabat:& maiorẽ adhuc culpã icurrit. Tales
sunt oẽs hi/q in oculis hoium placentes/ꝑ inanẽ ia/
ctãtiã sibi bona opa facere uident̃. Hi ergo oẽs ꝑcæ/
perũt mercedẽ suã. Qui mercedẽ ab hoibus ꝑcipiũt:
ab oium dño deo nullã hẽbunt mercedis retributio/
nem/eritq; ab oi honore extranei. Ita (inqt) faciente
te misicordiam: nesciat sinistra tua qd faciat dextera
tua. Ita.n.age occulte tribuas/& secrete largiaris:ut si/
nistra manus nõ sentiat/quod dextera facit. Quãdo
dexterã manũ ad eleemosynã tendis: nesciat sinistra
tua qd faciat dextera tua. Quãto ampli⁹ hic cælas:tã/
to amplius illic honorificaris/& exaltaris. Sic.n.ait/
occulta:sic.n.abscõde:ut ẽt teipm si possis occultes:
& tibiipsi abscõdas:ut nõ sciat sinistra tua/siue car/
naliter tibi cõiuncti/siue illi ministri/q foris sunt:hoc
est icreduli/& ifideles/q deũ ignorãt: & a dextera se/
parant̃. Isti nesciãt:isti non sentiãt:istis nõ idices:istis
nõ ꝑdices/ut nõ te culpẽt:nõ te accusent:nõ q̃si ela/
tũ iactẽt:sibi placẽtes dicãt/& pp hoies/nõ pp deũ te
hæc facientes. Sed adhuc nesciat sinistra tua. Sinistra
ista/oia mala opa sunt:oiaq; q̃ maligne aduersantur.
Dextera uero ois iustitia:oia bona:oia casta/in oi sci/
tate cõgregata. Quãdo ergo facis eleemosynã:dexte/
ra fac: hoc est ex his dextris: ex his caste coadunatis:
ex his iuste collectis. Et sinistra nesciat:hoc est nullus
mistroꝶ:nullus maloꝶ lucroꝶ:& nulla idignaꝶ cõ/
gregationũ sinistra appropiẽt tibi:nõ admiscẽt̃ elee/
mosynæ/aut oi bono opi tuo:ut nõ coignẽt oia: ut
nõ abhomiabilia faciãt cũcta. Ita ergo nesciat sinistra
tua/qd faciat dextera tua/de oibus supiorib⁹ dictis:ut
sit eleemosyna tua i occulto/i abscõdito cordis tui:i
occulto aiæ tuæ:& adhuc i occulto coelestiũ thesau/
roꝶ:hoc occultũ cordis nõ pibit. Fac ut custodita mi
sericordia nõ ꝑeat unq̃. Illud aũt qd' publice eiicit̃ ad
uidẽdũ hoib⁹:tale est/q̃le illud/qd' circa uiã iactatum
cecidit semẽ. Facile perit:facile diripit̃:facile cõculca/
tur. Tua aũt eleemosyna sit in occulto:ut pater tuus/
qui uidet in occulto/& qui manifesta/latentia ꝑspi/
cit:qui oia nouit:cuncta scrutatur:qui scit oia anteq̃
fiant:& cuncta requirit. Iste ergo pater reddet tibi in
palam. In quali manifestatione! In illa irrepræhen/
sibili manifestatione/inenarrabili decore:in illa inde/
ficienti luce: quando sedebit unigenitus eius super
thronum

thronũ regni sui:& retributurus est oĩbus praecepta sua implentibus aeternã mercedem. Cui est gloria/ & imperium in saecula saeculorum. Amen.

❡ Dñica prima. xl. sm Matthaeum. Cap. IIII.

IN ILLO Tpe: Ductus est Iesus in desertum a spiritu: ut tentaretur a diabolo. Et reliqua. Homilia.

s

CRVTAMINI Scripturas/ ut & in his quae putant eẽ simplicia: reppiatis nõ minima sacra. Scrutemur principiũ euangelicae lectionis: quã hodie audiuimus;: ut id qd' latebat in mediũ ꝓcedat. Adduxit (ait) diabolus Iesum in Hierusalẽ. Hoc icredibile est: ut diabolus filiũ dei duceret: & ille sequeret. Seqbat plane q̃si athleta ad tẽtationẽ ꝓficiscens: nõ formidabat tẽtantẽ: neq; insidias callidissimi hostis ꝑtimescebat. Sed quodãmõ loqbat: Duc quo uis/ tenta ut placet ad tẽtandũ sponte me tribuo me in qbuscũq; tentaueris ꝓbeo: qd' suggeres sustinebo: i oĩbus me iuenies te fortiorẽ oĩo. Adduxit ergo eum in Hierusalẽ/ & dixit: mitte te deorsum. Adduxit & sup culmẽ. i. tẽpli sũmitatẽ statuit: hortans ut se praecipitaret. Quod q̃a ille fraudulẽter ꝓponeret/ & sub gloriae ostentatione/ saluator diaboli neqtias cognoscẽs: rñdit. Nõ tentabis dñm deum tuũ. Simultatẽ lector cõsydera: qua dñm diabolus tẽtat. Alium/ de eum tentare non praesumit: nisi de diuinis liberis. Nam de psalmis sumens testimoniũ: ait. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptũ est enim qñ angelis suis deus mãdauit de te: ut in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Vñ diabole scripturã sacram nosti? nunqd ꝓphetas legisti: uel diuina eloqa cognouisti? Licet tu taceas: ego pro te rñdebo. Legisti nõ ut ex lectione sancta melior fieres: sed ut de simplici lra: eos q amici sunt literae iterficeres. Scis q̃a si loqui uolueris de uoluminibus aliis/ nõ decipies: neq; litterae poterũt authoritatẽ tuam afferre. Sic legit scripturas Martion/ sic Basilides/ sic Valentinus. Vt cum diabolus diceret Saluatori. Scriptum est/ q̃a angelis suis deus mandauit de te: ut in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Si qñ de scripturis testimonia audieris: uide ne statim acquiescas: loquẽti: sed cõsydera illum caute: cuius sit uitae/ & cuius uolũtatis/ cuiusq; sniae: ne forte simulet se scm̃ eẽ: cum nõ sit: & ueneno infectus haereseos: sub ouina pelle lupus lateat: & in eo de scripturis loquat diabolus. Quõ aũt loquat de scripturis pro occasione temporꝫ diabolus. Sic ecõtrario/ pro eorꝫ humilitate qui audiũt: nõ solum de scripturis sanctis: sed ẽt de saecularibus libris assumit testimoniũ Paulus sic inquiẽs. Cretenses malae bestiae/ uentres pigri/ semp mẽdaces. Et de alio rursus. Ipsius enim & genus sumus. Nec nõ & de comico. Corrũpunt mores bonos colloqa mala: sed neq; si diabolus de scripturis locutus fuerit: me decipe hac occasione poterit. Neq; si Paulus de libris gentilibus aliqñ exẽplum sumpserit: a suo eloquio me deterrebit. Ideo cũ Paulus assumpsit uerba/ ẽt ea quae sons sunt: ut sanctificet ea. Videamus ergo qd de scripturis diabolus dñm loqtur. Scriptum est q̃a angelis suis deus mãdauit de te: & in manib⁹ tollent te & c̃. Vide qũo testimoniis ẽt in ipsis apparet/ sic est uersipellis. Vult enim imminuere gloriam saluatoris: q̃si angelorꝫ saluator indigeat auxilio: offensurus pedẽ: nisi eorꝫ subleuent manuum suffragio. Assumit testimoniũ: & iterpretat illud de christo: qd de sanctis gñaliter scriptũ est: non de illo. Libere q̃ppe diabolo & ex tota cõscientia cõtradico: super ꝑsona christi hoc nullatenus posse itelligi. Neq;. n. angelorꝫ auxilio indiget: q maior est angelis: sed & melius ipsis haereditatis nomẽ cõsecutus est. Nulli unq̃ angelorum dixit deus: filius meus es tu: Ego hodie genui te. Ad nullũ ergo sic est locutus: ut ad filiũ. Qui facit angelos suos spũs: & ministros suos flãmam ignis. Sed ad filiũ ꝓprie suũ de quo in ꝓphetis mirabilia loquit. Nunq̃ angelorꝫ auxilio dei filius indiget: quin potius discede diabole: q̃a nisi Iesus adiuuerit angelum/ offendet pedem suũ. Sed siqs angelorꝫ offendere uisus est: de qbus dudum ꝑ Paulũ/ q̃a angelos iudicabimus/ dcm̃ est. Ideo offendit: q̃a manũ suam ad Iesum nõ extendit: ut apphensus ab eo/ nõ offenderet. Quãdo. n. aliqs in ꝓpria uirtute & fide nõ inuocãs ꝓsidium Iesu: offendit & corruit. Tu quidem diabole ꝓpterea ut fulgur cecidisti de coelo: q̃a credere in Iesum christũ noluisti. Vt aũt scias a te male iterpretatũ/ nõ de christo/ sed de sanctis esse itelligẽdum: quae sequunt ausculta. A ruina & daemonio meridiano nõ Iesum christũ liberat deus: sed sanctos. Lege. xc. psalmũ cuius est principiũ. Qui habitat in adiutorio altissimi & c̃. Et iuenies magis haec iusto uiro cõuenire: q̃ dei filio. Cadent a latere tuo mille: & decem milia a dextris tuis: ad te aũt nõ appropinquabit & reliqua. sup ꝑsona iusti iterpretari. Sed haec sic peruerse assumẽs testimonia diabolus: & assereret ea sup saluatore itelligi: quae de iustis dicebant. Silet & transit uersiculos: q cõtra se scripti sunt. Cum haec dixisset: Angelis suis mãdauit de te: & in manibus tollent te & reliq̃. tacuit illud qd' seqt. Sup aspidẽ & basiliscũ ambulabis: & cõculcabis leonẽ & draconem. Quare ista diabole siles? nisi q̃a tu es basiliscus/ tu es oĩum serpẽtiũ regulus: nocẽtiora hñs uenena q̃ caeteri? q statim ut uideris aliquẽ: iterficis. Scis & aliã fortitudinẽ esse cõtrariã/ sociam tuã/ quae aspis appellat: & uiro iusto subiecta est. Icciro oĩa taces. Tu es ergo draco: tu es leo: de qbus scribit. Sup aspidẽ & basiliscum ambulabis: & cõculcabis leonẽ & draconẽ. Sed licet tu taceas: nos q rectius legim⁹ scripturas/ scimus cõculcãtem hr̃e nos ꝑtãtẽ: Et hãc nobis datã ditionem nõ solũ in ueteri testamẽto (sicut nũc cantat in psalmo) sed ẽt in nouo: saluatore dicẽte. Ecce do uobis ꝑtãtem calcãdi sup serpẽtes & scorpiones: & sup oẽm uirtutẽ inimici: & nihil uobis nocebit. Sumamus igitur arma tanta potestate firmata: & faciamus uniuersa: ut per nostram conuersationem/ leonem cõculcemus & draconem. Porro ut scias quomodo cõculcetur leo/ & cõteratur draco/ lege epistolam Pauli in qua asserit a peccatore conculcari filium dei. Sicut ergo qui peccator est: conculcat filium dei: ita

econtrario qui iustus est:cōculcat leonē/& draconē/& oēm uirtutem inimici:in noie Iesu christi. Cui est gloria/& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Secundum Lucam. Cap. IIII.

IN ILLO Tpe:Iesus aūt plenus spiritu sancto reuersus est ab Iordane. Et reliqua. Homilia.

i

N ACTIBVS Apostolorꝝ de apostolis scribiť q̄ repleti fuerint spū scō: tñ cognosce q̄a ſm mēsurā uasculi sui. Et qū o(uerbi grā)si uolumus dicere hæc uasa plena sunt uino/uel oleo:nō statim idicas q̄ æquali mensura plena sint. Siqdem aliud sextariū cape pōt aliud amphorā:aliud urnam: eodē mō & Iesus/& Paulus pleni erant spū scō:Sed multo uas Pauli minus erat uase Iesu: & tñ erat ſm mēsurā suā utrūq̄ cōpletū. Accepto itaq̄ baptismo/Saluator plenus spū scō:q̄ sup eū in spē columbæ de coelis uenerat:ducebať a spū. Quoniā.n.quotquot spū dei aguntť hi filii dei sunt. Iste aūt extra oēs ꝓprie filius erat dei. Et ideo oportebat spū scō duci. Siqdē scriptū est. Ducebať aūt a spū q̄draginta diebus & tētabať a satana. Tētať dñs meus Iesus:& q̄ fuerint tentamēta nescimus. Quæ ideo forsitan ꝑtermissa sunt/q̄a maiora erāt q̄ ut lr̄is traderenť. Et si/sic oporteret dicere. Sicut mundus cape non poterat oēs libros:si scripta fuissent quæ docuit/& fecit dñs meus Iesus. Sicut.xl.dierꝝ tētationes q̄bus tētatus est a diabolo: mūdus ferre nō poterat/si scriptura docuisset. Sufficit nobis hoc tñ scire qđ.xl.diebus in deserto fuerit: & tētabať a diabolo: & nō comederit q̄ppiā in diebus illis. Mortificabat enim sensus carnis iugi continuoq̄ ieiunio:& cū cōpleti eēnt dies esuriit. Dixit āt ei diabolus. Si filius dei es:dic lapidi huic. Cui lapidi? Vtiq̄ quē mōstrat diabolus:quē uult panē fieri. Quæ nā est ista tētatio:ut rogato pr̄e a filio panem: nec dāte lapidē. Iste q̄si uersipellis & fallax det lapidē pro pane. Hoc est oē qđ diabolus uoluit & lapis panis fieret:& nō pane hoies sed lapide uescerēť quē diabolus ꝓ pane mōstrabat. Ego puto q̄ usq̄ hodie lapidē diabolus ōndat. Et hortať singulos ad loq̄ndū dic ut lapides isti panes fiāt. Oī tētatiōe qua tētādi erāt hoies prius ſm assumptionē carnis tētatus est dñs. Tētať aūt ob id ut nos quoq̄ illo uincēte,uicamus. Obscurū sit forte qđ dico nisi manifestius exēplo fiat. Si uideris hæreticos dogmatū suorꝝ mēdaciū ꝓ pane comedere. Scito lapidē eorꝝ eē sermonē quē monstrat diabolus. Neq̄ uero existimes unū eū hr̄e lapidē. Habet plures lapides de q̄bus a Matthæo ītroduciť loquēs. Dic ut lapides isti panes fiāt. Dixit Martion. Et lapis diaboli ei factus est panis. Dixit Valētinus. Et alius lapis ei est uersus in panē. Et habuit Basilides eiusmodi panē & cæteri hæretici. Vñ solicite ꝓuidēdū ē ne forte diaboli panē comedētes putemus nos panē uesci dei. Alioq̄n q̄ erat tētatio de lapide panē fieri/& a Saluatore comedi? Fingamus.n. q̄ diabolo ꝓponente dñs lapidē in panē uerterit. Et id qđ uirtute sua ipse fecerat comederit ut satiaret esuriē. Quæ nā eēt ista tētatio? q̄ uictoria diaboli si hæc

simpliciter scriberenť. Vt diximus qua rōne ꝓspecta & ōntationē ōndūt fuisse si fierēt:& uictoriā/q̄ cōtēpta sunt fore. Simulq̄ mōstrať istū panē q de lapide sit nō esse uerbū dei qđ pascit hoiem:de quo scriptū est. Nō in pane solo uiuit hō:sed in oi uerbo qđ egrediť ꝑ hos dei uiuit hō. Rñdeo tibi uersipellis & neq̄ q me tētare nō metuis. Alius est panis ſmōis dei q uiuificat hoiem. Simulq̄ uideamus q̄ hæc loquiť non filius dei sed filius hois: quē filius dei dignatus est assumi? Quasi hō.n.rñdit & dicit. Scriptū est:nō in solo pane uiuit hō. Ex quo manifestū ē nō deū sed hoiem nō fuisse tētatum. Scriptura sensum diligēter euētilās/reor īuenire me cām q̄re Ioānes tētationem dñi nō descripserit:sed tñ Matthæus/Lucas/& Marcus. Ioānes.n.q a diuinitate exordiū fecerat dicēs. In principio erat uerbū:& uerbū erat apud deū:& deus erat uerbū. Nec poterat diuinæ ḡnatiōis ordinē texere:sed tm̄mō qđ ex deo & cū deo eēt exꝑsserat/adiecit. Et uerbū caro factū est. Et porro q̄a deus tētari nō pōt de quo egerat ſmo/ideo tētari illū a diabolo nō itroducit. Quia uero liber ḡnatiōis in Matthæo euāgel. Iesu christi narrať hoiem: q natus fuerat ex Maria. Et i Luca ḡnatio eius describiť/& in Marco:hō est q tentať ꝓpterea eius ferť similiter rñsum/nō in solo pane uiuit hō. Si igiť filius dei hō factus est tētať. Tu q nā hō es nō debes idignari si forte tētaris:q̄ si tentatus illū imitat⁹ fuisses hoiēʒ q ꝑꝑ te tētatus est & oē uiceris tentamētū. Hēbis spē cū eo q tūc hō fuit. Nūc aūt hō eē cessauit. Nā q quōdā hō erat:postq̄ tētatus est & recessit ab eo diabolus usq̄ ad tp̄s/mortis subiacet. Iste qui nequaq̄ moriť iā non est homo/sed deus est. Si aūt deus est qui quōdā homo fuit:& oportet te similē illi fieri. Quādo similes ei fuerimus & uiderim⁹ eū sicuti ē:te quoq̄ necesse est deū fieri i christo Iesu. Cui est gloria/& ipiū in sæcula sæculorꝝ. Amē.

¶ Feria.ii.post.p.dñicā.xl.ſm Matthæū. Ca. XXV

IN ILLO Tpe dixit Iesus discipulis suis. Quū uenerit filius hois i maiestate sua/& oēs angeli cū eo: tūc sedebit sup sedē maiestatis suæ. Et reliq̄. Homilia.

i

tia atq; gemitibus uel suspiriis ad dñm. Si.n. primo
depcabat & orabat: ieiunabat & hūiliabat se: ut ab i/
mūditia maligni liberaret: quāto magis debet & pru
dens (ut dixi) aia/postmodū depcari dñm: & humi/
liare se ei: & ieiunare uigilāter: & alacriter in bonis p/
seuerare: ut spûs sci auxiliū & illuminationē mereat:
atq; regi coelo℞ pticeps efficiat : & in amicitia quoq;
dñi suscipi mereat? Ita fiet ut nec amplius in ea mali/
gni spûs habitationē inueniāt: neq; accessum habeāt
ad eā: sed scō℞ angelo℞ custodia circundet : & scō℞
oium pfum pcibus roboret. Quā multos uidimus
dei misericordia subleuatos: mūdatosq; & purifica/
tos: orātes & ieiunātes: postmodum aūt uanitate/ &
negligētia/securitate & epulis & luxuria atq; opibus
& extollētia male deceptos/ & dure humiliatos: non
simplicē tm̄: sed multiplicē sup aiam suā maligno℞
spirituū induxisse molestiā? Qui cū ingrederent/ha/
bitauerūt illic: & sibimet loca uēdicauerūt in ipsis: &
ita fiunt nouissima huius aiæ peiora prioribus. Hoc
uidēs & sciēs dñs/p occasione Iudæo℞: oēs instruit
uigilare/ & attēdere sibi. Iste.n. iniqssimus & imun/
dus/malignus/oium cōtrarius diabolus: nō dormit
neq; sōno pmit: sed semp circuit sicut Leo rugiēs q/
rens quē deuoret. Vtiq; qñ unū glutierit/ quærit &
alte℞: qñ p unū ingredit: enitit ut & p alte℞ igrediat
in quo habitet. Per furtū ambit & p falsitatē: p forni/
cationē quoq; & homicidiū: uel p qdlibet opus pctī
minutissimi: ut inde ad maiora pctā pducat: & dete/
riora efficiat illa nouissima hoium sibi obœdientiū:
& suā faciētiū uolūtatē. Nos uero in uirtute attēda/
damus et uigilemus: et sobrii simus/et instāter dñm
depcemur: ut nos ipse custodiat/et ptegat: qtenus iste
iniqssimus et imūdus spûs diabolus: neq; in pusillo/
neq; in magno/nras aias decipiat: sed dñi misicordia
& de illis prioribus malis nos liberet : & a deteriori/
bus nouissimis eruat atq; cōseruet: ut mūdo corde: et
limpido aio cū scis eū laudemus. Hoc.n. dño accæ/
ptabile et placitū: et in oibus & in nobis est : oibusq;
posteris usq; in finē sæculi. Loquēte ista ad synago/
gæ populū dño: ecce mr et fratres eius stabant foris/
quærētes loq cū eo. Mater eius/sapientissima scilicet
Maria: illa magnifica et gloriosissima uirgo : illa mi/
rabilis dñi genitrix : illa a pře electa: illa ab unigenito
scificata: illa a spū scō illuminata: illa ab angelis dile/
cta: illa ab oibus fidelibus magnificata et beatificata
mr dñi: q facta oi hūanæ creaturæ renouatio: reparā/
dæ salutis donū: et uitæ mediatrix. Ista ergo mr dñi:
ista beatissima: et dei unigenitrix mr digna uirgo Ma
ria: stetit foras cū fratribus eius. Bñ attēdit ista Euan/
gelista/q nō dixerit cum filiis suis: sed fratres eos dñi
appellauit: nec filios dixit Mariæ. Sicut.n. dñs/aliam
mrem nō hēbat: nisi hāc solā beatā Mariam: sic ista
magnifica uirgo maria aliū filiū nō hēbat: nisi istum
admirabilē dñm meū Iesū christū. Virgo.n. genuit:
& uirgo

& uirgo permansit. Quomodo ergo fratres eius ap/
pellantur: cum non sint beatæ Mariæ filii? Sed no/
tissimum est sacræ scripturæ seriem omnes propin/
quos fratres solere appellare. Erant siquidem istius
uirginis matris domini consanguinei: ac per hoc ẽt
domini sm dispensationem carnis assumptæ / fra//
tres. Venerunt igitur ad eum: sed uenientes foras ste/
terunt. Fortasse hoc prudenter sancta Maria dispen/
sante factum est. Audiens enim ꝙ dominus doceret
turbas: & lumine uitæ omnes illuminaret: atq; ne/
cessaria medicamina pro salute cunctorum menti//
bus humanis infunderet: salutiferosq; doctrinæ ci/
bos animabus exhiberet singulorum: suæ pruden/
tiæ decorem seruans / foras stetit: ne aut audientes tar
daret: aut a gloriosis doctrinis dominum aliquan/
tulum impediret. Sed ea foris prudenter (ut dictum
est) stante: quidam in adulatione / uel ficte & tanquã
domino placere uolens: uel huic magnificæ Mariæ:
cum prompta audacia / magis autem & cum magna
confidentia dicit ad dominum: Ecce mater tua / &
fratres tui foris stant / quærentes loqui tecum. O stul
te / o imprudens: illi foris steterunt: ut illam uitæ do/
ctrinam in nullo impedirent: ne coelestem admoni/
tionem aliquatenus retardarẽt: & tu o homo in me/
dio populorum cõuentu: inter audientium turbas:
& domino syncera mente intendentes: atq; præce/
pta uitæ desyderantes / & suauiter suscipientes: audi/
tum tardare non timuisti: uerbum proferre non du/
bitasti: ideoq; & sic audis. Quæ est mater mea: & qui
sunt fratres mei? Adulari quærebas: placere festina/
bas: illud quod erat correctionis / non consyderabas:
ideoq; pro his te arguo / pro illa te increpo. Quæ est
mater mea? Non enim matrem abnego: nec genitri/
cem exhorreo: neq; meæ sanctitatis matrem dignam
uirginem Mariam despicio: sed tuam imprudẽtiam
corripio. Quæ est mater mea? Prout diceret: tu quis
es qui matrẽ mihi & fratres profers: q me de carnali
admones parẽtela: & de humana ꝓpinquitate cõme
moras? Nullus. n. mihi (ait) parens qui deum igno/
rat: nec mihi quisq̃ hõ amicus / qui incorruptibili pr̃i
non fuerit amicus. Quæ est mr̃ mea: & qui sunt frẽs
mei? Et extẽdens manum sup discipulos suos ait. Ec/
ce mater mea & fratres mei. Mater mea: sicut spãliter
me in aĩam suam portãs: sicut singulariter me suo di
ligens itellectu: & frẽs mei: q meo credũt patri coele/
sti: q me unigenitum peperũt: & ut patris filium di/
ligunt: indubitãter ẽt me sequentes: uel hũc mũdum
pp me cõtemnẽtes. Ita ergo ait mater mea / & fratres
mei / hi sunt uerissimi mei discipuli: de quibus dico
ad patrem: narrabo nomen tuum fratribus meis: in
medio ecclesiæ laudabo te. Et non tm̃ isti: sed & om/
nis qui fecerit uolũtatem patris mei / qui in coelis est:
hic meus frater / soror / & mater est. Nec in istis duo/
decim ait / hanc specialem teneo parentelam: & non
his tm̃ duodecim coelestis patris promissionem: sed
in omnibus credentibus & desyderãtibus uitã æter/
nam. Consyderemus diligentius o dulcissimi mei:
ut nullus huius gratiæ alienus sit: ut nullus coele/
stis huius beniuolentiæ indignus efficiat: ut ab hoc
domestico bono nosmetipsos nõ excludamus: neq;
adoptionis huius beneficia perdamus: uel ne laua/
crum regenerationis in aliquo polluamus: quatenus
(ut dixi) tantæ dignitatis digni inueniamur: & re/
gni eius promissam hæreditatem percipere merea/
mur. Præstante domino nostro Iesu christo: Cui est
gloria & imperium cum patre & spiritu sancto in sæ
cula sæculorum. Amen.

℄ Dñica secunda in. xl. sm Matthæum. Cap. XV.

IN ILLO Tempore: Egressus Iesus / secessit in
partes Tyri / & Sydonis: & ecce mulier cananæa a
finibus illis egressa / clamabat dicens ei. Miserere mei
fili Dauid. Et reliqua. Homilia.

d OMINVS Noster Iesus Christus
fratres charissimi criminum fastigia di
straxit: ut nullus uitam suam etiam in
extrema constitutus ætate desperet.
Nec dicas itra te: peccaui / quid faciam?
Habes mirabilem medicum / qui resecat morbum: &
sanat omnem langorem. Habes (inquã) medicum:
qui adest gemitibus: & nutu suo imperat sanitatem.
Et ante / de improuisa materia te finxit: & uiuificauit
ut esses. Nunc ergo te facto / & nutrito poterit tui ob/
liuisci? Non erat ante homo: & figurauit illum ex li/
mo. Requiris forte quali arte? Nescio plane ego: ipse
nouit artem suam deus. Nunquid uõ eras terra? sed
accipiens partem terræ potẽs ille opifex: & fecit prius
corpus tuum: in quo disposuit / & distinxit uaria mẽ
bra: id est manus & pedes. Caput etiam / in quo sunt
oculi / aures / os / & odoratus. Frontem quoq; / & ge/
nas: & reliqua membra inferiora. Ille ergo artifex: qui
sic te proprio finxit arbitrio: non poterit tua auferre
peccata? Noli sensus eius rimari: noli nodos exami/
nare uirtutis. Noli quærere quomodo facit: sed mi/
rare facta. Sed dicis / feci peccata multa & magna. Et
quis est hominum / qui non peccet? Tu dic. Erraui
super omnes homines: sufficit tibi in sacrificio ista cõ
fessio. Dic tu prior iniquitates tuas / ut iustificeris. Co
gnosce te / quoniam peccator es: habe tristitiam cum
conuertens: esto ac si desperatus & moestus: sed & la
chrymas cõpunctus effunde. Nũquid aliquid aliud
fuit in meretrice: q̃ lachrymarũ effusio? Et ex hac pro/
fusione inuenit præsidium: & accepta fiducia ac/
cessit ad fontem misericordiæ dominum Iesum. Sed
ueniamus ad causam. Quid ergo euangelista? Et in/
de transiens Iesus: uenit in partes Tyri & Sydonis:
& ecce mulier cananæa. Mira res o Euangelista. Et
ecce mulier. Caput peccati: arma diaboli: expulsio pa
radisi: delicti mater: corruptio legis antiquæ. Et ecce
mulier / ueniebat ad dominũ Iesum. Mulier cananæa:
mulier alienigena / de gẽtibus nouella plãtatio. Mirũ
negocium. Iudæi fugiũt: cananæa sequitur. Domestici
derelinquũt: alienigena hæret: iungere & ꝓximare cœ
pit. Et ecce mulier de finib⁹ illis egressa / clamabat di/

tens. Miserere mei dñe fili Dauid. Mulier haec Euāgelista efficit. Probauit.n. diuini consilii sacrm: qm & diuinam uirtutem obsecrat: & carnis naturam confitetur/dicens. Miserere mei domine fili Dauid. Considera pulchram mulieris mentem: uide quid dicat. Non est bonum (inquit) in actibus meis: non mihi de cōuersatione iustitia: ad misericordiam confugio: ubi nō sedit/nec requiritur locus saluandi. Et quomodo ausa est mulier/legis ignara/tam iniqua/sic abrupte accedere ad fontem salutis? Nō petiit Iacobū: non rogauit Ioānem: non accessit ad Petrum: sed hoc intermittens/quid dicit? Non est mihi necessarius fideiussor. Suscepit i se poenitētiae patrociniū: & sola cucurrit ad dñm: tenet eum in uoce/ac dicit. Miserere mei dñe fili Dauid. Ideo descēdisti: ideo carnem suscepisti: ut ego loquar ad te/& cū fiducia peram. Cherubin aspectum eius tremunt in coelo: & in terra mulier nō formidat. Angeli metuunt in excelsis: & mulier in terra nō erubescit. Instat importune/& uocem suā exaggerat dicens. Miserere mei fili Dauid. Nō habes opus spōsore: per me accedo: per me obsecro. Miserere mei. Quid tibi opus est? Misericordiam quaero. Quid pateris? Dolorem/quē non suffero. Quid habes? Filia mea captiua tenetur. Quid illi est? Male a daemonio uexatur. Et quid nunc? Miserere mei dñe. Pignus meum cōsumitur: & pars corporis mei uiolatur. Opinio iniqua exiit de filia mea. Noli me uereri peccatricē & miserā: qm̄ tu es deus/qui secreta cōsyderas. Filia mea male a daemonio uexatur. Quid desyderas? Vt liberetur de plaga. Miserabilis luctus concludit uterum meum: & animam meam perturbat saeua tēpestas. Quid faciam nescio: patitur misera/nec sentit tormenta: nec mortem scit timere/nec uitam sperare. Miserere mei. Iacet confusa: & causam tormēti ignorat. Me aspice domine/me exaudi: cū fiducia peto: uide diuturna uulnera mea. Illa patit/& ego deficio: passio eius pauoré cunctis icutit: cūctis facta est spectaculū. Quid faciā/aut quo uadā nescio. Non possum ab illa diuelli: non potest sola derelinqui. Nō enim de foris uenit: sed intus est expugnator: in se habet hosté inclusum & gladium. Nauis est/quae de se concutit tempestatem. Non inuenio nomen passionis eius. Miserere mei domine fili Dauid. Vtinam defuncta fuisset filia mea: q̄ sic uiueret. Si enim mortua fuisset/& sepulta: trāsacto iam tēpore oblita fuissem: nec meminissem uulneris aut doloris. Nūc uero cadauer est semper in domo mea: casa mea sepulchrū eius. Augetur quotidie uulnus meum. Quomodo augescit & obprobrium: quando uideo oculis meis toruū aspectum: torqueri manus: crinium uittas dissolui ac spargi: spumas ex ore diffundi: dari uoces/& mugitum horrendum: saeuire intus inuisibilem inimicum/& pugnam manifestam. Miserere mei domine: quoniam filia mea erat: & facta est daemonis esca. Nō audeo illi proximare: non ausa sum contingere: prohibet me pauor: expellit ipsa passio dira. Misere mei fili Dauid. Qui ex uobis/patres fuerunt/animaduertant uerba mea: quae matres lachryment una mecum: quoniam non sufficio exponere dolorem/quem mulier ista sustinet. Miserere mei fili Dauid. O prudentia foeminae: non ab homine seductore postulat: non secuta est uates fallaces: non quaesiuit inanes ligaturas: aut ad falsa confugit praesidia: sed omnem relinquens diaboli cultum uenit ad dominum Iesum/omnium Saluatoré: & dicit. Miserere mei domine fili Dauid: filia mea male a daemonio uexat. Vidisti sensum mulieris: pbasti sapientiam eius: sed uide aliud nouum & inexpertum negocium. Petit/& obsecrat: & lamentum suum producit in clamorem: & amator omnium deus/non respondit ei uerbum. Tacet fons uitae: & pius medicus continet medicinā: & abnegat curam. Quid est hoc? nescio. Si non quaerentes: contemnis: quare non suscipis pulsantem mulierem? O sapientia medici: dominus (inquit) non respondit ei uerbum. Quapropter/nisi ut detegeret sapiētiae eius uirtutem? Propterea dicunt ei discipuli. Dimitte illam quia clamat post nos. Sed humanus deus/prudentiam mulieris uirtutemq; pensabat. Et quid ait? Non sum missus nisi ad oues/quae perierunt domus Israel. Nihil proficiunt/& ipsi Apostoli suggerentes. Verus medicus differt magis curam/& exulcerat uulnus: & potestatem suam arte quadam excusat: ut latentia panderet sacramenta. Non sum (inquit) missus/nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Hic nunc consyderate sermonem: & ad uerba mea dirigite intellectum: quoniam profundam uolo comparationem exponere. Nō sum (inquit) missus/nisi ad oues perditas Israel. Quod est hoc uerbum? quae est ista excusatio tua? Nō ideo corporeus factus es: & multa in te mysteria reuelasti: ut unum tantūmodo angulum liberares: & integrum mundum relinqueres? Pontum/& Asiam Aegyptum/& Ciliciam/& Cappadociam: & reliquas nationes relinquis: & de Hierusalem tantūmodo curas? Relinquis terram desertam: despectas gentes uniuersas: & solis Iudaeis factus es liberator? Non uides iniuriam patris tui in falsis simulacris: & in daemonum caerimoniis excandescere? An non etiam hoc prophetae uulgauerunt? Quid dicit affinis tuus Dauid? Postula a me: & dabo tibi gentes haereditatem tuam: & possessionem tuam terminos terrae. Quid Hesaias: q seraphin oculis suis respexit? Exurget uirga de radice Iessae: qui dominabitur omnibus gentibus: & in eum omnes gentes sperabunt. Quid Iacob patriarcha dicit? Nō deficiet princeps de Iuda: & dux de femoribus eius: donec ueniat dñator omnium: cui destinatum est dominiū: & hic est expectatio gētium. Quid ēt Zacharias pphēta? Propter hoc (inqt) claudētur portae aereae: qm̄ ab ortu solis usq; ad occasum glorificabit nomē dñi in oi loco: & effundent libamina añ ipm. Dauid ipse qd iterū dicit? Oēs gētes plaudite manibus: iubilate deo i uoce exultationis: qm̄ deus excelsus/terribilis/rex magnus

super oēm terrā. Denique qn̄ natus es in carne quos uocasti? Nōne Magos? Nunquid prophetas uenisti uocare: qui ipsam salutē gentibus cecinerūt. Apostolos autem cum mitteres/ quid eis mandasti. Ite docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris/ & filii/ & spiritus sancti. Et nunc quando misera haec mulier/ acris dolorum stimulis coartata/ rogat te/ & obsecrat pro filia sua: ut eam a funesta passione absoluas: modo dicis. Non sum missus nisi ad oues quae perierant domus israel. Venit ad te Centurio/ rogans pro puero/ & dixisti: ego ueniens curabo eum. Pendenti latroni paradisum reserasti: paralytico imperasti/ dicens: surge/ tolle lectum tuum/ & ambula. Lazarus de monumento/ te uocante/ rediuiuus surrexit: uaria quoque langorum genera/ & morbos sanasti: latronem liberasti: meretrices uirginibus praetulisti: & solam miseram hanc mulierem cananaeam respuis deprecantem? Quod est hoc uerbum: miraculum inauditum? Nunc intendite/ ut sciatis quale compendium incipit reuelare. Quando liberatus est israel a plagis aegyptiorū: & a Pharaone abstractus: & transiuit populus per desertum: praecepit dominus ut non cōmunicarent cananaeis/ nec conuenirēt cum eis: quoniam sine lege erant idola imunda colentes. Praecepit etiam dominus in lege iudaeis/ ut non mercharentur cum eis: nec connubia in semine eorum miscerent: ne per haec a suis legitimis priuarentur: & prophanis idolorum cultibus iniugerentur. Aspice/ & consydera/ & intende quae dico: quia adhuc in textura est tela. Mulier ista cananaea erat de gente imunda/ quibus non licebat cōmunicare cum eis. Quid ergo? Sub lege uenerat dominus/ ut adimpleret/ non ut solueret legem. Igitur si ad monumētum audisset mulierem: dicere haberent iudaei: ideo te non audimus nec sequimur: quoniam soluis legem. Praecepit enim lex abstinere a cananaeis: propter hoc tacet dominus: propter hoc non respondet mulieri. Vide quomodo seruat legem: ut Iudaeos cōfundat/ dicens: quisnam uestrum arguet me de peccato. Ecce non respicio ad mulierem cananaeam: ecce clamat non sine causa: ecce obsecrat: sed non exauditur. Ecce quomodo teneo legis formam: ne dicatis/ quoniam praeteristi legem/ ideo non credimus in te: ergo non ex me sed ex uobis est error. Obmutescite itaque propter obseruātiam legis. Ecce nationes ad me ueniūt: ecce populus quem non cognoui/ mihi seruire festinat. Nolite itaque argumentosis occasionibus uti. Ecce a non cognoscentibus me cognitus sum: & a cognitis ignoratus. Ecce alienigenae obsecundant: & domestici refugiunt. Haec est itaque prima causa/ qua distulerit dominus respondere mulieri. Interea perstitit mulier in clamore/ dicens. Adiuua me deus. Ad hoc tamen ipse respondit. Non licet tollere panē filiorum & mittere canibus. O prudentia medici: qui multis difficultatibus suspendit mulierem: ut duplici eā postremo honore cumularet/ dicens. Non licet. Qui sunt filii/ nisi iudaei? Confundens eos hoc dicit: quia fuerunt filii: & facti sunt canes. De quibus Paulus dicit. Videte canes: uidete malos operarios: uidete interfectores. Nos uero qui uelut canes eramus de gentibus: facti sumus filii in eorum radice: quos ita exhortatur Paulus. Filioli mei/ quos iterum parturio: donec christus formetur in uobis. Accusat ergo iudaeos cum dicit. Non licet tollere panem filiorum/ & mittere canibus. Sed quid respondit mulier? Etiam dn̄e potes si uelis. O mulier uiolenta. Dn̄s dicit/ non licet: & illa dicit/ etiam domine/ potes si uelis. Oblita uerecundiae/ & intermisso pudore: conatur uincere dn̄m. Dominus dicit. Non licet tollere panem filiorum: & mittere canibus: & illa respondit etiam domine. Sum quod dicis. Canem me uocas: canis sum: cognosco nomen meū. Confundis me tu: sed non recedam a te. Canis sum: sequar te quasi canis: ut porrigas mihi aliquid. Non quaero panem filiorum: da mihi uel micas: quoniam & catelli māducant/ quae cadunt de mensa dominorum suorum. O certamen pietatis: o prudentia foeminae. Canem me dicis: sum etenim. Nutri me uelut canē: non possum relinquere mēsam domini mei. Canem me appellas: porrige mihi micas. Dixisti causam meā: distulisti petitiones meas: & manifestasti conditionē meā. Adiuua me nunc quoniam catelli edunt de mensa dominorum suorum. O mulier accepisti subito laudem: & inuenta es electis electior. Iccirco tacuit dominus: ideo distulit/ & pertransiit: ut mentē tuā perpenderet: & uiuam de te produceret uocem. Si enim statim/ ut cepisti petere/ accepisses/ recessisses: ut nemo fidem tuā probasset: nullusque mentis tuae cognouisset archanum. Nunc autem quia intelligis dei uirtutem: & sic te pure cognoscis/ ut dicas. Etiam catelli edunt de micis: quae cadunt de mensa dominorum suorum. Laudo te: & ego tibi dico/ o mulier: magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Audiāt haec inertes & improbi: qui dicunt orauimus & non impetrauimus. Quid loqueris homo? Instanter ora: importune obsecra: si quidem pulsanti aperietur. Sed dicis forsitan deprecatus sum semel/ iterū/ ter/ & quater: septies/ & decies/ & uities: & non me exaudiuit deus. O stulta inuentio. Et quid nunc? Quia non es tu exauditus: forte iam recedis a domino: & desistis a prece? An non uides perseuerantiam mulieris Cananaeae: quomodo magis aporiata/ insistit: & repulsa/ importunius obsecrat: nec ante cessauit: q̄ quod quaesierat/ inueniret? Sunt multi quidem qui intrant ecclesiam: & stant in oratione: confuse atque importune/ & intēperata uoce dispergunt labia sua: & egressi foras obliti sunt omnia. Hi sunt qui labiis ueniunt: & corde non concipiunt. Si tu ipse dicta tua/ & preces ignoras: quomodo exaudiet deus? Dicis inclinaui genua mea & oraui. Genua tua inclinasti in terra: & mens tua foris per diuersa discurrit. Corpus quidē intus: sed cogitatio foris. Lingua tua orat: & mēs tua pecuniā numerat/ & usuras. Diabolus malus & inuidus/ inimicus gn̄is humani/ qn̄ oramus tūc magis incūbit & obserpit. Nō solū nos pulsat/ cū securi acemus i lectulis: sed cū uenim' ad orōnē: mille nos

cogitationum stimulis conturbat. Huius igitur uer/
sutiã cogitãtes: reuertamur ad mulierẽ Cananæam/
quæ sic obsecrat. Miserere mei domine: filia mea ma
le a dæmonio uexatur. Dic & tu: Miserere mei dñe:
quia aĩa mea pulsatur a dæmone. Magnus dæmon/
animæ est peccatum: nam dæmon extinguitur: pec/
catum uero stat/nisi satisfactionibus absoluat. Gran/
dis sermo est si dicas/miserere mei deus. Breuis qdẽ:
sed uirtute plenus. Nam si foris fueris: clama/ & dic:
Miserere mei domine. Clama nõ uoce/sed intentio/
ne: nam & tacentes exaudiuit deus: nec tñ locus q̃/
ritur/q̃ sensus. Hieremias in carcere confortatur: Da/
niel inter Leones exultat: tres pueri in fornace tripu/
diant: Iob nudus sub diuo triumphat: paradisum la/
tro de cruce inuenit. Quid ergo? Si fueris in publico
foro/ora intra te: noli quærere locum. Locus ubi est?
intra te. Vbi fueris/ora. Si fueris in balneo/ora: & ibi
templum est: si operaris/tu semper ora: si steteris ante
iudicem/ora. Si insurgit iudex cõtra te/ora: mare an/
te te est/ & post te sequitur Pharao: qui est diabolus/
ut te præcipitet in interitum: sed tu confugito ad ar/
ma tua/ & dicito. Dominus adiutor mihi est: & ego
despiciam inimicos meos. Nihil loquitur Moyses:
& dominus ei dicit: quid clamas ad me? Os eius ta/
cet: & præcordia eius clamant. Et tu cum steteris ante
iudicem furiosum: ubi sunt crudeles ministri: ora in/
tra te: & mox illius turbines soluentur. Iudex contra
te est: tu te ad dominũ confer. Cũ proximat te pror/
sus affligere: tu ora intrepidus: & sedat insania. Nũ/
quid talis qualis homo/est deus: ut cum labore quæ/
ratur p loca diuersa? Deus adest ubiq;. Si quæris ho/
minem/dicitur tibi: non est hic: aut non uacat: Non
est sic in causa dei. Hoc est tñ ut dicas: Deus miserere
mei. Et ipse prope est/ut liberet te: & adhuc loquente
te: dicit ecce adsum. Quid ergo Cananæa? Vtiq; do
mine nam & catelli edunt de micis/ quæ cadunt de
mensa dominorum suorum. Et quid dominus ecõ/
tra? O mulier/magna est fides tua: fiat tibi sicut uis.
Vbi sunt disceptatores iniqui? Nunquid dixit/expe/
cta mulier: donec orem patrem meũ? Sed quid? Fiat
tibi sicut uis. Quantum elegantior illa in fide: tan/
tum christus eminentior in uirtute: qui gratiã suam
sensib' ĩfundit. O mulier magna est fides tua. Quo/
modo magna? Non uidisti mortuos resurgẽtes: nõ
uidisti leprosos mundari: nõ cognouisti legem: nõ
audisti prophetas. Sed audisti improperia/ & nõ eru
buisti: repulsa refutaui te/ & non recessisti a me. O mu
lier/magna est fides tua. Mortua est mulier: & laus
eius præciosa est/plusquã margaritis intexta corona.
Quocunq; ieris: audies christum prædicãtem: o mu/
lier/magna est fides tua. In Græcorum conciliis/in
Indorum/uel Persar conuentu clamat hodie domi/
nus Iesus/ & dicit. O mulier/magna est fides tua. Et
quid deĩde? Fiat tibi sicut uis. Non dixit/sano filiam
tuam: sed fiat tibi sicut uis. Idest tu ipsa sana filiã tuã?
Tibi eam trado: tu eã cura: in tuo arbitrio pono eius
medicinam. Vade/impone manus tuas super eam:
& fiat tibi sicut uis. Cũ tua uolũtate a passione pur/
getur. Non iussit: non imperauit dæmoni/ut exiret:
sed fiat tibi sicut uis. Voluit enim ut ipsa sanaret fi/
liam suam: & dæmonem effugaret. Vbi sunt/qui di/
cunt/non in uirtute/sed prece omnia pperrauit? Si mi/
nor est patre: quomodo dicit/fiat tibi sicut uis? Et sa/
nata est (inquit) filia eius ex illa hora. Veniebat enim
mater de foris: sed anteq̃ ueniret/sanata est. Intrauit/
& inuenit filiam suam ab imundo dæmone libera/
tam. Consumata est uoluntas: & facta est sanitas. Et
pro his omnibus/gratias agamus deo uiuo. Cui est
gloria/ & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Feria. v. post pascha sm Ioãnem. Cap. XX.

IN ILLO Tempore: Maria stabat ad monu/
mentum/foris plorans. Et reliqua. Homilia.

I N PRAESENTI Solẽnitate/lo
cuturus aurib' uestræ charitatis: amor
uenit ad memoriam: quo beata Maria
Magdalena dominũ nostrum super
omnia diligendo/discipulis fugienti/
bus/eum ad mortem euntem sequebat: ac ueri amo/
ris igne succensa/nimis ardens desyderio: indesinen/
ter plorans: a monumento non recedebat. Maria. n.
(ut Euangelista testatur) stabat ad monumẽtum fo/
ris plorans. Audiuimus fratres Mariam ad monu/
mentum foris stantem: audiuimus & Mariam plo/
rantem. Videamus igitur si possumus/cur staret: ui/
deamus & cur ploraret: ut prosit nobis illius stare:
prosit & illius plorare. Amor faciebat eam stare: do/
lor faciebat eam plorare. Stabat/ & circunspiciebat: si
forte uideret quem diligebat. Dolor renouatus erat:
quia quem prius doluerat defunctum/nunc dole/
bat ablatum: & ille dolor/maior erat: quia nullam
consolationem habebat. Prima fuit causa doloris/
quia uiuum perdiderat: sed de hoc dolore/aliquan/
tulam consolationem habebat: quia mortuum se re/
tinere credebat. Nunc autem de isto dolore/se con/
solari non poterat: quia corpus defuncti/non inue/
niebat. Metuebat ne sui magistri amor in pectore suo
frigesceret: si corpus eius non inueniret: quo uiso re/
calesceret. Venerat autem (inquam) ad monumen/
tum/secum deferens aromata: & unguenta/quæ pa/
rauerat. Vt sicut antea pedes uiuentis de unguento
precioso unxerat: sic & nunc totum corpus defun/
cti/ & unguento ungeret: & aromatibus condiret. Et
sicut prius ad pedes Iesu lachrymas fuderat: ita nunc
ad monumentũ lachrymas funderet. Fleuerat prius:
& lachrymis suis pedes Iesu rigauerat: pro morte ani
mæ suæ: ueniebat nunc rigare lachrymis monumen
tum pro morte magistri sui. Cum autem non inue/
nisset corpus in monumentum: labor periit ungen/
di: sed dolor creuit lugendi. Defuit obsequio/quod
non defuit dolori. Defuit quem condiret: sed nõ de/
fuit quem ploraret. Eoq; magis plorabat: quo ma/
gis ille deerat. Plorabat enim uehemẽter Maria: qm̃
additus erat dolor sup dolorẽ eius. Duo. n. dolores
una gestabat ĩ corde: quos mitigare lachrymis uole/
bat: sed nõ ualebat. Et ideo tota posita ĩ dolore: men
te & corpore deficiebat: & qd ageret nesciebat. Quid

enim

enim mulier ista poterat facere: nisi plorare? Quæ
& intolerabilem habebat dolorem: & nullum inue/
niebat consolatorem. Petrus quidem & Ioánes ue/
nerút cú ea ad monumétum: sed nõ inuento corpe/
abierút ad semetipsos. Maria aút stabat ad monumẽ
tum foris plorás: & q̃si desperádo sperás: & sperádo
desperás/& pseuerás. Petrus aút & Ioánes timuerút:
& ideo nõ steterút. Maria nõ timebat: qa nihil suspi/
cabat sibi supesse: p quo timere deberet. Perdiderat
enim magistrú suú: quẽ ita singulariter diligebat: ut
pter ipm nihil posset diligere: nihil posset spare. Per/
diderat uitá aiæ suæ. Et iam arbitrabat melius sibi fo
re mori/q̃ uiuere: qa forsitan iueniret moriẽs: quem
iuenire nõ poterat uiuẽs. Sine eo tñ uiuere nolebat.
Fortis ẽ ut mors dilectio. Quid.n. aliud faceret mors
in Maria? Facta erat exanimis: facta erat insensibilis.
Sentiẽs/nõ sentiebat: audiens/nõ audiebat: uidẽs/nõ
uidebat. Sed neq; ibi erat/ubi erat: qa tota ibi erat/ubi
magr suus erat: de quo tñ ubi erat nesciebat. Quære/
bat eum: & nõ iueniebat. Et ideo stabat ad monumẽ
tú/& plorabat: tota lachrymabilis/tota mirabilis. O
Maria qd spei/qd cõsilii/qd cordis tibi erat: ut stares
ad monumétum/discipulis abeútibus? Tu aút cú il/
lis uenisti: & cú ipsis nõ recessisti: sed post illos remá/
sisti. Cur hoc fecisti? Sapiebas plus illis: an diligebas
plus illis? Quare nõ timebas ut illi? Certe nihil sapie/
bat modo Maria nisi diligere: & pro dilecto dolere.
Oblita erat timere: oblita gaudere. Oblita erat seip/
sam: oblita erat deniq; omnia præter illum: quem di/
ligebat sup oia: & (qd mirabile est) sic erat oblita/ut
ipm nõ cognosceret. Credite mihi si ipm cognosce/
ret in monuméto eum nõ quæreret: nec de sublato plo
raret: sed de resurgente exultaret. Dixit.n. Iesus/q sic
moreret: ut tertia die resurgeret. Sed prohdolor ni/
mius dolor cor illius repleuerat: & memoriam hoꝝ
uerboꝝ deleuerat. Sensus nullus in ea remanserat: oẽ
cõsilium ab ea pierat. Spes ois defecerat: solúmõ fle/
re superat? Flebat ergo quia flere poterat: & dum fle/
ret inclinauit se/& prospexit in monuméto: & uidit
duos angelos in albis sedẽtes: unú ad pedes: & unú
ad caput. Dicút ei illi. Mulier qd ploras? Quẽ quæ/
ris? O maria/ecce multá cõsolationem iuenisti: & for
sitan melius cõtigit tibi/q̃ sperasti. Nam tu quærebas
unú: & duos iuenisti. Quærebas hoiem: & angelos
iuenisti. Quærebas mortuú: & uiuẽtes repisti. Repi/
sti eos/q uidẽtur de te curam hẽre: & q uolút doloré
tuú lenire. Illum uero quẽ quæris: doloré tuú uidet
negligere: lachrymas tuas/non uidet aspicere. Vocas
illú/& nõ audit: oras/& nõ exaudit. Quæris illum &
nõ iuenis: pulsas/& nõ aperit tibi: sequeris illú: & fu/
git. Heu qd est hoc? Heu q̃ magna mutatio. Heu qũo
mutata est res in contrarium? Iste.n. qui mõ recessit a
te: & qui forte nescio mõ si diligat te. Olim te dilige/
bat: olim te a pharisæo defendebat: & a sorore tua
dulciter excusabat. Olim laudabat te/qñ pedes suos
ungebas: rigabas lachrymis: & capillis tergebas: do/
lorem tuum mulcebat: peccata tua dimittebat. Olim
quærebat te cum non adesses: uocabat te cum tu ad/
esses: mãdabat tibi per sororẽ tuam: ut ad se uenires:
Magister adest/& uocat te. O q̃ cito surrexit Maria: ut
audiuit/q̃ cito uenit: & solito more cecidit ad pedes
tuos o bone Iesu. Tu uero cum uidisti eam cõtrista/
tam/cõtristatus es: cum uidisti eam plorãtem/lachry/
matus es. O q̃ pie cõsolando eam/dixisti: ubi posui/
stis eum? Deniq; pro dilectione eius qua multú dile/
xit te: Lazarum fratrẽ suum suscitasti: & plãctum hu/
ius dilectricis tuæ/in gaudium cõuertisti. Et o dulcis/
sime magister/qd post hæc peccauit in te/hæc disci/
pula tua? Aut in quo postea offendit dulcedinẽ cor/
dis tui hæc amatrix tua: qa sic recedis ab ea? Nos post
hoc/nullum peccatú audiuimus de ea: nisi qñ sepul/
tus fuisti/ante oẽs uenit ad monumẽtum tuú ferens
unde corpus tuú ungeret: & cum nõ iuenisset in mo
numẽto: cucurrit/& núciauit hæc discipulis tuis. Illi
uenerút: uiderunt/& abierút. Hæc aút stabat: & plo/
rabat. Si hoc peccatú est: negare nõ possumus: quin
ipsa hoc fecerit. Si enim peccatú non est: sed est amor
tuus: & desyderium/quod habet de te: quare sic rece/
dis ab ea/qui inueniris ab oibus te quærẽtibus? Tu
dicis/ego diligo/diligẽtes me: & qui mane uigilaue/
rint ad me/inueniẽt me. Ergo mulier ista/quæ ualde
mane uigilat ad te: cur nõ inuenit? Quare nõ conso/
laris lachrymas/quas fundit pro te dño suo: sicut cõ/
solatus es & lachrymas qua fudit pro fratre suo? Si
tu solito more eam diligis: cur desyderia eius tandiu
protrahis? O magister uerax & testis fidelis: recorda/
re testimonii/qd redidisti de Maria Marthæ sorori
suæ. Dixisti enim/Maria optimam partẽ elegit: quæ
nõ auferetur ab ea. Vere optimam partẽ elegit Ma/
ria: quæ elegit stare ad pedes tuos: & audire smones
tuos. Vere optimam partẽ elegit: quia te elegit. Sed
quomõ uerum est: quæ non auferetur ab ea: si tu es
ablatus ab ea? q si ab ea non est ablata optima pars/
quam elegerat/quare plorat? Et quid quærit? Vere
Maria nihil quærit/nisi quod elegit: & ppter hoc so
lum plorare nõ desinit: qa quod elegit/nunc pdidit.
Ergo o custos hoium/aut tu partẽ quam elegit/cu/
stodi in ea: aut ego nescio quomõ uerum sit/q non
auferetur ab ea: nisi hoc itelligatur/q licet sis ablatus
ab oculis eius: tamen nõ es ablatus de corde eius. O
Maria quid amplius moraris? Quid turbaris? Quid
ploras? Ecce habes angelos. Sufficiat tibi núc ange/
loꝝ uisio: quia ille quẽ quæris/quem ploras/fortas/
sis sentit in te aliquid: ppter quod non uult uideri a
te. Pone iam finem dolori tuo: sit modus lachrymis
tuis. Recordare q ipse dixit tibi/& aliis mulieribus:
nolite flere super me. Quid est ergo quod facis? Ipse
prohibuit flere: & tu tamen flere non desinis. Timeo
ne plorando/ipsum offendas: pro quo sic incessan/
ter ploras. Nam si ipse amaret lachrymas tuas: non
posset fortassis (ut olim) continere lachrymas suas.
Núc audi cõsilium: sufficiat tibi angelorum consor/
tium. Mane cum illis: & interroga illos/si forte sciant
qd factum sit de dño/quem quæris: & quẽ ploras.
Ego certe credo: q ipse quẽ ploras/misit eos/p te/&
pro se: ut annúcient resurrectionẽ suam: & cõsolẽtur

deplorationem tuam. Dicũt ei: Mulier quid ploras?
Quæ est causa doloris tui? Non abscondas a nobis
lachrymas tuas. Aperi nobis aĩum tuum: & nos idi/
cabimus tibi desyderiũ tuũ. Maria nimio dolore cõ/
fecta: tota in excessu mẽtis posita: nullã recepit cõso/
lationẽ: & ad nullũ attẽdit cõsolatorẽ: sed intra se co/
gitat/ dicẽs. Proh dolor/ Qualis est cõsolatio? Qualis
est ista uisitatio? Onerosi sunt mihi oẽs cõsolatores:
grauãt me/ & nõ cõsolant. Ego.n. quæro creatorem
& ideo grauis est mihi ad uidẽdũ oĩs creatura. Nolo
angelos uidere: nolo cũ angelis manere: qa possunt
dolorẽ meũ augere: & nõ possunt penitus delere. Si
cœperit mihi multa narrare: & si uoluero illis ad oĩa
rñdere: timeo ne amorẽ meũ magis ĩpediant/ q̃ expe/
diãt. Deniq; nõ quæro angelos: sed eũ/ q fecit me/ &
angelos. Non quæro angelos: sed meũ/ & angelorũ
dñm. Ipm solũ q̃ro: ipse solus põt me consolari. Sed
nescio ubi posuerĩt eũ. Circũspicio si possim uidere il
lũ: & nõ uideo. Vellẽ iuenire locũ ubi positus fuerat:
& nõ inuenio. Heu me miserã/ qd agam? Quo ibo?
Quo.n. abiit dilect⁹ meus? Quæsiui eũ in monumẽ
to/ & nõ iueni: uocaui. & nõ rñdit mihi. Heu me/ ubi
eũ iã quærã? Vbi illũ iueniã? Surgã ergo & circuibo
oĩa loca/ q̃ potero: nõ dabo sõnũ oculis meis: nõ da/
bo requiem pedibus: donec inueniã illũ quẽ diligit aĩa
mea. Effundite lachrymas oculi mei: plorate & noli/
te deficere. Et ambulate pedes: discurrite: & nolite qe/
scere. Heu heu quo abiit gaudiũ meũ? Vbi latet amor
meus? Vbi est dulcedo mea? Cur dereliq̃sti me salus
mea? O dolores/ o angustiæ intolerabiles. Angustiæ
mihi sunt undiq;: & qd eligã/ ignoro. Si iuxta monu
mẽtũ maneo: ego eũ nõ inenio. Si a monumẽto re/
cessero: nescio ĩfœlix quo uadã: nescio ubi eũ quærã.
Discedere a monumẽto/ mors mihi est: stare ad mo/
numẽtũ ĩtolerabilis dolor est. Melius aũt mihi est se/
pulchrũ dñi custodire: q̃ ab eo lõgius ire. Si.n. lõgius
abiero forte cũ rediero/ ipm sublatũ iueniã: aut destru
ctũ. Stabo igit̃ hic/ & moriar: ut saltẽ iuxta sepulchrũ
dñi mei sepeliar. O q̃ btm̃ corpus meũ si fuerit sepul/
tũ ꝓpe magistrũ meũ. O q̃ fœlix aĩa mea: q̃ egrediens
de fragili uase corpis mei: mox poterit itroire in glo/
riosum sepulchrũ dñi mei. Corpus meum semꝑ fuit
aiæ meæ labor/ & dolor: sepulchrum dñi mei/ erit illi
requies/ & honor. Hoc ergo sepulchrũ in uita mea/ erit
cõsolatio mea: & i morte/ erit requies mea. Viuẽs iuxta
illud manebo: moriens illi adhærebo. Nec uiua nec
mortua ab illa sepabor. Heu me ĩfœlicẽ: quare tunc
ego nõ hæc ꝓspexi: qñ dñm meum sepeliri cõspexi?
Quare tũc nõ fleui? Quare monumẽtum & corpus
eius/ tũc pseueranter nõ custodiui? Nũc certe nõ plo/
rarẽ sublatum: qm̃ aũt ꝓhibuissem/ aut subsecuta fuis/
sem sublatores. Sed ꝓh dolor ego uolui obseruare le/
gem: & dimisi dñm legis. Legi obœdiui: & eũ cui lex
obœdit nõ custodiui: q̃uis manere cũ ipso/ nõ fuisset
legẽ trãsgredi/ sed adimplere. Pascha.n. ab isto defun
cto nõ cõtaminat̃: sed renouat̃. Mortuus iste nõ pol/
luit mũdos/ sed mũdat imũdos: sanat oẽs se tãgẽtes:
sed & illuminat ad se accedẽtes. Sed qd recolo dolo/
rem meũ? Abii/ redii/ & monumẽtum aptum iueni:
ipsum quem quærebam nõ inuenio. Stabo itaq; &
expectabo: si forte alicubi appareat. Sed q̃uo stabo so
la? Abierũt discipuli: & me solã plorãtẽ reliquerunt.
Nusq̃ apparet q mecũ doleat: Nusq̃ apparet q mecũ
magistrũ meũ requirat. Apparuerunt angeli: sed nescio
pro qua cã apparuerint. Si.n. cõsolari me uellẽt cãm
pro qua ploro/ nõ ignorarẽt. Si.n. nõ ignorãt quid
ploro: cur dicũt mihi/ qd ploras? Aut ideo iterrogãt:
ut me plorare prohibeãt. Quæso/ non hoc mihi sua/
deant: nõ hoc moneãt. Aliogn me interficiãt. Quid
puta? Ego illis nõ obœdiã/ & dum uiuã/ plorare nõ
desinã: donec iueniam dñm meũ. Sed qd faciã? Vbi
illum iueniã? Quo me uertam? Ad quẽ ibo? A quo
cõsilium petam? Quem percũctabor? Quis mei mi/
serebitur? Quis indicabit mihi quem diligit aĩa mea:
ubi positus sit: ubi cubet: ubi quiescat? Quæso nun/
ciate mihi/ qa amore langueo/ & dolore deficio: nec
est dolor/ sicut dolor meus. Reuertere dilecte mi: re/
uertere dilecte uotorũ meorũ. O amabilis/ o desyde/
rabilis: redde mihi lætitiam salutaris præsentiæ tuæ.
Ostẽde mihi faciem tuam: sonet uox tua in auribus
meis: uox eni tua dulcis: & facies tua decora. O spes
mea/ ne confundas me ab expectatione mea: demõ/
stra mihi faciem tuam: & sufficit aiæ meæ. Dum Ma/
ria sic doleret/ ac sic fleret: cum hoc dixisset: conuersa
est retrorsum: & uidit Iesum stãtem: & nesciebat qa
Iesus est. Dixit enim Iesus. Mulier qd ploras? Quem
quæris? Dulcis magister: ad quid quæso: prouocas
spiritum huius mulieris? Ad quid ꝑmoues spiritum
eius? Tu scis/ quia te solum quærit: te solum diligit:
pro te omnia cõtẽnit: & tu dicis/ quid ploras? Quẽ
quæris? Tota pendet a te: tota manet in te: tota sperat
de te: & tota despat de se. Ita quærit te: ut nihil quæ/
rat/ nihil cogitet præter te. Tota absorta est extasi: to/
ta ebriata est abscinthio. Ideoq; forsitã nõ cognoscit
te: quia nõ est in se: sed propter te/ est extra se. Cur er/
go dicis ei/ qd ploras? An putas q ipsa dicat/ te plo/
ro/ te quæro: nisi inspiraueris eam: & dixeris in cor/
de suo: ego sum/ quẽ quæris? An putas q ipsa agno/
scat te: quãdiu cælare te uolueris? At illa existimãs q
hortulanus esset: dixit ad eũ. Dñe si tu sustulisti eũ:
dicito mihi/ ubi posuisti eũ: & ego eũ tollã. O dolor
miserabilis: & amor inenarrabilis. Mulier ista q̃ den/
sa nube doloris obtecta: non uidebat solem: qui ma/
ne surgens/ iam radiabat per fenestras eius: quia ꝑ au/
res corporis sui/ iam ĩtrabat domum cordis sui. Sed
quoniam sicut amore languebat: ita languore oculi
eius caligabant: ut non uideret/ quem uidebãt. Vide/
bat enim Iesum: sed nesciebat/ q Iesus esset. O Maria
si quæris/ cur non cognoscis Iesum? Et si cognoscis
Iesum/ cur quæris eum? Ecce Iesus uenit ad te: & quẽ
quæris sublatum a te/ ipse quærit te: & tu hortula/
num eum existimas. Verum quidem est quod existi/
mas: sed tñ tu in hoc erras: dum sic eũ hortulanũ exi/
stimas/ ut Iesum nõ cognoscas. Est.n. Iesus: & hortu/
lanus: qa ipse seminat oẽ semẽ bonũ in orto aiæ tuæ:
& in cordibus fideliũ suorũ. Ipse oẽ olum bonũ plã/
tat/ &

tat/& erigat:in aiabus sanctorum:& ipse est Iesus qui tecum loquitur. Sed forsitan eum nõ cognoscis/qa tecum loquitur:Mortuum enim quæris: & uiuentem non cognoscis. Nunc in ueritate comperi hanc esse cãm/pro qua a te recedebat: & pro qua tibi non apparebat. Cur.n.tibi appareret: quẽ nõ quærebas? Tu certe quærebas qui nõ erat: & nõ quærebas qui erat. Tu q̃rebas Iesum:& nõ quærebas Iesum:ideoq̧ uiuẽdo Iesum/nesciebas Iesuȝ. O dulcis/o pie magr̃: nõ possum oino excusare hãc discipulam tuam: nõ possum libere defendere hũc errorem suũ. Si tñ errabat:talẽ te q̃rebat/qualẽ te uiderat:& qualẽ te in monumẽto reliq̃rat. Viderat qppe mortuũ corpus tuũ/de cruce deponi/& in monumẽto reponi:tãtusq̧ dolor iuaserat eam de morte tua:ut nihil posset sparе de uita tua & resurrectione. Deniq̧ Ioseph posuit i monumẽto corpus tuum:& Maria similiter sepeliuit ibi spm̃ suum:& ita indissolubiliter uinxit/& quodãmõ uniuit eũ cũ corpe tuo: ut facilius posset separe aiam se uiuificãtẽ/a uiuẽte corpe suo:q̃ spm̃ te diligẽtem/a defuncto corpe tuo. Spũs.n.mariæ Magdalenæ erat in corpe tuo/magis q̃ in corpe suo. Cũq̧ ipsa regreret corpus tuũ:pdidit cũ eum spm̃ suũ. Quid igitur mirũ si sensum nõ habebat:quæ spm̃ pdiderat? Quid mirum si te nesciebat:quæ non habebat spm̃/quo scire debebat? Redde ei itaq̧ spm̃ suum:& derelinquet errorem suũ. Sed quõ errabat/quæ sic pro te dolebat: & sic te amabat? Certe si errabat/indubitãter dico:q̧ ipsa se ignorabat errare:& hic error non pcedebat ab errore:sed ab amore & dolore. Igitur misericors & iuste iudex/amor quẽ habet in te:& dolor quem habet pro te/excuset eam apud te:si forte errat de te. Ne attendas ad mulieris errorẽ: sed ad discipulæ amorẽ. Quæ nõ pro errore/sed p amore & dolore plorat/& dicit ubi:dñe si tu sustulisti eum/dicito mihi: & ego eũ tollam. O q̃ scienter nesciebat: & q̃ docte errabat. Angelis dixit:tulerũt/& posuerũt:& non dixit tulistis/& posuistis:qm̃ Angeli neq̧ de monumento te tulerũt:neq̧ in alio te reposuerunt. Tibi uero dicit:si tu sustulisti/& posuisti. Quia in re uera teipm̃ de monumẽto sustulisti:et i loco ubi tu es/te posuisti. Angelis nõ dixit/dicite mihi:qa angeli nõ poterant ex toto dicere:qđ de te factum fuerat: & ut factũ fuerat. Tibi uero dicit:dicito mihi. Quia non est impossibile tibi dicere: qđ fuit possibile facere. Tu.n.uirtute tua surrexeras:& qđ de te factum fuerat/& ut factũ fuerat:tu ipse feceras. Quid est aũt hoc dñe:q tam crebro repetit:cum dicit ubi posuistis eum? Dixerat.n.primum apostolis ubi posuerũt eum:hoc idem postmodũ dicit angelis/ubi posuerũt eum:& nunc dicit tibi de te: ubi posuisti eum? Multũ dulcescit hoc uerbũ in corde suo:quod sic abũdat in ore suo. Certe dulcis magister/hoc facit dulcedo tua: et hoc facit pro amore tuo:quia meminit te dixisse de fratre suo: ubi posuistis eum? Ex quo enim audiuit hoc uerbũ ex ore tuo: cõseruauit illud in corde suo:& delectata est/eo uti in sermone suo. O q̃tum diligit psonã tuã:quæ sic diligit uocẽ tuã. O q̃tũ desyderat uidere uultũ tuũ: quæ sic desyderãter pnunciat uerbum tuum. O q̃ libẽter oscularet pedes tuos: quæ tã libẽter loqt̃ sermones tuos. Quid est hoc ẽt o bone Iesu:qđ dicit ad te de te:et ego tollã eum? Ioseph timuit:et non fuit ausus tollere corpus tuũ de cruce nisi in nocte:& nisi hoc peteret a Pilato. Maria uero noctẽ non præstolatur: nec Pilatum reueret̃:sed audacter pmittit/dicẽs. Ego eum tollam. O Maria si corpus Iesu positũ esset forte in atrio pricipis sacerdotum:ubi apostolorũ princeps calefaciebat se ad ignẽ: Quid factura es? Ego eũ tollam. O mira mulieris audacia. O mulier/nõ mulier. Et si ancilla hostiaria iterrogauerit te:quid actura es? Ego eum tollam. O inestimabilis huius mulieris amor. Nullum locũ excipit:nil anteponit. Sine timore pmittit:absolute dicit. Dicito mihi ubi posuisti eũ: & ego eum tollã. O mulier magna est fides tua. Tu ergo dñe bone/quare oblitus es dicere fiat tibi sicut uis:& confide filia/fides tua te saluã fecit? Cur ergo non dicis ei/ubi posuisti te: ut ipsa tollat te super cor suum:& portet te in corde suo:& annũciet te discipulis tuis? Noli quæso dulcis magister illius ultra protrahere desyderium:qa iam triduo sustinet te:nec habet unde esurientem aiam suam possit saciare: nisi tu manifestãdo te/porrigas illi panem corporis tui: & de fragmẽto repleas intimum cordis sui. Si ergo uis ne deficiat in uia: refrigera & cõforta uiscera aiæ suæ dulcedine saporis tui. Tu es enim panis uiuus:q habes in te omne delectamẽtum:& oẽm saporis suauitatem. Nõ.n.diu poterit retinere uitã corpis sui: nisi tu cito manifestes ei te uitam aiæ suæ. Dicit ei Iesus. Maria. Conuersa illa dicit ei/Raboni/quod dr̃ magister. Dicit ei Iesus. Noli me tãgere. O mutatio dexteræ excelsi:conuersus est dolor magnus/in gaudium magnũ. Mutatæ sũt lachrymæ doloris: i lachrymas amoris. Vt.n. Maria audiuit/Maria:sicut cõsueuerat eam uocare magr̃ suus:psensit in ipso noie quãdam singularẽ uocatoris dulcedinẽ: & p eã cognouit eũ a quo uocabat̃ ẽẽ magister suũ. Tũc reuixit spũs eius: & reuersus est sensus ei⁹. Cũq̧ Iesus uellet adhuc uerba adiungere:nõ potuit hoc Maria expectare:sed præ nimio gaudio irruit dicens/Raboni. Non arbitrabatur se indigere uerbis:quæ inueniebat uerbum:& lõge forte utilius existimabat tangere uerbum:q̃ audire quælibet uerba. O Maria fortis & patiens. Nõ sufficiebat ei uidere Iesum:& loqui cum Iesu: nisi tangeret Iesum. Sciebat enim quia uirtus de illo exibat/& sanabat omnes. O piissime dñe/& dulcissime magister:q̃ bonus es/his qui recto sunt corde: & q̃ suauis his qui diligunt te. Ecce enim ista dilectrix tua suppliciter quærebat te:& iuenit te. Spabat i te:et nõ est derelicta a te. Seq̃mur ergo frẽs/huius mulieris affectũ: ut pueniamus ad effectũ. Ploret unusq̃sq̧ ad Iesum: et q̃rat cõfidẽter eũ:qa nõ cælauit se quærẽti peccatrici. Disce peccator hõ/a peccatrice muliere. Cui tñ dimissa sunt peccata. Disce plorare dei absentiam:amare dei præsentiam. Disce a Maria Iesum amare:Iesum sperare:et q̃rendo in eum pseuerare:nulla aduersa formidare:nullam consolationem extra Iesum accipere:

omnia pro christo contēnere. Disce a Maria / & q̄re
Iesum/in monumēto cordis tui:reuolue lapidem ab
ostio monumēti. Amoue oēm duriciam : & repelle
oē obstaculū a fide tua:oēm cōcupiscētiam munda
a corde tuo:& diligēter ꝑscrutare/si Iesus in eo est. Si
aūt nō inueneris Iesum:sta foris. Permane in fide:&
respice foris:si forte in aliquo uideris eū : & plora:&
plorādo ora Iesum/ut dignet intrare ad te : & habi/
tare in te. Et ne forte erecta ceruice/repellas eū a te:hu/
miliādo inclina te:& iteꝝ respice in monumēto dei/
qd' est in te:& si uideris ibi angelos/unū ad caput/ &
unum ad pedes:idest si uideris/& cognoueris esse in
corde tuo quasi coelestia desyderia:tam ad actiuā ui/
tam/q̄ ad cōtēplatiuam uitam ꝑtinētia:ꝑ quæ tñ nō
possis hr̄e Iesum & uidere:noli his cōtentus esse:no/
li adhuc deficiēdo qescere:sed plora/& quære Iesum
in te/donec inuenais. Et si forte tibi aliquo mō appa/
ruerit:& desyderio tuo se præsentauerit:noli de te ꝑ/
sumere tanquā tu eum agnoscas:sed interroga illum/
& ora:ut ipse dicat & donet tibi seipsum. Audeo tibi
cōfidenter promittere:si in fide Iesu ꝑseueraueris : si
te cum humilitate inclinaueris:si exēplo Mariæ nul/
lam aliā cōsolationem de Iesu/nisi Iesum recipe uo/
lueris:ipso se reuelāte/ipsum inuenies / & ipm cogno/
sces:ita ut nō sit necesse quærere ab aliis ubi sit Iesus.
Sed tu magis indicabis eum:nūcians aliis/qa uidi Ie/
sum:& hæc dixit mihi. Cui est gloria & imperium/
cum patre & spiritu sancto in sæcula sæculoꝝ. Amē.

¶ Dñica.viii.post Pēthecosten ſm Matth. Ca. VII.

IN ILLO Tempore:dixit Iesus discipulis suis.
Attēdite a falsis prophetis/ qui ueniūt ad uos in ue/
stimentis ouium : intrinsecus autem sunt lupi rapa/
ces. Et reliqua Homilia.

P AVLO Supius spatiosam & latam
uiā noiauit:hoc nūc aptius falsos pro/
phetas ondit:ꝑ quos multi in ꝑditio/
nem abhominabilē abierūt:q primo
in Iudæā apparuerūt:& mō ꝑ̄ſidia to
tum repleuerūt mūdū. Sed illi prius falsi ꝓphetæ fue
rūt:uerisimosq; dñi prophetas/usq; ad mortē ꝑsecuti
sunt:Sicut Hieremiā/Michæā/aliosq; multos. Isti āt
falsi ꝓphetæ/& falsi christiani : qui nūc sunt:ueraces
christianos sine misericordia ꝑsequunt:aliqñ (si de/
tur copia) ēt gladio sine intermissione/aut suis prauis
moribus & exēplis opprimūt. Iccirco ꝑueniens dñs
oēs adhortatus est dicēs. Attendite a falsis ꝓphetis.
Attēdite diligētius:obseruate cautius:ut nō seduca/
mini:ut nō fallamini. Attēdite ergo/hoc est cōsyde/
rate:qa nō sunt oues/sed lupi in uestimento ouiū:qa
nō sunt religiosi in figura religiositatis:qa non sunt
christiani : sed ueritate uacui/christianoꝝ ꝑsecutores.
Attēdite a falsis ꝓphetis/qui ueniunt in uestimentis
ouiū/intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. Ipsos & bea/
tus Apostolus ad Ephesios loquēs designabat/di/
cens. Scio.n.qa post discessum meū itroibūt ad uos
lupi graues/lupi rapaces. Lupi graues noiant oēs in/
fideles/hæretici:q grauiter sanctam ecclesiam oppri/
munt/& ꝑsequūtur/& molestare frequētant:qa sine
misericordia rapere/& coaceruare non desinūt. Ali/
qñ pecuniæ irruūt alienæ:aliqñ i ipsos pecuniaꝝ do
minos:multo magis ēt satagūt aias rape:& secū mise
rabiliter in ꝑditionē deducere. Et uestimentum ouiū
hr̄e dicunt/q nomē habeāt christianitatis:adiungūt
se ministris iustitiæ:figurā religiositatis mentientes.
Per christianū itaq; nomen multos seducere nitunt:
dulcibus smonibus multis scādalum iserētes. Isti sūt
de quibus ait Apostolus. Per suos dulces smones &
blādos/seducūt corda inocentium. Sed ex fructibus
eoꝝ cognoscetis eos. Nolite ad uultū attēdere/sed ad
opa. Nolite ad uultū cōsyderare:sed ispicite figuram
fallaciæ. Apostolos ꝑ̄dicant:sed Apostolis contraria
annūciant. Martyres magnificāt:sed martyꝝ ꝑsecu/
tores ꝓbant. Apostoli/& martyres sci/non ꝑsecutio/
nem fecere:sed ꝑsecutionē ꝑtulerūt. Non maledixe/
runt:sed maledicta sustinuerūt. Nō blasphemauerūt:
sed a blasphematoribus iterfecti sunt. Isti aūt oia ini/
qssima oia irreligiosa iplere curāt. Sanctos ꝑsequun/
tur:fideles opprimūt:deū & si non uerbis:moribus
tñ blasphemāt. Propterea ex fructib9 eoꝝ cognosce/
tis eos. Nunqd colligūt de spinis uuas:aut de tribu/
lis ficus? Manifeste dñs ꝑ hanc similitudinē declara/
uit:qa nullus prudētium ad spinas ꝑgens : uuaꝝ ex
ide dulcedinē quærit:aut sup tribulos gradiēs:ex i/
de ficoꝝ colligat suauitatē. Ita ergo nullus sapiētiū/
uel prudētiū/ab inanibus ueritate hæreticis/aut irre/
ligiosis aut infidelibus/ex inde scitātis dulcedinē uel
fragātiam:aut ueritatis suauitatē poterit inuenire:sed
pessima apud illos & maligna repperiet. Si.n. spinæ/
& tribuli/ & oia quæcūq; cape possunt : attrahūt/de/
tinent/& cōscindūt. Ita oēs ifideles hæretici:& ꝑ̄ter/
ea male uiuētes:& iā qui rectā fidem tenere uident/
per humanā potētiam & corruptibile principatū/ꝑ
iniquos mores/ & praua exēpla/oē quicqd appr̄hen/
dere possunt/cōscindunt/atq; diripiūt. Quātos hi ta
les sibi socios asciuerunt:quātos alienos labores ab/
stulerūt:quātas aias post se in ꝑditionē depr̄dati sūt?
Merito itaq; dñs eos spinas & tribulos appellauit:in
aspitate/in tribulis/in læsione in malignitate : in im/
pietate. Oia.n. ista in spinis inueniunt : oia hæc ab ifi/
delibus hæreticis/ & falso noie christianis cōsumant.
Quis ad spinas & tribulos mittēs manū/uel adpro/
ximās ibi/non dilaceret/aut nō scindat:aut eādē ma
num nō cruciatā inueniat? Quis ergo hæreticis ma/
num porrigēs/aut caput humiliās / incōscissus a spū
suo:aut incruētus a uulnere aiæ inueniatur? Quis se
iniquoꝝ factis accōmodans/nō ab eoꝝ ingnationi/
bus peccati acculeo ꝑforet? Tales.n. antiqtus/ & Iu/
dæi fuere/cū deberent uuas afferre:ptulerunt spinas.
Et qui debuerāt suauitatē ondere:in amaritudinē se/
metipsi cōuersi sunt. Quomō cōuersa es (inqt dñs)
in amaritudinem uitis alienæ? Expectaui ut faceres
uuas : & fecisti spinas. Sic ergo ois arbor bona bo/
nos fructus affert : mala aūt arbor / malos fructus fa/
cit. Arbores hic hoias dñs / nō arbores uere significat:
cat istas in terrā fixas/nō de his talibus arboribus lo/
quitur. Istæ.n. sunt sine spū/sine aia/sine uita:nec be/
nignæ

nignæ nec imbenignæ. Nec oino intelligunt quid
sint/aut qd non sint. Sed p eaꝝ figuram hoies desi/
gnat/& de hoibus loqtur:qui ꝓpria uolũtate seu bo
num fructũ/seu malum ꝓferũt. Non põt ergo ifide/
lis/audax/asper/auarus dulcissimos fidei fructus effi
cere:qa nec uult/nec cupit:nec põt. Iteꝝ religiosus/fi
delis/dulcissimus/benignus:infideliũ aspos/& ma/
los facere fructus non põt:qa nec uult nec cupit: scit
ꝙ nõ sit hoc bonũ. Propter qd' in sequẽtibus diffe/
rens dñs/ait. Nõ põt arbor bona/fructus malos face/
re:neq; arbor mala/fructus bonos facere. Non potest
malus usquequo est imbenignus/& ifidelis:religio/
sitatis/& benignitatis/& fidei fructũ ostẽdere. Ita &
bonis/benignus/fidelis:irreligiositatis/& ifidelitatis
fructũ non põt facere:in fide & timore dei ꝑmanẽs.
Agnosce/& cõsydera queadmodũ loqtur dñs. Nõ
dixit/non põt iste malus cõuerti/& effici bonus:sed
usquequo est malus: usq; hoc bonũ fructũ non põt
facere. Fornicator usquequo fornicat: usq; hoc ca/
stitatis nõ affert fructũ. Ille ifidelis usquequo in infi/
delitate ꝑmãserit:fidei fructũ facere non põt:ita mũ/
dus castus usq; eo caste & mũde uiuit: usquequo ab
imũditiis alienus est. Similiter fidelis/religiosus/us/
quequo religiositatẽ ꝑficit:ab oi infidelitate/& irre/
ligiositate alienus est/& ifructuosus. In uoluntate est
ergo hoium & in ptãte uniuscuiusq; eligere siue bo/
num/siue malũ. Propterea utiq; docent hoies/a lege
& ꝓphetis:ab apostolis & euãgelistis:ab ipso ẽt dño:
& ab his q ecclesiæ doctores sunt: ut malũ declin/
quant/ad bonũ sese cõuertant:ut ifidelitatẽ deserant/
& fidẽ custodiãt:ut faciãt/& ꝓferant nõ spinas & tri
bulos/ut mali & infructuosi:sed flagrãtes/scitatis fru
ctus portãtes. Quatenus uenietes angeli/sicut aures
coeli:sup bonos fructus nr̃os/tanq̃ sup ramulos pa/
cacissimos reqescãt:non suã lassitudinem reficiẽtes:
sed nr̃æ scitati inhærentes. Talis arbor fuit bona/&
benigna/q ait. Ego aũt sicut oliua fructificaui in do/
mo dei. Et iust⁹ sicut palma florebit. Talis arbor fuit
Iudas/usq; dũ in apostolica uocatiõe ꝑmãsit:usq; dũ
in ministerio stetit apostolico:qñ aũt ꝓpria uolũtate/
uelut in cubili cordis sui/malũ accepit diabolũ:tunc
ipse tortuosus effectus est/uolũtate sua insuauẽ & ma
lum afferẽs fructũ/dñm & Saluatorẽ tradẽdo. Mala
arbor fuit Manasses qñ tẽplũ idolis adimpleuit: qñ
Hierosolymã inocẽtiũ sanguine maculauit: sed iteꝝ
ꝓpria uolũtate effectus est bonus:qñ bonæ pniæ at/
tulit fructũ. Ois arbor quæ nõ facit fructũ bonũ exci/
det & in ignẽ mittetur. Hoc & ab hoibus fit:ut nul/
lus prudẽtium/arborẽ fructiferam excidat/& i ignẽ
mittat: sed infructiferas & spinosas excidãt arbores/
atq; in ignẽ mittant:quãto magis ipse oium sciẽtia/
rum deus/oiumq; cognitor dñs:nõ bonos/& beni/
gnos/& fructiferos opatios abscidit/& in ignẽ mit/
tit:sed malos & ifideles/spinosos/& aspos/iniquos/
atq; inutiles/qa ab oi ope bono reprobi sũt:istos ab/
scidit/& in ignem inextinguibilẽ mittit! Ois ergo ar
bor quæ nõ facit fructum/& nõ tm̃ fructum/sed et
bonum fructum. Multæ qdem arbores fructum fe/
runt:sed malum & inutilem fructũ:sic & multi ho/
mines malum irreligiositatis et ꝑuersitatis fructum
afferũt. Ob hoc clare demonstrauit dñs:quia omnis
arbor/quæ nõ facit fructum bonum excidetur/et in
ignẽ mittet. Ois arbor.i.ois homo:siue rex: siue re/
gulus:siue princeps/siue sub principe:siue senior/si/
ue sub seniore: nulli parcet:nulli honor defert. Sed
ois arbor/siue diues/siue paup/siue seruus/siue liber:
siue iuuenis/siue senior:ois arbor infructifera/nõ fe/
rens fructus abscidet. Talis arbor fuit Nabuchodo/
nosor/qñ dixit. Quis est deus/q uos liberet/de mani/
bus meis! Ideo dcm̃ fuit de eo abscidite hãc arborẽ/
& euellite eã. Sed cum cõuersus fuisset/dixit. Ego Na
buchodonosor oculos meos ad coelũ leuaui:& hũc
uiuẽtem in æternũ laudaui/& magnificaui. Tũc ra/
musculus radicis eius cõfirmatus est:& in melius re/
stitutus est:& tũc in regnũ suum cõstabilitus est. Ta/
lis arbor infructifera fuit filius Balthasar: ꝓpterea in
eadẽ nocte abscissus depiit. Talis arbor fuit & ille di/
ues qui abscissus/in ignẽ missus est:in quo igne sine
misericordia cõstitutus/gemẽs dicebat/crucior i hac
flãma. Ita ergo ois arbor non ferens fructum bonũ:
excidetur a secãtibus angelis. Si messores uel secantes
angeli sunt sm dñi dcm̃/necesse est ꝙ hi abscidentes
idem ipsi angeli sint. Iã.n.(ait Ioãnes) securis ad ra/
dicem arboris posita est. Ois ergo arbor/quæ nõ fa/
cit fructũ bonum/excidet & in ignẽ mittet. Nõ ideo
ut ligni more ardeat/& deficiat:sed in ignẽ mittetur
illo de quo ait dñs. Ite maledicti in ignẽ æternum: q
paratus est diabolo & angelis eius. Attendite o filii
dei instãter/agamus oibus uiribus nr̃is/ut nõ simi/
les efficiamur:neq; his talibus opprimamur/neq; in
aliquo iugum cum infidelibus/seu iniqua gerẽtibus
ducamus. Propterea nos dñs/ista oia docet:p arboꝝ
parabolas instruẽs:ut nos ab infidelibus lõgius sepa
remus:ut ab iniqtatis opariis segregemur. De qbus
adhuc in sequẽtibus dicit. Ex fructibus eoꝝ cogno/
scetis eos. Tu (ait) o hõ si porrigas uel deprimas ma
num sup spinã/si calces sup tribulum/respicias ocu/
lo ad infructuosam arborẽ/sentis & itelligis quid est
qd' tãgis/aut qd' calces/aut quod uides:& auerteris
& ibi nõ appropias:quare nõ intelligis/& inimicos
dei hæreticos:quare nõ auerteris ab iniustis/ueritatis
aduersariis:quare nõ odio habes irreligiosos idolo/
rum doctores:& falsos christianos:quare nõ separa/
ris actu ab oibus inique agẽtibus:quare nõ cogno/
scis eos sm fructũ eoꝝ! Aliqñ sicut deprauãt/dirũ/
punt/& cõuellũt ecclesiã:aliqñ iteꝝ sicut tribuli sub
pedibus occulte subpũgũt/& euertũt quos possunt
p infidelitatis doctrinã/falsitatis stimulos imittẽtes:
per exẽploꝝ maloꝝ acumina/incautoꝝ pectora sau/
ciantes:sed sm fructum eoꝝ cognosceus eos. Habe/
tis doctores/habetis principes:obaudite illis:auerti/
te uos ab infidelibus: nõ appropinquetis ifidelibus
& irreligiosis/& auertite ab alienis fidei. Non cõmi/
sceamini mente tenebraꝝ opariis/ut in æternũ cũ eis
nõ condẽnemini in ignẽ. In his similiter adhuc dñs
loquẽs:& de hoc ipso errore manifestius atq; clarius

disputans ait. Nõ omnis qui dicit mihi/ dñe dñe/in/trabit in regnum cœlorum:sed qui facit uoluntatem pa/tris mei qui in cœlis est. Audiãt hoc hi qui dubitant in fide. Audiãt hoc mobiles/& nutãtes: isti qui du/plici sũt corde:illi q christum noiant noie/ sed negãt substãtia:noiant noie sed abnegant uirtute:nolentes eum uere ex deo/deum genitum confiteri: ppterea & regni eius expertes fient. Non ois qui dicit mihi/ dñe dñe intrabit in regnum cœlorum. Nõ in sermone est regnum dei:sed in uirtute. Nõ in noie solo satisfa/cies dño:sed in inuocatione dilectionis/& charitatis: in cõfessione fine mendacio:& in affertione fidei ue/racis:in obseruatione mandatorum eius/& opibus bo/nis. Nõ ois qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnũ cœlorum:sed qui facit/sed qui opatur/sed qui adimplet uolũtatem pris mei/qui in cœlis est. Et quo efficitur uoluntas patris mei? Ita/ut credatur filio eius:ita/ut confiteatur unigenitus eius/ex patris substantia na/tus. Hoc est enim opus dei/ut credatis ei quem misit ille. Ait dñs sed qui facit uoluntatem pris mei qui in cœlis est. Prima uoluntas dei hæc est/ut credatur fi/lius:& cõfiteat unigenitus:adoretur ut creator om/nium:genitus consistens in sinu patris: in una sub/stantia cum patre. Qui facit uoluntatem patris mei: iste intrabit in regnum cœlorum. Sed infideles hæreti/ci non intrabunt:qm sic non credũt:quia sic nõ cõ/fitentur:quia sic non faciunt uolũtatem patris mei. Ideoq nihil eos iuuat christianum nomẽ:quatenus fidem non hñt christianorum. Nihil eos iuuat nomen dñi:quatenus nõ inuocãt/sicut debet in ueritate dñs inuocari. Non ois qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnum cœlorum:sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est. Audite desides/audite negligentes/audite inutiles:quid sic speratis q in hoc saluari pos/sitis/q christiani appellamini:qui christianorum opus non facitis/ut christiani uocemini: nec mores chri/stianorum impletis. Ad uos qui estis in ecclesia hoc est uerbum:ad uos fideles hæc allocutio. Non te iu/uat o homo q dicis dñe dñe:non in timore seruieris dño:nisi alacriter mandata eius impleueris/nisi om/nem eius feceris uolũtatem:nisi ab omni te immundi/tia & irreligiositate abstinueris:nisi ab omni crude/litate auerteris/oẽmq iniquitatẽ depofueris:atq im/pietatẽ oẽm despexeris. Gratis clamas:uociferas gra/tis:exaltas uocẽ tuam dicens dñe dñe:testem inobœ/dientiæ tuæ uocans eum:dñm noians/non timens sicut dñm:neq in tremore ei seruiens. Hoc enim hic manifestius ostendens dñs ait. Non ois qui me noie tñ honorificat/nõ ois qui sine facto/sed tñ ore me dñm appellat:introibit in regnum cœlorum:sed qui opa digna meo noie facit:& cõuersationem dignam meæ sanctificationi adimplet. Hæc est enim fratres carissimi uoluntas patris/sanctificatio uestra/castitas uestra:immaculatio uestra/fides uestra/religiositas ue/stra. Hæc est uoluntas pris/ut uos operibus demon/stretis qui sitis:& cuius sitis. Præstante & adiuuan/te ipso domino nostro Iesu christo. Cui est gloria/& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

In festo purifica. uirginis Mariæ fm Lucã. Ca. II.

IN ILLO Tpe. Postq̃ ipleti sunt dies purga/tionis Mariæ fm legẽ Moysi: tulerũt dñm Iesum in Hierusalẽ/ut sisterẽt eũ dño. Et reliqua. Homilia.

SVNT qui deum legis negant: qui aiunt nõ istum/sed aliũ a christo fuisse in euãgelio pdicatum. Misit deus fi/lium suũ factum ex muliere/factũ sub lege. Ergo putãdum est q in filiũ suũ bonorum deus sub lege fecerit creationis/& sub inimi/ci:sive q ipse nõ dederat. Quin potius ideo sub lege est ut redimeret eos q sub lege erãt:& aliæ legi subiti/ceret:de qua dudum lectũ est. Attende popule meus legem meã/& reliqua. Adduxerũt ergo eum ut sta/tuerẽt ante cõspectum dñi. Cuius scripturæ pcepta complentes/sicuti (inquit) scriptũ est in lege Moysi: qa omne masculinũ genus qd aperit uuluã: scm dño uocabit. Et tunc per annum apparebit oẽ masculinũ in conspectu dñi. Masculina quæ ex eo q matris uuluã apuerant:sancta erãt:& offerebant ante altare dñi. Omne (inquit) masculinũ quod aperit uuluã: sacrm aliquod sonat. Quæcunq. n. de matris utero effusum marem dixeris:non sic aperuit uuluam ma/tris suæ ut dñs Iesus. Quia scm uterum & omni ue/neratiõe dignum:ante natiuitatem christi:masculus oino nõ tetigit. Audeo aliquid loqui. Quia & in eo quod scriptum est. Spiritus dñi ueniet sup te: & uir/tus altissimi obumbrabit tibi:principium seminis fue/rit:& sine uuluæ reseratione nouus in utero adole/uit. Vnde & ipse Saluator loquitur. Ego autem sum uermis/& non homo: opprobrium hominum: & abiectio plæbis. Videbat in matris utero imũditiam corporum:uisceribus eius hinc inde uallatus: terrenæ fecis patiebatur angustias:unde assimilat se uermi & dicit. Ego autem sum uermis &c. Ex mare quippe & fœmina homo nasci solet. Ego uero nõ ex mascu/lo & fœmina fm titũ hoium atq naturã: sed in exẽ/plum ut uermis natus sum:cuius non est aliunde se/men:sed in ipsis in quibus calescit corporibus / origo est. Propter quod omne masculinum qd aperit uul/uam/sanctum dño uocabitur. Ductus est in Hierusa/lem ut appareret ante conspectum dei. Et propter il/lud quod sequitur ut darent munus pro eo:q in le/ge dñi scriptũ est par turturum/aut duos pullos co/lumbarum. Turturum par/& duos pullos columbarum pro saluatore uidemus oblatos. Ego & aues istas bea/tas puto:quæ pro ortu dñi oblata sunt. Et quo asina Balaam miror/& fœlicitati acumulo:quia digna fue/rit nõ solum uidere angelum dei/sed etiam ore rese/rato in humanum sermonem erumpere. Sic multo amplius has uolucres prædico atq sustollo: q pro dño nostro & saluatore oblatæ sunt. Sequitur de Sy/meone q in spiritu ad templum uenerit: digna dei munere quærẽda est ratio:quo Symeon uir sapiens & deo placens (sicut in euãgelio scriptum est) & ex/pectans consolationem Israel: responsum accæpit a spiritu sancto:non se prius morte obiturum: nisi ui/deret christum dñi. Quid ei profuit uidere christum?

Vtrum

Verum hoc tñ habuit repromissionem ut uideret illum: nihilq; ex uisu eius consequeretur utilitatis. An latet aliquod donum dignum deo: quod beatus Symeon & meruit & accepit. Fimbriam uestiméti Iesu mulier tetigit: & sanata est. Si illam ad extremá partem uestimenti tátum emolumentum habuit: quid putandum est de Symeone qui in suas ulnas accepit isfantem? Sciens neminem posse de claustro corporis quippiam emittere cum spe futuræ uitæ: nisi eum quem brachiis tenebat. Vnde & ad eum loqtur Nunc dimittis seruum tuum dñe sm uerbum tuum in pace. Quádiu christum non tenebam: quádiu illum meis brachiis non coartabam: clausus eram: & de uinculis exire non poteram. Hoc non solum de Symeone: sed de omni humano genere sentiendum est. Si quis egreditur múdo: si quis ex carcere & uinctorum dimittitur domo: ut ad regnandum uadat: sumat Iesum in manibus suis, totum habeat in sinu suo: & tunc exultans ire poterit quo desyderat. Cósyderate quáta dispensatio præcesserit, ut filium Symeon mereretur tenere. Primum respósum a spiritu sancto acceperat non uidere mortem: nisi prius uidisset christum domini. Deinde nó fortuitu ac simpliciter ingressus est templum: sed uenit ad templum in spiritu dei. Quotquot enim spiritu dei agútur, hi sunt filii dei. Spiritus igitur sanctus in templum duxit eum. Tu quoq; si uis tenere Iesum & amplexari manibus: & dignus fieri exire de carcere: ut ducem habeas spm̃ ueniasq; ad templum dei. Ecce nunc stas in téplo dñi Iesu: hoc est in ecclesia eius: hoc est templú uiuis lapidibus extructú. Stas aút in templo dñi: qñ uita tua & conuersatio tua ecclesiæ fuerit appellatióe dignissima. Si ueneris in spú ad téplum: inuenies paruulum Iesum: leuabis illú brachiis tuis: & dices. Nunc dimittis seruum tuum dñe sm uerbum tuum in pace. Simulq; attéde q solutióni & dimissioni pax addita sit. Non enim ait dimitti uolo: sed cum additaméto, in pace dimitti. Nam & beato Habraæ hoc idem promissum est. Tu autem uade ad patres tuos in pace: nutritus in senectute bona. Quis est qui moriatur in pace: nisi ille qui habet pacem dei? quæ omnem superat custoditq; cor possessoris sui. Quis est q de sæculo isto recedit i pace: nisi is qui itelligit quod deus erat in christo: múdum recócilians sibi. Nihilq; inimicum habet uel aduersarium dei: sed omnem pacem atq; cócordiam bonis in se operibus assumpsit: q sic in pace dimittitur pergere ad sanctos patres: ad quos & Habraam ꝓfectus est. Quid de patribus loquar? Ad ipsum quoq; patriarcharum principem & dominum Iesum spectat: de quo loquitur Apostolus. Melius est resolui & esse cum christo. Ille habet ipsum qui audet loqui: uiuo iam non ego: uiuit autem in me christus. Vt igitur & nos stantes in téplo: & tenentes dei filium: amplexantesq; eum digni remissione & profectione ad meliora simus. Oremus omnipotentem deum: oremus & ipsum paruulum Iesum: qué alloq & tenere desyderamus in brachiis. Cui est gloria & imperium in sæcula sæculoꝝ. Amen.

¶ In uisitatióe beatæ Mariæ uirgis sm Lucá. Cap. I.

IN ILLO Tempore. Exurgens Maria abiit in mótana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ: & salutauit Elisabet. Et reliqua. Homilia.

m ELIORES Ad deteriores ueniút, ut eis ex aduentu suo aliquid tribuát emolumenti. Sic & Saluator uenit ad Ioánem ut sanctificaret baptismum illius. Et Maria statim ut audiuit angelum nunciátem concepit Saluatorem. Et quod cognata illius Elisabet haberet in utero: cósurgens cum festinatione uenit in mótana: & ingressa est domum Elisabet. Iesus enim qui in utero eius erat festinabat adhuc in uentre Ioánem positum sanctificare. Deniq; anteq̃ ueniret Maria: & salutaret Elisabet: nó exultauit infans in utero: sed statim ut Maria locuta est uerbum: quod filium dei in uentre matris suggesserat: exultauit infans in gaudio. Et tunc primum præcursorem suum prophetam fecit Iesus. Oportebat quoq; Mariam dei prole dignissimá: post allogum angeli ad mótana conscendere: & in sublimioribus cómorari. Vnde scriptum. Cósurgens Maria in diebus illis uenit in montana. Debuerat etiam cum esset solicitudine non pigra: properare solicite: & spiritu sancto plena ad sublimiora perduci: & uirtute dei ꝓtegi: a qua iam fuerat obumbrata. Venit ergo in ciuitatem Iuda in domum Zachariæ & salutauit Elisabet. Et factum est cum audisset salutationem Mariæ Elisabet: exultauit infans in utero eius: & repleta est spiritu sancto. Non est itaq; dubium quin quæ tunc repleta est spiritu sancto: propter filiú sit repleta: neq; enim spiritum sanctum primum meruerat: sed cum Ioánes adhuc clausus in utero spiritum sanctum recepisset: tunc & illa post sanctificationem filii repleta est spiritu sancto. Poteris hoc credere si simile quid etiam de Saluatore cognoueris. Inuenitur beata Maria (sicut in aliquátis exemplaribus leginius) ꝓphetare. Non enim ignoramus quod sm alios codices & hæc uerba Elisabet uaticinetur. Spiritu itaq; sancto túc repleta est Maria, quádo cœpit habere in utero saluatorem. Statim enim ut spiritum sanctum accepit: filius dei esse cœpit esset in utero. Exultauit ergo infans in utero Elisabet: & repleta est spiritu sancto: & clamauit uoce magna: & dixit. Benedicta tu in mulieribus. Debemus in hoc loco ne simplices quiq; decipiantur ea quæ solent hæretici opponere, confutare. In tm̃ quippe nescio, quis prorupit insaniæ, ut assereret negatam fuisse Mariam a Saluatore: eo q post natiuitatem illius iuncta fuerit Ioseph: & locutus est. Quæ quali méte dixerit: ipse nouerit qui locutus est. Si quando igitur hæretici uobis tale aliquid obiecerint: respondete eis & dicite. Et certe spiritu sancto plena Elisabet ait. Benedicta tu inter mulieres. Si a spiritu sancto benedicta canit Maria: qúo eam Saluator negauit. Porro q asserút eam nupsisse

post partum:unde approbent/non habent. Hi enim
filii qui Ioseph dicebantur:non erant orti de Maria:
neq; enim est ulla scriptura quæ ista cõmemoret. Be/
nedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus uen/
tris tui. Vnde hoc mihi? Hoc quod ait unde hoc mi/
hi:non ignorans dicit:maxime spiritu sancto plena:
quasi nesciat q iuxta domini uolũtatem mater do/
mini uenerit ad eam. Sed isto sensu loquitur. Quid
boni feci? quæ mea opera tanta sunt/ut mater domi/
ni ad me ueniat? per quam iustitiam:ex quibus bo/
nis? de qua mentis fidelitate hoc merui/ut mater do
mini mei ueniat ad me? Ecce enim ut facta est saluta/
tio tua in aures meas:exultauit infans in exultatione
in utero meo. Sancta erat anĩa beati Ioãnis: & adhuc
in utero matris clausa:uẽturumq; in mundum scie/
bat:quem Israel ignorabat. Vnde exiliuit in gaudio.
Senserat enim uenisse dominum suum: ut sanctifi/
caret seruum anteq̃ de matris utero procederet. Vti/
nam mihi eueniat ut ab infidelibus stultus dicar:qui
talibus credidi:opus ipsum ostendit & ueritas: non
me stultitiæ / sed sapiẽtiæ credidisse: & q̃a hoc quod
apud homines illos stultum putatur:mihi salutis oc/
casio est. Nisi enim fuisset cœlestis & beata natiuitas
Saluatoris:nisi habuisset diuini aliquid: & natiuita/
tem hominum supergrediens:nunq̃ in toto orbe il/
lius doctrina penetrasset. Si tñ homo fuisset:in Ma/
riæ utero / & non dei filius: quomodo poterat fieri
ut illo tempore & nũc/nõ solum corpora: sed etiam
animarum morbi multiplices curarẽtur? Quis no/
strum nõ insipiens fuit/qui nunc propter misericor/
diam dei habemus intelligentiam/ & scimus deum?
Quis non incredulus iustitiæ: qui propter christum
iustitiam habemus: sequimur iniustitiam? Quis no/
strum nõ errabundus & uagus erat? qui nunc pro/
pter aduẽtum Saluatoris non fluctuamus atq; tur/
bamur: sed sumus in uia. Ipse enim ait. Ego sum uia.
Possumus & reliqua congregãtes uidere: quoniam
omnia quæ scripta sunt de eo diuina admiratione di
gna referãtur: quod & natiuitas illius & nutrimẽta/
& uirtus & passio & resurrectio: nõ solum eo tem/
pore:sed etiam nunc operẽtur in nobis. Quis uos o
cathecumini in ecclesiam congregauit? Quis stimu/
lus impulit:ut relictis domibus in hũc cetum cõmo/
retis? Neq; enim nos domos nostras sigillatim cir/
cuimus:sed omnipotẽs pater uirtute inuisibili subii/
cit cordibus uestris:quos scit esse dignos hoc ardore:
ut quasi uniti & retractãtes ueniatis ad fidem/maxi/
me in exordio religionis:cũ ueluti trepidi & pauen/
tes salutis fidẽ cum timore suscipiatis. Obsecro uos
o cathecumini nolite retractare: Nemo uestrum for/
midet & paueat:sed sequimini præeũtem Iesum. Ille
uos trahit ad salutem:cõgregat i ecclesiam / nũc qui/
dem super terram. Si autem dignos fructus feceritis/
in ecclesia primitiuorum: qui scripti sunt in cœlesti/
bus cõnumerabimini. Beata quæ credidit: & beatus
qui credit:quia erit perfectio his:quæ dicta sunt ei a
domino:super quibus & Maria magnificat dñm Ie/
sum. Magnificat aũt anima dñm:spiritu deum:quæ
quam habitant interpretationem/si concesserit do/
minus/ut rursus in ecclesiam cõgregemur: & festini
ueniatis ad domum dei: & diuinæ lectioni aures p/
beatis:quæ remus:uentilabimus differemus:in chri/
sto Iesu domino nostro. Cui est gloria/ & imperium
in sæcula sæculorum. Amen.

¶ De eo qd' scriptum est. Magnificat aĩa mea dñm.

NTE Ioannem prophetat Elisabet:
ante ortum Saluatoris prophetat Ma
a ria. Et sicut peccatũ incœpit a muliere:
& deinceps ad uirũ usq; peruenit: sic
& principium salutis a mulieribus ha/
buit exordium. Et certe quoq; mulieres sexus fragili/
tate deposita:imitarẽtur uitam conuersationẽq; san/
ctarum:earũq; uel maxime quæ nũc in euãgelio de/
scribũtur. Videamus ergo uaticinium uirginale. Ma/
gnificat anima mea dominũ &c̃. Duæ res anima &
spiritus:duplici laude funguntur:anima dominum
prædicat:spiritus deũ. Non quo alia laus deum / &
alia dei sit:sed quia qui deus est:idẽ & dominus fit.
Et qui dominus est:ita & deum fit oportet. Queri/
tur quomodo anima magnificet dominũ. Si enim
dominus nec augmentum nec detrimentũ recipere
potest/ & quod est:est. Qua ratione nunc Maria lo/
quitur magnificat anima mea dominum? Si consy/
deremus dominũ saluatorem imaginem esse inuisi/
bilis dei: & uideam animã factam ad imaginem cõ/
ditoris:ut imago esset imaginis. Neq; enim aĩa mea
specialiter imago est:sed ad similitudinem imaginis
prioris effecta est. Tũc uide in exẽplum eorum quo
solent imagines pingere: & uno (uerbi causa) uultu
regis accepto/ad principalem similitudinem expri/
mendam / artis industriam cõmodare. Vnusquisq;
nostrum ad imaginẽ christi formans animã suam
aut maiorẽ ei aut minorem ponit imaginẽ uel odo/
riferam uel sordidã/aut claram & relucentẽ / & cor/
respõdentem ad effigiẽ imaginis principalis. Quã/
do igitur grandẽ fecero imaginẽ imaginis:idest ani/
mam meã & magnificauero illam:opere/cogitatio/
ne sermone:tũc imago dei grãdis efficitur: & ipse do
minus cuius imago est in nostra anima magnifica/
tur. Et quomodo crescit dominus in nostra imagi/
ne:sic si peccatores fuerimus: minuitur atq; decre/
scit. Sed nos pro imagine saluatoris:alias nobis ima/
gines inducimus pro imagine uerbi/sapientiæ/iusti/
tiæ/cæterarũq; uirtutum:diaboli formã assumimus:
ut dicatur de nobis. Serpẽtes: generatio uiperarum.
Sed & Leonis psonas induimus & draconis/ & uul/
pium:quãdo uenenati crudeles & callidi sumus:nec
non & hirci / quando ad libidinẽ proniores sumus
facti. Memini quondã Deuteronomium differentẽ/
in eo loco ubi scriptum est. Ne faciatis omnẽ simili/
tudinem omnis animalis:dixisse me quoniã lex spi/
ritualis est:alios facere imaginẽ masculi/alios fœmi/
næ:illum habere similitudinẽ uolucrũ: istum repti/
lium atq; serpentium: & alium aliam facere similitu/
dinem

dinem. Hæc quomodo intelligantur sciet qui illa legerit. Anima itaq; Mariæ primum magnificat dominum: ut postea exultet in deo. Nisi enim antea creuerimus: exultare non possumus. Quia respexit (inquit) humilitatẽ ancillæ suæ. In qua humilitate Mariæ respexit dominus. Quid habet mater Saluatoris humile atq; deiectum / quæ dei filiũ gestabat in utero? Quod ergo dicit: tale est. Respexit humilitatẽ ancillæ suæ: quasi dixerit: respexit iustitiam ancillæ suæ: Respexit tẽperantiam fortitudinem atq; sapientiam. Dignũ quippe est ut uirtutes respiciat deus. Respondeat aliquis & dicat. Intelligo quomodo deus iustitiam ancillæ suæ sapientiamq; respiciat: Quomodo autem intendat humilitatẽ non satis liquet. Consyderet qui quærit talia: qm̃ propriũ in scripturis una de uirtutibus humilitas prædicetur. Ait quippe Saluator. Discite a me quia mansuetus sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. Quod si uis nomen huius audire uirtutis: quomodo etiã a philosophis appelletur: ausculta eandẽ esse humilitatem / quã respiciat deus quæ ab illis ατιφτα dicitur. Sed & nos quodam eã possumus appellare circuitu: cum aliquis non est inflatus: sed ipse se deiecit. Qui enim iflatur / cadit (s̃m Apostolum) in iudiciũ diaboli. Respexit super humilitatẽ ancillæ suæ: humilem me deiectionis / mansuetudinisq; uirtutẽ respexit deus. Ecce. n. ãmodo bñdictam me dicẽt oẽs gñationes. Si simpliciter intelligam oẽs generationes super credentibus illud interpræter: & altius aliquid fuero perscrutatus: aiaduertam quanti profectus sit dicere: quia fecit mihi magna is qui potens est. Et misericordia eius in generationes generationũ. Misericordia dei non in unã / nec in duas: neq; in tres / sed neq; in quinque uerũ in sempiternũ extenditur a generationibus in generationes. Timẽtibus eum fecit uirtutem in brachio suo. Licet infirmus accesseris / si timueris eum / audi repromissionẽ / quam tibi ob timorem suum dñs pollicetur. Quæ est ista repromissio timentibus se? Fecit uirtutẽ. Virtus / siue imperium / potestas est regia. Etenim χρατοσ / quod nos impium possumus appellare: ab eo dicitur ꝙ impat / siue sub se uniuersa contineat. Si ergo timueris dñm: dat tibi fortitudinem siue imperium. Dat regnum: ut factus sub lege regnũ: possideas regnũ cœloꝝ i christo Iesu. Cui est gloria / & impium in sæcula sæculoꝝ Amen.

¶ In festo unius Abbatis s̃m Matthæũ. Ca. XIX.

IN ILLO Tẽpore: dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce nos reliqmus oĩa & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua. Homilia.

q VVM Cuidã adolescenti se cupienti sequi / dixisset Iesus / uenderet oĩa: & ille tristis abiisset / eo ꝙ multas possessiones hẽret / tũc ait discipulis suis. Amen dico uobis ꝙ diues difficile itrabit in regnum cœloꝝ. Quo audito Petrus dixit ad Iesum. Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te & c̃. Et hoc poterit quis & simpliciter iterpraetari & moraliter. Qui ergo simpliciter intelligere uult: talia dicit. Sicut in datis / non ipsum datũ: sed affectum datis aspicit deus / & iustificat: & melius suscipit parua dantem cũ magno affectu / q̃ magna ex modico affectu. Sicut manifestum est quæ scribũtur propter data diuitum magna / & duo uiduæ minuta / sic & in his / q propter dilectionem dimittunt quæ possidẽt / ut inseparabiliter christum sequantur: omnia s̃m uerbum eius agentes non magis acceptabiliter erit / qui plura reliquerit / eo qui parua dimisit. Ergo quãuis minima & contẽptibilia Petrus cum fratre suo reliquerit / aliqñ audientes uenite post me / & faciã uos fieri piscatores hoium. Statim relictis omnibus secuti sunt eum: nõ minima sunt extimata apud deum / cõsyderantem / qm̃ ex tanta plenitudine dilectionis minima reliquerunt / ut etiam si multas possessiones / oĩa sine dubio reliquissent: nec ab eis ullo modo retenta fuissent: ut impedirẽtur ab impetu dilectionis huiusmodi. Et puto ꝙ magis cõfidens Petrus de affectu suo: q̃ de ipsa reꝝ quãtitate fiducialiter dicebat ad Iesum. Ecce nos reliquimus oĩa & c̃. consequens autem est scire qm̃ nõ solum retia sed etiam domũ & uxorem forte reliquit / & filios / & possessiones quasdam / & si paruas / magnũ tamen aliquid demõstratur / qm̃ audientes: uenite post me & faciam uos fieri piscatores hoĩum. Nihil cogitantes / statim relictis retibus secuti sunt eum. Nec sunt imitati eum qui dixit primũ permitte mihi ire nũciare eis / q sunt in domo: nec simile aliqd fecerunt / sicut ille qui dixit: permitte mihi ire ut sepeliam patrẽ meum. Et diligẽter attẽde qm̃ honestissime percussi christi præcepto / & promissionibus eius / ut credẽtes qm̃ modicam capturã piscium relinquentes / homies piscaturi fuerãt ad salutem. Statim relictis retibus / & quasi obliti suoꝝ oĩum secuti sunt eum / ut digni efficiãtur hac interrogatione / quã fecit Petrus dicens. Ecce nos reliquimus & c̃. obserua simul & hoc qm̃ occãsio interrogationis huiusmodi ex illo facta est Petro: ꝙ uerbũ christi audiuit dicens. Si uis perfectus esse: uade / uẽde oĩa quæ habes: & da pauperibus: & habebis thesaurũ in cœlo / & ueni / sequere me. Deinde quia cõsyderauit adolescentem cũ tristitia abeuntẽ: qui præposuit multas possessiones habere in terra q̃ esse perfectus in deo. Consyderans quoq; & difficultatem diuitũ ingrediendi regnum cœlorum / ideo quasi ipse rem consumauerit: non facile in eo ꝙ uniuersa reliquit & secutus est Iesum: dixit. Ecce nos rel. omnia & c̃. Propterea Petro fiducialiter ista dicenti / respondit promissionem istam maximam: ut sit unus ex iudicibus. Quoniam autem uerbi simplicitas / non est satis idonea / auditorem ingenii eminentionis placare / de honestate sensus in moralibus expositionibus consistente / etiam hunc locũ ita tradenus. Qui ait: ecce nos rel. oĩa & c̃. Retia contemptibilia reliquisse / uel pauperem domum / & uitam in paupertate & doloribus plenam / nõ adeo magnum est / neq; dignum tali discipulo: cui non caro & sanguis reuelauit esse Iesum christũ filium dei.

uiui:sed pater coelestis/cui etiam fuerat dictum. Tu es Petrus & sup hác petram ædificabo ecclesiam meá: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Ergo forte ea quæ tradita sunt superius de uerbis christi dicentis. Vade & uende omnia quæ habes: & da pauperibus: & ueni:sequere me: & habebis thesaurum in coelo. Petrus enim omnia reliquit in quibus erat peccator/propter quæ & dixerat. Exi a me/quoniam homo peccator ego sum. Et magna laus eius erat confidentis/ut de cætero non peccaret/qui dixit ecce nos reliquimus omnia &c̃. Et non solum mala reliquimus:sed & secuti sumus te. Quod autem dicit secuti sumus te/potest dici fm omnia/quæ pater reuelauit Petro esse filium suum. Secuti sumus te/iustitiam fm q̃ iustitia es/& sapiētia/& pax/& ueritas/& uita ducens ad dominum ueram uitam. Propter q̃ quasi uictor ad læta post luctamē interrogat/quæ sūt præmia certaminis eiusmodi/quæ adhuc nesciebat. Quid utiq; (inqt) erit nobis? Et nos si uolumus percipere quæ sunt Petro ꝓmissa simili modo omnia relinquamus/ut de cætero nulla tentemur malitia/neq; ab aliquibus operibus eius: sed uerbum dei sequamur/ut dicatur & nobis/& omnibus sequentibus eum. Amen dico uobis: Quod uos:qui secuti estis me in generatione quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ:sedebitis & uos super duodecim thronos:iudicātes duodecim trib⁹ Israel. Quod & simplicem habet interpretationem exhortantem relinquere bona sæculi propter christum:& spiritualem appetere uitam. Nō omnibus sermo dicit sequi christum:sed eis qui tunc fuerūt Apostoli/posteriores autem manifestauit per illud. Et omnis qui reliquerit domum/fratres/aut sorores &c̃. Qui ergo secuti sunt christum non quædā/sed omnia relinquētes/sedebunt sup duodecim thronos iudicātes duodecim tribus Israel. Et hanc potestatē accipient in resurrectione mortuorum. Ipsa est enim regeneratio & quædam noua natiuitas quādo & coelum nouum & terra noua creatur his q̃ se ipsius gratia renouauerunt/& nouum traditur mādatum. Illius autem regenerationis primum est/quod apud Paulum uocatur lauacrum regenerationis:& illius natiuitatis mysteriū est hæc renouatio spiritus. Et fortassis fm hanc nouitatem nemo est mūdus a sorde/& si unius diei uita sit super terram: propter natiuitatis nostræ carnalitatem. Sicut ait Dauid ex persona omniū nascentium ex carne & sanguine/quia in iniquitatibus cōceptus sum/& in delictis concepit me mater mea. Secūdum regenerationem autem spiritus & baptismatis/omnis quidem est mundus a sorde/qui renatus est ex aqua/& spiritu (ut audacter dicam) mūdus est per speculum in ænigmate. Scd͂m autem tertiam generationē:quando sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: omnis qui in illam regenerationem uenerit/quæ est in christo/mundissimus est a sorde: & facie ad faciem deum uidebit: & ipsi post lauacrum regenerationis/ueniet ad illam regenerationem. Si autem uis intelligere illum lauacrum/de quo Ioannes in aqua baptizans/dicit de Saluatore/quoniam ipse uos baptizauit in spiritu/& igne. In ista ergo regeneratione baptismatis constituti sumus cum christo fm Apostolum per baptismum. In illius autem regeneratione baptismatis/qđ erit in spiritu & igne/conformes efficiemur corporis gloriæ christi sedentis in sede gloriæ suæ:& ipsi sedentes super duodecim thronos. Si tamen relinquentes oīa/fm utranq; interpretationem superius factam/magis autem fm illam/secuti sumus te. Tunc autem quum sederit filius hominis in sede ma.s. implebitur ꝓphetia/quæ dicit. Dixit dominus domino meo/se.a dex.meis:do.po.ini.tuos.scab.pe.tuorum. Sedebit autem filius hominis super sedem gloriæ suæ. Cum nullus contemptibilis/& ingloriosus sit in regno eius. Omnes tunc qui gloriam ab hominibus non acceperūt/nec fecerunt aliquid/ut ab hominibus glorificarentur sed gloriam solam quæ a deo est quæsierunt/regebuntur ab eo qui sedebit sup sedem gloriæ suæ. Tūc implebitur oratio christi qua orauit/& dixit. Pater glorifica me gloria quam habui priusquā mundus fieret/apud te. Tunc autē cum hæc glorificatio Saluatoris fuerit facta qui reliquerunt omnia & secuti sunt eum:sedebunt quasi conformes facti corporis/& sedis gloriæ eius sedebunt (in quā) super duodecim thronos/iudicātes duodecim tribus Israel. Omnis enim uita iustorum iudicabit duodecim tribus Israel quæ non crediderunt. Et Apostoli iudicabūt/& qui imitati sunt uitam Apostolorum/& iudicabunt generosos/propter quod sunt Israelitæ/nō aūt egerunt digna generi suo. Forsitan autem quod dicit/in uobis iudicabitur mundus:dicitur ad eos qui uenerunt ex gentibus. Quod autem dicit sedebitis & uos super duodecim thronos/iudicantes duodecim tribus Israel. Si quis ergo reliquerit omnia & secutus fuerit Iesum/quæ Petro promissa sunt/& ipse percipiet ipsa. Si autē nō omnia reliquerit/sed quædam quæ specialiter inferius referuntur/hic multiplicia recipiet/& uitam possidebit æternam fm quod ait/& omnis qui reliquerit fratres/aut sorores:aut filios:aut patrem:aut agros:aut domum propter nomen meum:centuplum accipiet/& in futuro uitam æternam possidebit. Et hoc quidem habet non contemptibilem rationem/& fm simplicē traditionem exhortatoriam ad contēnendam omnem carnalem cogitationem:& omnem substantiam mundialem. Omnis homo fatetur/quoniam multi/odio habiti sunt a parentibus suis: & elegerunt/eos/& omnem substantiam spernere/ut uitam possiderēt æternam credentes/quia omnis qui reliquerit fratres fm carnem/& sorores corporis:& parentes carnales/aut filios carnis/& in terra maledicta agros & domos reliquerit propter nomen solūmodo christi multiplicia possidebit/atq; recipiet. Et si oportet nominare/inæstimabiliter/multiplicia sunt magis spiritualia q̃ carnalia. Et adhuc supra quod multiplicia recipiet: in uita

æterna

æterna percipiet ea. Et multiplices q̀dē fratres / & sorores exponere / facile est. Nā & in hoc sæculo pro fratribus carnalibus / quos pp infidelitatē reliquit / multos inueniet fratres sm̄ fidē. Sic & parentes oēs : irreprehensibiles epos / & psbyteros sine crimine cōstitutos. Inuenit qs patres pro eo qd' infideles parentes reliquit / similiter & filios oēm ætatem filiorꝝ hñtes. Quomō aūt intelligatur multiplices agros qui reliquerit / inuenire. Sunt ergo (sicut existimo) & angelis fratres / & sorores / oēs qui exhibuerunt se christo uirgines / castos / tam isti qui adhuc in terris habētur / q̄ illi qui uiuunt in coelis. Parentes aūt quales dicti sunt Habraæ : tu aūt ibis ad patres tuos in pace / & in senectute bona. Si autē aliqñ fuerint facti sm̄ illos patres multipliciter recipiēt etiam natos. Agros aūt & domos multiplices intelligi mihi uidetur in requie paradisi / & in ciuitate dei / de qua dicta sunt gloriosa. In cuius gradus cognoscetur deus quū suscipiet eam. Vt dicatur ab eis / q illic possident domos / sicut audiuimus / ita & uidimus in ciuitate dñi uirtutum : In ciuitate dei nři : ubi gradus ecclesiæ distribuuntur. Super hæc autem omnia possidebunt qui christum secuti sunt uitam æternam. Præstante eodem domino nostro Iesu christo. Cui est gloria / & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

F I N I S.

¶ Impræssum Venetiis per Lazarum de Soardis die. ix. Maii. M.D.XIII.

REGISTRVM.

A	I	R
¶ Incipit	competenter	est gloria /
¶ Incipit liber	est : ubi (inq̄)	gentibus pati
dentur esse	occluditur :	ego malus
B	K	S
neqꝫ retributio.	maiori	dem spiritales
Nam qūo	in ipso est	facit sm̄
fremuit terra	possit : scientiæ	illos infertilitas
C	L	T
ne regnum	accipiens / ut	odoris
tribus cornibus /	quos tanq̄	oēsqꝫ hæretici
sanctos angelos :	brorum meritis /	animæ
D	M	V
steriales spiritus	decet seruare	Nabuchodono.
supuacuas	di / pro	¶ De Nabuch.
facta est	tam / uno	hæretens :
E	N	X
in gſarum	princeps apū	de his qui
ria remansit :	angelus terræ	cōpatiētem
uerba ad illum	in conspectu	pōt facere
F	O	Y
audiuit. Sic	¶ Incipit	peccatorum.
frequenter	disco : uiolētiam	re. Et Iesus
ostendimus :	suffodere /	Et alias
G	P	Z
Sed & alius	recipias. Si	per iram
bismet ipsis	contractas	thronū regni
tizat sabbatorum	aduentareq	ca uirtutes
H	Q	&
Ecce hic	tionis excedit.	& uirgo
a spiritu /	¶ De his	super oēm
suisse. Interdum /	dicēte propheta.	enim mulier
		tat / & exigat

Excusatio Lazari.

Si quid forte tuos offendet Lector ocellos
Quod mihi mendoso grammate uersus erat
Emendare uelis nam non me Lazarus istis
Confecit mendis Bibliopola tuus.
Sed turbata magis pressoris inertia quando
Sera dedit lassas artibus hora manus.



